UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Iustini Historiae Philippicae

Iustinus, Marcus Iunianus

Lipsiae, 1830

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-5322

Visual Library

Preis

17325 a

IUSTINI

HISTORIAE PHILIPPICAE.

MIT

ANMERKUNGEN

VON

C. BENECKE, Dr.

Ex libris
Prof. Dr. MARIO PUELMA
1917 - 2012

LIPSIAE,
APUD C. H. F. HARTMANNUM.
MDCCCXXX.

1.32

Dem

Königlichen Wirklichen Geheimen Oberregierungsrath,

Ritter des rothen Adlerordens,

Herrn Dr. Johannes Schulze

Hochwohlgeboren.

Dem Hohen Beförderer alles wissenschaftlichen Strebens

im Gefühle

der innigsten Hochachtung und Verehrung

gewidmet.

V

Wenn seit mehr
Geschichte nur se
ganz vernachlässig
einer neuen Bear
Rechtfertigung b
ders in seiner le
ches geleistet; a
tes verräth sich
lichkeit, welche
feststehenden Prä
mit dem von dies
chen Apparat nur
wieviel für die W
einem künftigen
sei. Dazu komm
Iustin an den einz
mals wiedergegeb
Jahrhunderts gere
Prüfung der Cod
denen namentlich
sen Sucht, überall
schadet, als genü
freilich nicht, ein
hatte ich bei der
Gesetze der latein
Leser im Auge:
faden bei seiner
er eine Ausgabe v
pretation des vorl
lese darbiete. Al
gungen und weitl
theils vermieden,

Vorrede.

Wenn seit mehreren Decennien für Iustin's Bücher der Geschichte nur sehr wenig gethan ist, ja dieselben fast ganz vernachlässigt worden sind, so wird die Erscheinung einer neuen Bearbeitung derselben im Allgemeinen keiner Rechtfertigung bedürfen. Zwar hat *Abr. Gronov* besonders in seiner letzten Ausgabe des Iustin nicht Unerhebliches geleistet; allein in seiner ganzen Behandlung des Textes verräth sich eine zu grosse Unsicherheit und Aengstlichkeit, welche ihn nicht selten von einem nothwendigen feststehenden Princip abführt. Wer den *Gronov*'schen Text mit dem von diesem Gelehrten verglichenen handschriftlichen Apparat nur flüchtig vergleichen will, der wird finden, wieviel für die Wiederherstellung des ursprünglichen Iustin einem künftigen Bearbeiter noch zu thun übrig geblieben sei. Dazu kommt ferner die Erwägung der Frage, ob Iustin an den einzelnen Stellen den Ausdruck seines Originals wiedergegeben, oder überall in der Sprache seines Jahrhunderts geredet habe; so wie eine genaue und strenge Prüfung der Commentare der früheren Herausgeber, von denen namentlich *Faber* und *Scheffer* bei ihrer grenzenlosen Sucht, überall zu ändern, dem Iustin wahrlich mehr geschadet, als genützt haben. Meine Absicht war es nun freilich nicht, eine rein kritische Arbeit zu liefern; vielmehr hatte ich bei derselben den Schüler, der über die ersten Gesetze der lateinischen Sprache im Reinen ist, so wie den Lehrer im Auge: jenen, um ihm einen zweckmässigen Leitfaden bei seiner Vorbereitung zu geben, diesen, insofern er eine Ausgabe verlangt, die für die grammatische Interpretation des vorliegenden Schriftstellers die gehörige Nachlese darbiete. Alle Sachbemerkungen, historische Vereinigungen und weitläuftige Expositionen wurden daher grösstentheils vermieden, um so mehr, da Iustin gewöhnlich auf

Gymnasien nur in den Klassen gelesen wird, in welchen nach den ersten Elementen der lateinischen Sprache eine weitere Ausbildung in derselben beabsichtigt wird. Mein Augenmerk war demnach allein auf die Sprache gerichtet. Alles, was in dieser Hinsicht von den früheren Interpreten, namentlich von *Vorstius*, *Graevius*, *Gronov* und Andern gethan war, suchte ich zusammenzustellen; so wie alles das, was *Corte*, *Burmann*, *Drakenborch*, *Heinsius*, *Oudendorp*, *Ruhnken* und Andere in ihren Commentaren zu römischen Schriftstellern gelegentlich in Bezug auf Iustin bemerkt hatten, zu sammeln und ein Endresultat daraus zu geben. Manches von diesen zerstreuten Bemerkungen musste indess unbenutzt bleiben, insofern es über den Zweck dieser Ausgabe hinausging.

Bei der Feststellung des Textes folgte ich einer genauen Recognition der von meinen Vorgängern verglichenen Handschriften und Ausgaben. Wieviel in dieser Hinsicht noch zu thun von den früheren Herausgebern übrig gelassen sei, habe ich schon oben angedeutet. Vieles habe auch ich noch für eine künftige rein kritische Bearbeitung übrig lassen müssen, da ich dem Zweck meiner Bearbeitung zufolge nur dann von den vorhergehenden, bessern Ausgaben, namentlich der *Gronov*'schen, abgehen zu müssen glaubte, wenn die nach den Handschriften nothwendig gewordene Textesänderung zugleich zu einer nützlichen Sprachbemerkung Gelegenheit gab.

Wenn ich mir gleich bewusst bin, in dieser Hinsicht nach Kräften gearbeitet zu haben, so fühle ich auf der andern Seite sehr wohl, dass meine Arbeit noch nicht die Vollkommenheit erreicht habe, welche ich derselben zu geben wünschte. Sollten meine Bemühungen von gerechten Beurtheilungen nicht als verfehlt angesehen werden, so werde ich mich reichlich belohnt halten; so wie freundliche, die Sache selbst betreffende Winke und Zurechtweisungen da, wo ich geirrt, von mir mit Dank angenommen werden.

Posen den ersten Mai 1830.

PRAEFATIO
IUSTINI

QUUM multi ex Romanis, etiam consularis dignitatis 1
viri, res Romanas Graeco peregrinoque sermone in historiam contulissent, sive aemulatione gloriae, sive varietate et novitate operis delectatus, vir priscae eloquentiae, Trogus Pompeius, Graecas, et totius orbis historias Latino sermone composuit; ut, quum nostra Graece, Graeca quoque nostra lingua legi possent; prorsus rem magni et animi et operis aggressus. Nam quum plerisque au- 2
ctoribus, singulorum regum vel populorum res gestas scribentibus, opus suum ardui laboris videatur, nonne nobis Pompeius Herculea audacia orbem terrarum aggressus

§. 1. in historiam contulissent. Eine etwas seltene Redensart für *historia comprehendere*, oder *perscribere*, wie Livius in der Praefatio sagt; oder *rerum gestarum historiam complecti* bei *Cic. ad Fam. V*, 12. — Auf ähnliche Weise sagt *Columel. IX*, 16: *quae reliqua nobis rusticarum rerum pars subest, de cultu hortorum, Publi Silvine, deinceps ita, ut et tibi et Gallioni nostro complacuerat*, in carmen conferemus. Sueton. Caes. c. 44: *optima quaeque et necessaria* in paucissimos conferre libros.

rem magni et animi et operis. Gewöhnlich wurde hier *corporis* statt *operis* gelesen; allein in wissenschaftlicher Hinsicht hat die Grösse und Stärke des Körpers keinen entschiedenen Einfluss; und wollte man auch *corporis* für *libri* nehmen, so würde die Verbindung doch in jeder Hinsicht unschiklich seyn. Mit Recht hat daher *Graevius* aus einer alten Handschrift und der Ed. Iunt. die wahre Lesart *operis* wiederhergestellt, welche durch das Folgende bestätigt wird, und wahrscheinlich von den Abschreibern wegen der geläufigen Verbindung *animi et corporis* verändert worden ist. Ebenso sagt *Liv. Praef.* §. 4: *Res est praeterea et* immensi operis, *ut quae supra septingentesimum annum repetatur.* Lactant. Instit. I, 1, 20: *Nullus enim suavior animo cibus est, quam cognitio veritatis, cui adserendae atque illustrandae septem volumina destinavimus, quamvis ea res* infiniti *paene sit* operis *et* immensi. zu welcher Stelle *Bünemann* mehrere Beispiele liefert.

videri debet; cuius libris omnium seculorum, regum, 3 nationum, populorumque res gestae continentur? Et quae historici Graecorum, prout commodum cuique fuit, inter sese gregatim occupaverunt, omissis quae sine fructu erant, ea omnia Pompeius divisa temporibus, et se- 4 rie rerum digesta composuit. Horum igitur quatuor et quadraginta voluminum (nam totidem edidit) per otium, quo in Urbe versabamur, cognitione quaeque dignissima excerpsi; et omissis his, quae nec cognoscendi voluptate iucunda, nec exemplo erant necessaria, breve veluti florum corpusculum feci; ut haberent et qui Graeca didicissent, quo admonerentur; et qui non didicissent, quo 5 instruerentur. Quod ad te, imperator Antonine, non cognoscendi magis, quam emendandi causa transmisi: simul ut et otii mei, cuius et Cato reddendam operam 6 putat, apud te ratio constaret. Sufficit enim mihi

§. 5. *cognoscendi magis, quam emendandi.* I. e. *ut cognoscatur et emendetur.* Das Gerundium hat hier passive Bedeutung. So *XVII*, 3, 11: *Athenas* erudiendi *gratia missus*, i. e. *ut erudiretur.* Velleius Pat. II, 15, 1: *ut cives Romanos ad* censendum (i. e. ut censerentur) *ex provinciis in Italiam revocaverint.* wo *Ruhnk.* nachzusehen ist. Ohne Spitzfindigkeiten und Wortdrehung wird man in diesen und andern Beispielen keine active Erklärung versuchen können. Vergl. *Bremi* zu *Corn.* Att. 9, 2. *Zumpt* Gr. §. 82. 2. A. 2.

cuius et Cato reddendam operam putat. Die Herausgeber haben an dieser Stelle Anstoss genommen, weil in Cato's Ausspruch bei *Cic. p. Planc.* 27, 66: *Etenim M. Catonis illud, quod in principio scripsit Originum suarum, semper magnificum et praeclarum putavi,* clarorum virorum atque magnorum non minus otii, quam negotii rationem extare oportere, nicht *operam*, sondern *rationem* stände, und die Redensart, *operam reddere* einen andern Sinn gäbe. Einige haben daher *rationem*, welches sich auch in einigen Handschriften findet, Andere *operam* ganz streichen wollen; noch Andere, wie *Vorstius* und *Graevius*, haben *opera* durch *opus* erklärt, in welchem Sinn es vorkommt bei *Cic. ad Att.* XV, 13: *Quid quaeris? Exstabit opera peregrinationis huius.* Nach meiner Ansicht hat Iustin durch den Satz, *ut et otii mei apud te ratio constaret*, den Ausspruch des Cato wiedergegeben; durch den Satz, *cuius et Cato reddendam operam putat*, aber die Absicht jenes Ausspruches andeuten wollen. Diese Ansicht bestätigt das hinzugefügte *putat.* Nun ist aber *operam reddere* alicuius rei wohl zu unterscheiden von *operam reddere* alicui rei. So wie man sagt, *rationem, causam alicuius rei reddere*, so ist *operam alic. rei red-*

in hoc tempore iudicium tuum, apud posteros, quum obtrectationis invidia decesserit, industriae testimonium habituro.

dere, die Mühe, die Arbeit, die man auf eine Sache verwendet hat, darlegen. Demnach heisst *operam otii reddere* die Mühe, die Thätigkeit darlegen, welche man in seiner Musse angewendet; aufweisen, was man in seiner Mussezeit gethan hat. *Putat ita exigendum otium, ut etiam, quod per illud feceris, opus appareat*, wie *Gronov* unsere Stelle zu *Liv.* III, 63, 3 erklärt, und auch viele Stellen beibringt, die die unsrige gegen alle Angriffe schützen. Auf ähnliche Weise sagt *Columella V*, 3, 3: *Iumentis* iustam operam reddentibus *ordeum praeter has praebetur*, wo aber *Schneider*, vielleicht mit Unrecht, eine andere Lesart, *iusta operum*, vorgezogen hat.

§. 6. *in hoc tempore.* In mehreren Ausgaben fehlt das Pronomen *hoc*, das an unserer Stelle nicht fehlen darf; denn *in tempore* ist soviel als *opportuno tempore*, wovon *Gebhard* zu Liv. VIII, 7, 5, viele Beispiele gesammelt hat, wofür auch blos *tempore*, ohne die Präposition, bisweilen gesetzt wird, wie bei *Phaedr. Fab. IV*, 25, 32: *Qui sint requires: adparebunt* tempore. wo *Burmann* nachzusehen ist. — Ausserdem bemerke man die Präposition in der Verbindung, *in hoc tempore*, welche zu *tempus* dann hinzugefügt zu werden pflegt, wenn *tempus* nicht im Allgemeinen die Zeit, sondern einen bestimmten, wichtigen, entscheidenden Zeitpunkt, die Zeitumstände, Lage bezeichnet. Vergl. *Zumpt* Gr. §. 74, 12. A. und *Drakenborch* zu *Liv.* I, 57, 1.

IUSTINI
HISTORIARUM
EX
TROGO POMPEIO
LIBER I.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Assyriorum prima monarchia sub Nino.
2. Semiramidis, a filio tandem interfectae, imperium.
3. Postremus Assyriorum rex Sardanapalus.
4. Medorum monarchia sub Astyage, Cyri avo.
5. Cyri pueritia, adolescentia: et Harpagi ad Cyrum admonitio.
6. Sybarem belli comitem Cyrus nobili praemio donat, et Astyagem regno spoliat.
7. Idem Croesum vincit, et Lydos debellat, ac sub iugo astute retinet. Candaulis tragoedia.
8. Bellum Scythicum, in quo initia Cyro felicia, finis autem luctuosissimus.
9. Cambyses Cyro succedit, et suomet gladio conficitur. Legitimo herede Smerde sublato, Magi rerum potiuntur. Ostanes, aliorum principum opera adiutus, Magos de medio tollit.
10. Darius ex equi hinnitu servi industria fit tertius Persarum rex; Cyri filiam in matrimonium recipit; Babyloniam obsidet.

CAPUT I.

PRINCIPIO rerum, gentium nationumque imperium pe- 1
nes reges erat; quos ad fastigium huius maiestatis non
ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio
provehebat. Populus nullis legibus tenebatur: arbitria 2
principum pro legibus erant. Fines imperii tueri magis, 3
quam proferre, mos erat: intra suam cuique patriam regna
finiebantur. Primus omnium Ninus, rex Assyriorum, ve- 4
terem et quasi avitum gentibus morem nova imperii cu-
piditate mutavit. Hic primus intulit bella finitimis, et 5
rudes adhuc ad resistendum populos, Libyae terminos
usque perdomuit. Fuere quidem temporibus antiquiores, 6

Lib. I.

CAP. 1. §. 1. *Imperium penes reges erat.* Dasselbe sagt *Cic. de legg. III, 2: Omnes antiquae gentes regibus quondam paruerunt; quod genus imperii primum ad homines iustissimos et sapientissimos deferebatur.* Aristot. Polit. IV, 2: πρώτη μὲν καὶ θειοτάτη (πολιτεία) ἡ βασιλεία. Die monarchische Staatsverfassung als die frühste und bei allen alten Völkern gewöhnlichste ergab sich natürlich aus der ursprünglichen Hülflosigkeit des Menschengeschlechts. Sehr wahr sagt *Cic. de Off. II, 12, 41: Quum premeretur inops multitudo ab iis, qui maiores opes habebant, ad unum aliquem confugiebant virtute praestantem.*

§. 2. *arbitria principum.* Ebenso heisst es II, 7, 3: *Sed civibus nullae tunc leges erant, quia libido regum pro legibus habebatur.* Τὸ δικαιωθὲν ὑπὸ βασιλέων τοῦτο νόμος ἦν, sagt *Dionys.* Hal. X, 1. Vergl. Liv. XXXVII, 54, 24.

§. 5. *rudes adhuc ad resistendum.* Durch die Präposition *ad* wird die Richtung nach einem Gegenstande hin bezeichnet; daher oft bei Adiectivis relativis zur Bezeichnung des Gegenstandes, auf den der Ausspruch gerichtet oder angewendet werden soll. *Liv. XXI, 25, 6: Gens* ad *oppugnandarum urbium artes* rudis. Eine Menge Stellen hat *Drak.* zu *Liv. VI, 18, 4* gesammelt. Ebenso haben wir XXXI, 2, 2: *virum* ad *prospicienda cavendaque pericula* peritum. wo die Anmerkung nachzusehen ist.

terminos usque. Der Anfänger bemerke hier, wie gleich im Folgenden, die Auslassung der Präposition *ad* bei *usque*, welche sich nur die spätern Prosaisten erlauben. *VII, 1, 4: imperium* usque *extremos Orientis terminos prolatum.* vergl. II, 4, 32; 5, 8 und an andern Stellen. Bey Städtenamen ist, ausser wenn nur die Nähe bezeichnet werden soll, die Auslassung der Präposition in der Regel. *Cic. in Verr. IV, 49:* usque *Ennam profecti sunt.* ad Att. V, 15: *in ultimam provinciam se coniecit Tarsum* usque.

Sesostris Aegypti, et Scythiae rex Tanaus: quorum al-
7 ter in Pontum, alter usque Aegyptum excessit. Sed longinqua, non finitima bella gerebant: nec imperium sibi, sed populis suis gloriam quaerebant; contentique victoria, imperio abstinebant. Ninus magnitudinem quae-
8 sitae dominationis continua possessione firmavit. Domitis igitur proximis, quum accessione virium fortior ad alios transiret, et proxima quaeque victoria instrumentum sequentis esset, totius Orientis populos subegit.
9 Postremum illi bellum cum Zoroastre, rege Bactrianorum, fuit, qui primus dicitur artes magicas invenisse, et mundi principia siderumque motus diligentissime spectasse. Hoc occiso, et ipse decessit, relicto impubere adhuc filio Ninya, et uxore Semiramide.

1 Cap. II. Haec nec immaturo ausa tradere imperium, nec ipsa palam tractare, tot ac tantis gentibus vix patienter uni viro, nedum feminae parituris, simulat se,
2 pro uxore Nini, filium; pro femina, puerum. Nam et statura utrique mediocris, et vox pariter gracilis, et li-
3 neamentorum qualitas matri ac filio similis. Igitur brachia ac crura velamentis, caput tiāra tegit; et, ne novo habitu aliquid occultare videretur, eodem ornatu et populum vestiri iubet: quem morem vestis exinde gens
4 universa tenet. Sic primis initiis sexum mentita, puer
5 esse credita est. Magnas deinde res gessit; quarum

Cap. II. §. 1. *gentibus—parituris.* S. *Zumpt* Gr. §. 81. 6. Anm.

§. 3. *Igitur brachia.* Man bemerke *igitur* zu Anfange des Satzes, was häufig bei Iustin, und auch bei Livius und Sallust nicht selten vorkommt. S. *Drakenb.* zu *Liv.* II, 48, 1. *Corte* zu *Sall. B. C.* 54. Und übereilt erscheint der Zweifel des *Quintilian*, I, 5, 39, da selbst Cicero bisweilen *igitur* voranstellt, wie in *Rull.* II, 27, 72: *de prov. cons.* 4, 9. *de Inv.* II, 3, 11. *Auct. ad Heren.* II, 22, 34. welche Stellen *Spalding* zu der bezeichneten Stelle des Quintilian übersehen hat. Umgekehrt stellt Iustin auch häufig *itaque* nach; ebendasselbe thut *Liv.* XXXIV, 34, 9. und selbst aus Cicero sind Stellen nachgewiesen worden.

§. 4. *primis initiis.* Siehe die *Anmerk.* zu VII, 5, 1: *inter prima initia.*

puer esse credita est. Wenn nach einem Prädicatssubstantiv ein Adjectiv oder Participium gesetzt wird, so richtet sich gewöhnlich das Adjectiv oder Participium in seiner Form nach dem Prädicatssubstantiv.

amplitudine ubi invidiam superatam putat, quae sit fatetur, quemve simulasset. Nec hoc illi dignitatem regni 6
ademit, sed admirationem auxit; quod mulier non feminas
modo virtute, sed etiam viros anteiret. Haec Babylo- 7
niam condidit, murumque urbi cocto latere circumdedit,
arenae vice bitumine interstrato: quae materia in illis
locis passim e terra exaestuat. Multa et alia praeclara
huius reginae fuere. Siquidem non contenta acquisitos 8
viro regni terminos tueri, Aethiopiam quoque imperio
adiecit. Sed et Indiae bellum intulit; quo praeter illam 9
et Alexandrum Magnum nemo intravit. Ad postremum, 10
quum concubitum filii petisset, ab eodem interfecta est,
duo et quadraginta annos post Ninum regno potita. Fi- 11
lius eius Ninya, contentus elaborato a parentibus impe-
rio, belli studia deposuit, et veluti sexum cum matre mu-
tasset, raro a viris visus, in feminarum turba consenuit.
Posteri quoque eius, id exemplum secuti, responsa gen- 12
tibus per internuntios dabant. Imperium Assyrii, qui post- 13
ea Syri dicti sunt, mille trecentis annis tenuere.

Cap. III. Postremus apud eos regnavit Sardanapa- 1
lus, vir muliere corruptior. Ad hunc videndum (quod 2
nemini ante eum permissum fuerat) praefectus ipsius,
Medis praepositus, nomine Arbaces, quum admitti magna
ambitione aegre obtinuisset, invenit eum inter scortorum

Daher bei *Cic. de Div.* II, 43: *Non omnis error* stultitia *est* dicenda. Liv. XXIX, 14: *Ludi fuere* Megalesia appellata. Wenn aber das Subjectsnomen Personen bezeichnet, so richtet sich das Adjectivum, Participium und Verbum durchaus nach diesem und nicht nach dem Prädikatssubstantiv; daher an unserer Stelle *credita* nicht *creditus*. Liv. XXI, 15: Captivi *militum praeda* fuerant. Vopisc. in Bon.: *Bonosus imperator, quum vitam laqueo finiisset, amphora pendens* dictus *est*. Iustin. XVII, 2, 11: *Sed nec Pyrrhus rex Epiri omissus, ingens momentum* futurus. Appulei. Met. I, 9: *risum nequivi continere, de Aristomene testudo* factus.

Cap. III. §. 2. *nemini ante eum permissum*. Eigentlich sollte sich das Pronomen demonstrativum auf ein vorhergehendes Nomen beziehen; hier folgt aber erst das Nomen, *praefectus*, nach, worauf es sich bezieht. *Corn. Att.* 12, 5: *quod in* eorum *periculis, non secus absentes, quam praesentes amicos Attico esse curae cognitum est.* wo *Bremi* nachzusehen ist.

greges purpuram colo nentem, et muliebri habitu, quum mollitia corporis, et oculorum lascivia omnes feminas
3 anteiret, pensa inter virgines partientem. Quibus visis, indignatus tali feminae tantum virorum subiectum, tractantique lanam, ferrum et arma tractantes parere: progressus ad socios, quid viderit, refert: negat *se ei parere*
4 *posse, qui se feminam malit esse, quam virum.* Fit igitur coniuratio; bellum Sardanapalo infertur. Quo ille audito, non ut vir regnum defensurus, sed, ut metu mortis mulieres solent, primo latebras circumspicit; mox de-
5 inde cum paucis incompositis in bellum progreditur. Victus in regiam se recipit; ubi exstructa incensaque pyra, et se et divitias suas in incendium mittit; hoc solo imitatus virum. Post hunc rex constituitur victor eius Arbaces, qui praefectus Medorum fuerat. Is imperium ab Assyriis ad Medos transfert.

1 Cap. IV. Post multos deinde reges, per ordinem
2 successionis, regnum ad Astyagem descendit. Hic per somnum vidit ex naturalibus filiae, quam unicam habebat, vitem enatam, cuius palmite omnis Asia obumbra-
3 retur. Consulti harioli, *ex eadem filia nepotem ei fu-*

§. 3. *arma tractantes.* So ist die richtige Lesart der Handschriften, welche der gehörige Gegensatz und der Sprachgebrauch fordert. Gewöhnlich wird in den Ausgaben *habentes* oder *portantes* gelesen; letzteres ist gegen den Sprachgebrauch; denn *arma portare* heisst nur, die Waffen wohin tragen, sich mit Waffen tragen. Man vergl. *Sall. Cat.* 30: *alii portenta atque prodigia nuntiabant, alii conventus fieri,* arma portari, *Capuae atque in Apulia servile bellum moveri;* womit zu vergleichen *c.* 42: *nocturnis consiliis,* armorum atque telorum portationibus, *festinando, agitando omnia plus timoris, quam periculi effecerant.* — Dagegen wird in dem an unserer Stelle erforderlichen Sinn *tractare* sehr oft gebraucht. *Cic. Brut.* 2: *Non auctoritatis* armis *egere rempublicam,* quae *didiceram* tractare. Ovid. Am. II, 37:

Non tu natus equo, non fortibus utilis armis,
Bellica non dextrae convenit hasta tuae.
Ista mares tractent.

Aehnlich heisst es *Iustin.* IX, 8, 12: *Hic aperte, ille artibus bella* tractabat. Noch viele andere Beispiele findet man gesammelt von *Drak.* zu *Liv.* VII, 32, 11: tela tractare, *procedere ante signa, versari media in mole pugnae sciat.*

turum, cuius magnitudo praenuntietur, regnique ei amissionem portendi, responderunt. Hoc responso ex- 4
territus, neque claro viro, neque civi filiam, ne paterna maternaque nobilitas nepoti animos extolleret, sed ex gente, obscura tunc temporis, Persarum, Cambysi, mediocri viro, in matrimonium tradidit. Ac ne sic quidem 5
somnii metu deposito, gravidam ad se filiam arcessit, ut sub avi potissimum oculis partus necaretur. Natus 6
infans datur occidendus Harpago, regis amico et arcanorum participi. Is veritus, si ad filiam, mortuo rege, 7
venisset imperium, quia nullum Astyages virilis sexus genuerat, ne illa necati infantis ultionem, quam a patre non potuisset, a ministro exigeret, pastori regii pecoris puerum exponendum tradidit. Forte eodem tempore 8
et ipsi pastori filius natus erat. Eius igitur uxor, audita 9
regii infantis expositione, summis precibus rogat, sibi perferri ostendique puerum. Cuius precibus fatigatus 10
pastor, reversus in silvam, invenit iuxta infantem canem feminam, parvulo ubera praebentem, et a feris alitibusque defendentem. Motus et ipse misericordia, qua 11
motam etiam canem viderat, puerum defert ad stabula, eadem cane anxie prosequente. Quem ubi in manum mu- 12
lier accepit, veluti ad notam allusit, tantusque in illo vigor,

Cap. IV. §. 4. *animos extolleret.* Ueber den Pluralis *animos* in Bezug auf *eine* Person mag der Anfänger die *Anmerk.* zu XXXI, 3, 6: *tantusque eius adventu ardor* animis *regis accessit,* nachsehen.

regis amico. In den gewöhnlichen Ausgaben fehlt *amico,* welches aber von *Graevius* aus den Handschriften wiederhergestellt ist. Die *Vertrauten* und *Rathgeber* des Königs wurden *amici* genannt. So heisst es *c.* 7 vom Candaules: amicum *in adulterium uxoris sollicitatum hostem sibi fecit;* und *c.* 9: *magum quendam ex* amicis *delegit;* vergl. XII, 15; XXXIV, 3. *Curt.* X, 1, 26: amicos *regis, non scorta se colere;* vergl. IX, 10, 26. 6, 26. *Sueton. Tib. c.* 55: *Super veteres* amicos *ac familiares viginti sibi e numero principum civitatis depoposcerat, velut consiliarios in negotiis publicis.*

§. 9. *rogat, sibi perferri.* Ueber den Acc. c. Infin. siehe *Zumpt* Gr. §. 80, 10. b. A. 1.

§. 12. *Quem ubi — allusit. Bongarsius* hat vor *allusit* noch ein *puer* eingeschoben; wahrscheinlich weil ihm diese Verbindung hart und unlateinisch dünkte. Denn eigentlich würden wir nach unserer Gewöh-

et dulcis quidam blandientis risus apparuit, ut pastorem uxor ultro rogaret, *suum partum pro illo exponeret, permitteretque sibi, sive fortunae ipsius, sive spei* 13*suae puerum nutrire.* Atque ita permutata sorte parvulorum, hic pro filio pastoris educatur; ille pro nepote 14regis exponitur. Nutrici Spaco postea nomen fuit, quia canem Persae sic vocant.

1 Cap. V. Puer deinde, quum inter pastores esset, 2 Cyri nomen accepit. Mox rex inter ludentes sorte delectus, quum per lasciviam contumaces flagellis cecidisset, a parentibus puerorum querela est regi delata, indignantibus, a servo regio ingenuos homines servilibus 3 verberibus affectos. Ille arcessito puero et interrogato, quum nihil mutato vultu, *fecisse se ut regem*, respondisset, admiratus constantiam, in memoriam somnii re- 4 sponsique revocatur. Atque ita quum et vultus similitudo, et expositionis tempora, et pastoris confessio

nung erwarten: Qui, *ubi* eum *in manum mulier accepit, veluti ad notam allusit.* Allein es geschieht nicht selten, dass, wenn zu einem relativen Satz ein anderer Satz mit einer Conjunction hinzugefügt wird, das Relativum *qui* von diesem andern Satz angezogen und in die Construction desselben eingeschlossen wird; wo dann zu dem folgenden Satz der nöthige Casus zu ergänzen ist. *c.* 10, 12: quod ut eriperent *Magis, mori non recusaverint. Cic. Cat.* II, 3: Quibus *ego non modo si aciem exercitus nostri, verum etiam si edictum praetoris ostendero,* concident. *Corn. Nep. Thrasyb.* 4, 1: *Huic pro tantis meritis honoris corona a populo data est,* — quam *quod amor civium, non vis* expresserat, *nullam* habuit *invidiam. Cic. Fin.* III, 2: *Puer infici debet iis artibus,* quas *si, dum tener est,* imbiberit, *ad maiora* veniet *paratior.* Man nennt dies Attraction. Zum Nachlesen ist zu empfehlen die schätzenswerthe Schrift von *Krüger* über die Attraction p. 236 seq. Braunschweig 1827.

Cap. V. §. 1. *Quum inter pastores esset.* Diese Stelle scheint früher anders gelesen zu seyn; hinter *esset* wird noch *imperiosus*, oder *imperio usus*, in den Handschriften und alten Ausgaben gewöhnlich hinzugefügt. *Graevius* wollte in diesem Zusatz die Andeutung des Grundes finden, warum der Knabe den Namen *Kyros* erhalten habe. Allein diese Benennung entspricht in der persischen Sprache keineswegs dem Worte *imperiosus.* Ebenso wenig ist die Conjectur *Scheffer's* zu billigen, nach welcher *imperiosus* aus *in Persis* corrumpirt seyn soll, da die Hirten, bei denen Kyros erzogen wurde, nicht Perser, sondern Meder waren.

convenirent, nepotem agnovit. Et quoniam defun- 5
ctus sibi somnio videretur, agitato inter pastores regno;
animum minacem duntaxat in illo fregit. Ceterum Har- 6
pago amico suo infestus, in ultionem servati nepotis,
filium eius interfecit, epulandumque patri tradidit. Sed 7
Harpagus, ad praesens tempus dissimulato dolore, odium
regis in vindictae occasionem distulit. Interiecto deinde 8
tempore, quum adolevisset Cyrus, dolore orbitatis ad-
monitus, scribit ei, *ut ablegatus in Persas ab avo fuerit, ut occidi eum parvulum avus iusserit: ut beneficio suo servatus sit: ut regem offenderit: ut filium amiserit.* Hortatur, *exercitum paret, et pronam ad* 9

§. 5. *in illo fregit.* Hinsichts des Kyros legte er seine drohende Gesinnung ab; nicht so hinsichts des Harpagus. Unrichtig hat *Ostertag* die Stelle übersetzt: „*Er begnügte sich damit, den raschen und allzufeurigen Muth desselben in etwas zu brechen.*“ — *In* mit dem Ablativ wird oft von den Lateinern bei Personen gebraucht, wenn diese die Gelegenheit einer Handlung geben, oder wenn *an* denselben etwas geschieht. So heisst es *c.* 6, 16: *nepotemque* in *illo magis, quam victorem egit*; VIII, 6, 7: *scelestus* in *utroque.* wo die *Anmerkung* zu vergleichen ist.

§. 8. *ut ablegatus — fuerit, ut etc.* Ebenso XXVIII, 3, 14: *Commemorat deinde beneficia sua,* ut *defectionem sociorum vindicaverit;* ut *Dardanos Thessalosque exultantes morte Demetrii regis compescuerit;* ut etc. Vergl. *Caes. B. G.* I, 43. So steht nicht selten *ut* da, wo man nach den gewöhnlichen Regeln den Acc. c. Infin. erwarten sollte. Man erklärt gemeiniglich in solchen Fällen *ut* durch *wie,* und betrachtet den Satz ähnlich einer abhängigen Frage. S. *Ramshorn* Gr. §. 183. — In solchen Fällen aber bezeichnet *ut* eine Folge von gewissen Umständen; der Umstandsbegriff, auf den *ut* sich bezieht, ist im vorhergehenden Satz entweder durch ein Pronomen oder Adverbium gegeben, oder lässt sich leicht aus dem Zusammenhang ergänzen; und so steht dann der Satz mit *ut* gemeiniglich explicative. *Cic. de Div.* II, 2, 5: *Magnificum* illud *etiam Romanisque hominibus gloriosum,* ut *graecis de philosophia literis non egeant.* Demnach kommt *ut* nach Verbis sentiendi et declarandi vor, wenn der folgende Satz nicht als Object des vorhergehenden Verbi, sondern explicative mit einem besondern Grade vorgetragen wird, was besonders häufig nach negativen Sätzen der Fall ist. Und so steht *ut* nach *non verisimile est* viermal bei Cicero, nämlich *in Verr.* IV, 6, 11. *p. Sext.* 36, 78. *p. Rosc. Am.* 41, 121. *p. Sull.* 20, 57. Vergl. *Cic. N. D.* I, 23, 63: *De diis neque* ut *sint, neque* ut *non sint, habeo dicere* d. i. so etwas Schwieriges vermag ich nicht auszusprechen; wenn nicht an dieser Stelle das *ut* in der Uebersetzung eines griechischen Originals dem ὅπως ἄν entspricht. *Corn. Nep. Han.* I, 1: *Si* verum *est,*

regnum viam ingrediatur, Medorum transitionem pol-
10licitus. Epistola, quia palam ferri nequibat, regis cu-
stodibus omnes aditus obsidentibus, exenterato lepori in-
seritur, lepusque in Persas Cyro ferendus fido servo tra-
ditur: addita retia, ut sub specie venationis dolus lateret.
1 Cap. VI. Lectis ille epistolis, eadem somnio aggredi
iussus est; sed praemonitus, ut quem primum postera
2 die obvium habuisset, socium coeptis assumeret. Igi-
tur antelucano tempore ruri iter ingressus obvium habuit
servum de ergastulo cuiusdam Medi, nomine Sybarem.
3 Huius requisita origine, ut in Persis genitum audivit,
demptis compedibus, assumptoque comite, Persepolim
4 regreditur. Ibi convocato populo, iubet *omnes praesto
cum securibus adesse, et silvam viae circumdatam*

quod nemo dubitat, ut *populus Romanus omnes gentes virtute superarit. Cic. N. D.* I, 9, 21: *quod ne in cogitationem quidem cadit*, ut *fuerit tempus aliquod.* Ebenso nach negativen Fragen, *Cic. de Fin.* II, 33, 108; *Qui probari postet*, ut *is, qui propter me aliquid gaudet, plus quam ego ipse gaudeat?* Vergl. *Tusc.* III, 3, 5. — Uebrigens hat *Gronov* mit Recht das handschriftliche a b *legatus* der sonst gewöhnlichen Lesart, re *legatus*, vorgezogen. *Ablegare aliquem* ist nicht gleich mit *relegare. Ablegamus aliquem*, wenn wir Jemanden, um ihn los zu seyn, unter irgend einem Vorwande, unter einer Beauftragung eines Geschäfts entfernen. *Liv.* I, 35, 2: *Sub tempus pueros venatum* ablegavit; XXII, 25, 5: *alterum* (consulum) *specie classis Punicae persequendae procul ab Italia* ablegatum. Appulei. Met. II, 30. p. 124: *Nam et pueris extra limen, credo, ut arbitrio nocturni gannitus* ablegarentur, *humi quam procul distratum fuerat.* [S. Wunderl. zu Tibull I, 8, 57. FR.]

Cap. VI. §. 2. *nomine Sybarem.* Ein ungewöhnlicher Accusativ, welcher auch *c.* 7 wiederkehrt. Denn von griechischen Wörtern, bei denen der lateinische Genitiv *is* dem griechischen auf εως oder ιος entspricht, wird der Accusativ nie auf *em*, sondern auf *im* gebildet; und selbst bei denjenigen Wörtern, die im Genitiv *idis* haben, und im Griechischen barytona sind, ist der Accusativ auf *im* gebräuchlicher, als auf *idem.* Die richtigere Accusativ-Form *Sybarim* findet sich auch bey *Virg. Aen.* XII, 363. *Horat. Od.* I, 8, 2; und so wird vielleicht auch an unserer Stelle zu lesen seyn. Vergl. *Schneider Forml. p.* 196 und *p.* 213. Die Form *Sybar* en, welche mehrere Ausgaben haben, ist gänzlich zu verwerfen.

§. 4. *praesto — esse.* In einigen Handschriften steht *adesse*, was *Rudius* vorziehen wollte; vielleicht mit Recht, obgleich dieser Pleonasmus mehr bei Dichtern gebräuchlich, wie *Terent. Eun.* V, 8, 20.

excidere. Quod quum strenue fecissent, eosdem po- 5
stera die apparatis epulis invitat: deinde, quum alacrio- 6
res ipso convivio factos videret, rogat, *si conditio pro-*
ponatur, utrius vitae sortem legant, hesterni laboris,
an praesentium epularum? Praesentium, ut accla-
mavere omnes, ait, *hesterno similem labori omnem vi-*
tam acturos, quoad Medis pareant; se secutos, ho-
diernis epulis. Laetis omnibus, Medis bellum infert. 7
Astyages meriti sui in Harpagum oblitus, summam belli 8
eidem committit; qui exercitum acceptum statim Cyro 9
per proditionem tradidit, regisque crudelitatem perfidia
defectionis ulciscitur. Quod ubi Astyages audivit, con- 10

Cicero und die übrigen Prosaiker gebrauchen fast nur das Simplex *esse* in dieser Verbindung. S. *Drakenb.* zu *Liv.* V, 45, 1.

§. 5. *apparatis epulis invitat.* I. e. *splendidis, opiparis, lautis.* In den Handschriften und Ausgaben wird auch *ad paratas epulas* gelesen; wohl eine Aenderung eines Abschreibers, der den Sinn von *invitare* an unserer Stelle nicht richtig auffasste. *Invitare* heisst hier *bewirthen*, tractiren, gastfreundlich aufnehmen, wie bei *Liv.* I, 57, 10: *victor maritus comiter* invitat *regios iuvenes;* und bei *Iustin.* XII, 13, 7: *instaurata commessatione et ipsum et sodales eius* invitat; wofür *Liv.* XXIII, 4, 3 *apparatis* accipere *epulis* sagt; vergl. daselbst *Drakenborch.* Dahin gehört auch *Cic. in Verr.* IV, 11, 25: *rex denique ecquis est, qui senatorem populi Romani* tecto ac domo non invitet? Daher *se invitare*, sich gütlich thun, sichs gut schmekken lassen. *Suet. Oct. c.* 77: *quoties largissime* se invitaret. *Sall. Hist.* IV, 3, 13. p. 991: *Quum* se *cibo vinoque laeti* invitarent, wo *Corte* nachzusehen ist. Vergl. *Drakenb.* zu *Liv.* XX, 7. 2.

Si *conditio proponatur.* Die Lesart schwankt zwischen *ponatur.* Beides ist gut. *Caes. B. G.* VIII, 3: *Tali conditione* proposita *Bituriges — idem fecerunt.* Dagegen *Liv.* XXXIV, 58, 1: *Ego duas conditiones* ponam. Vergl. *Burmann* zu *Phaedr. Fab.* I, 14, 9. *Drakenb.* zu *Liv.* XXI, 45, 7; XXXIX, 17, 1. — Indess bemerkt *Heusinger* zu *Cic. Off.* III, 22: Recte dicuntur praemia proponi, quibus eliciuntur homines vel incitantur ad facinus; offerenti operam ac pretium paciscenti ponitur *seu constituitur* magis praemium, quam proponitur.

§. 8. *meriti sui. Meritum* steht hier im *übeln* Sinne, *Vergehen. Liv.* XL, 15, 10: *Non hodie me primum accusat frater, sed hodie primum aperte, nullo meo in se* merito. Vergl. *Herzog* zu *Caes. B. G.* I, 14. *p.* 39.

§. 10. *ubi Astyages audivit.* Dass *ubi* mit dem Indicativ des Perfectums gesetzt werde, ist bekannt. Wenn aber im Nachsatz das Imperfectum folgt, so hat *ubi* das Perfectum bei sich. *Sall. Cat.* 6. 5: *post,*

tractis undique auxiliis, ipse in Persas proficiscitur; et repetito alacrius certamine, pugnantibus suis partem exercitus de tergo ponit, et tergiversantes ferro agi in ho-
11stes iubet; ac denuntiat suis, *ni vincerent, non minus fortes etiam post terga inventuros, quam a frontibus, viros: proinde videant, fugientibus haec, an illa pu-*
12*gnantibus acies rumpenda sit.* Ingens, post necessitatem
13pugnandi, animus exercitui eius accessit. Pulsa itaque quum Persarum acies paullatim cederet, matres et uxo-
14res eorum obviam occurrunt: orant, in proelium revertantur; cunctantibus, sublata veste, obscoena corporis ostendunt, rogantes, *num in uteros matrum vel uxorum*
15*velint refugere?* Hac repressi castigatione, in proelium redeunt; et facta impressione, quos fugiebant, fugere
16compellunt. In eo proelio Astyages capitur; cui Cyrus nihil aliud quam regnum abstulit; nepotemque in illo magis, quam victorem egit: eumque maximae genti Hyr-

ubi *pericula virtute* propulerant, *sociis atque amicis auxilia* portabant; c. 13, 4: *Haec iuventutem*, ubi *familiares opes* defecerant, *ad facinora* incendebant.

§. 11. *denuntiat suis. Denuntiare* nachdrüklich, ernstlich und drohend erklären. S. die Anmerk. zu V, 3, 8.

§. 12. *post necessitatem pugnandi.* Kurz ausgedrükt für *postquam coacti sunt pugnare.* Iustin bedient sich oft dieser Kürze. VIII, 1, 6: post *arma et bellum*; II, 10, 13: *amicior patriae* post *fugam, quam regi* post *beneficia*; X, 1, 4: post *nova paternae pietatis exempla.* Erklärend ist die Stelle bei *Cic. ad Fam. IV*, 4: *Sic fac existimes,* post *has miserias, id est, postquam armis disceptari coeptum est de iure publico, nihil esse actum aliud cum dignitate.*

§. 16. *victorem egit.* In den Ausgaben wird auch wohl die Glosse *se gessit*, statt *egit* gelesen. *Agere* behält in dieser Verbindung seine Bedeutung, und so wie es vom Schauspieler gebraucht wird, der irgend eine Rolle spielt, so wird es auch mit mehreren nominibus concretis verbunden, und von Ausübung der Pflicht, des Amts etc. der angegebenen Person gebraucht. Dass in dieser Verbindung das Pronomen *se nicht* hinzugefügt werden könne, wie dies hin und wieder geschehen ist, ist von einigen Gelehrten mit Recht behauptet worden. Wenn aber *Bremi* zu *Suet. Claud. c.* 25 die Verbindung *se agere aliquem* dadurch in Schutz nimmt, dass dieselbe die Construction von *se gerere* angenommen habe, so hat er den Begriff von *se gerere* ebenfalls unrichtig aufgefasst, indem auch *se gerere aliquem* unlateinisch ist. Das Pronomen kann nur dann stehen, wenn nicht ein anderes Object, sondern entweder ein Ad-

canorum praeposuit. Nam in Medos reverti ipse noluit. 17
Hic finis Medorum imperii fuit. Regnaverunt annos trecentos quinquaginta.

Cap. VII. Initio regni Cyrus Sybarem, coeptorum 1
socium, quem iuxta nocturnum visum ergastulo liberaverat, comitemque in omnibus rebus habuerat, Persis praeposuit, sororemque suam ei in matrimonium dedit. Sed 2
civitates, quae Medorum tributariae fuerant, mutato imperio, etiam conditionem suam mutatam arbitrantes, a Cyro defecerunt; quae res multorum bellorum Cyro causa et origo fuit. Domitis demum plerisque, quum ad- 3
versus Babylonios bellum gereret, Babyloniis rex Lydorum Croesus, cuius opes et divitiae insignes ea tempestate erant, in auxilium venit; victusque iam ac desolatus in regnum refugit. Cyrus quoque post victoriam, compo- 4
sitis in Babylonia rebus, bellum transfert in Lydiam. Ibi fortuna prioris proelii perculsum iam Croesi exerci- 5

verbium, oder ein, dessen Stelle vertretender Ablativ, wie *Sall. Iug.* 56: *Tanta mobilitate* s e s e *Numidae* a g u n t; oder die Präposition *pro* hinzugefügt ist, wie *Sueton. Claud. c.* 25: *Libertinos, qui* s e p r o *equitibus Romanis* a g e r e n t, *publicavit.* Unrichtig haben daher *Wolf* und *Bremi* bei *Sueton. Claud. c.* 29 gegen *Graevius* und *Ernesti* die Lesart: *non principem* s e, *sed ministrum* e g i t, beibehalten; da das Pronomen *se* sicherlich das Einschiebsel eines Abschreibers ist. Auch bei *Iustin.* VII, 5, 9: *Philippus diu non* r e g e m, *sed* t u t o r e m *pupilli* e g i t; und VIII, 2, 11: a g u n t p r o p u g n a t o r e s *sceleris*, wird in einigen Ausgaben *se* hinzugefügt, welches *Scheffer* an der ersten Stelle sogar billigte. Die genauere Erklärung dieser Verbindung habe ich zu XXXII, 3, 1 gegeben.

Cap. VII. §. 5. *perculsum.* So ist die richtige Lesart, nicht *percussum. Percellere* wird von den Dingen gesagt, welche etwas *erschüttern, so dass die Folgen lange dauren*, dagegen *percutere*, wenn die *Erschütterung plötzlich* und *unerwartet* geschieht. Man vergl. *Bremi's* Bemerk. zu *Corn. Nep. Dion.* 5, 3. Dieser Unterschied scheint sich zu bestätigen durch Stellen, wie *Cic. Cat.* III, 8: *complures in Capitolio res de coelo esse* p e r c u s s a s; de N. D. III, 35: *Hunc igitur nec Olympius Iupiter fulmine* p e r c u s s i t; ad Fam. IX, 25: *repente* p e r c u s s u s *est atrocissimis literis.* Daher wird *percellere* von alle dem gebraucht, durch welches man niedergeschlagen und muthlos gemacht wird; und so steht *perculsus* in Verbindung mit *abiectus* und *dubius* bei *Iustin.* II, 13, 1. Das Gegentheil ist bei *Cic. ad. Att.* VII, 23, *recreatus.* Man wird also immer sagen müssen *timore, pavore, amore etc. perculsus*, wenn die Folgen dieser Eindrükke fortdauern, niederschlagen und jede Gegen-

6 tum nullo negotio fundit: Croesus ipse capitur. Sed quanto bellum minoris periculi, tanto et mitior victoria 7 fuit. Croeso et vita, et patrimonii partes, et urbs Barene concessa sunt, in qua etsi non regiam vitam, proxi- 8 mam tamen maiestati regiae degeret. Haec clementia 9 non minus victori, quam victo utilis fuit. Quippe ex universa Graecia, cognito quod illatum Croeso bellum esset, auxilia velut ad commune exstinguendum incen- 10dium confluebant. Tantus Croesi amor apud omnes urbes erat: passurusque Cyrus grave bellum Graeciae fuit, 11si quid in Croesum crudelius consuluisset. Interiecto

anstrengung unmöglich machen; *amore percussus* nur insofern, wenn die Liebe Knall und Fall kommt. Siehe jedoch *Burmann* zu *Ovid. Met.* IV, 138; vergl. *Drakenb.* zu *Liv.* I, 27, 10; *Gronov.* zu *Liv.* III, 30, 5; *Corte* zu *Sall. C.* 43, 2. Auch wird *percellere* von plötzlichen, unerwarteten Dingen gebraucht. *Liv.* II, 14, 6: *Primo Aricinos res necopinata* perculerat; vergl. c. 22, 2; und so wird man auch bei *Sueton. Tib.* c. 11: Perculsus *igitur inopinata re* nicht mit *Ernesti* und *Bremi* in *percussus* verändern dürfen. [S. Ruhnk. zu *Terent. And.* I, 1, 98. *Eun.* II, 3, 87. FR.]

§. 7. *urbs Barene.* Ich habe unbedenklich die Aenderung des *Bongarsius* aufgenommen. Nichts ist häufiger, als die Corrumpirung der Namen in den Handschriften. *Barce*, wie gewöhnlich gelesen wird, war eine Stadt in Cyrenaika, wohin Kyros nicht gekommen ist; *Barene* dagegen lag in Medien und Ktesias sagt ausdrücklich: καὶ ἔδωκε Κῦρος Κροίσῳ πόλιν μεγάλην Βαρήνην ἐγγὺς Ἐκβατάνων.

§. 9. *cognito quod.* Ebenso II, 5, 13: cognito quod *Athenienses Ioniis auxilium contra se tulissent*; vergl. XXVII, 3, 8; XXXII, 3, 14. S. darüber die Anmerk. zu XXXII, 1, 9: *quaesito prius.* — Ausserdem bemerke man hier *quod* statt des Accusativs mit dem Imfinitiv, was besonders bei spätern Schriftstellern sich findet, und nicht wohl nachzuahmen ist. Daher wollte auch *Gronov* dieses *quod* durch Aenderungen aus den Schriftstellern der bessern Zeit entfernen. Uebrigens ist wohl zu merken, dass *quod* in diesem Fall nur mit dem Conjunctiv verbunden werde. Man vergleiche ausser den oben angeführten Stellen noch XL, 1, 2: *occurreretque*, quod *Mithridates implicitus bello Romano* esset; *Sueton. Tit.* c. 8: *Titus Augustus recordatus quondam super coenam*, quod *nihil cuiquam toto die* praestitisset. S. besonders *Drakenb.* zu *Liv.* III, 52, 2. *Oudendorp.* zu *Appul. Met.* VI. *p.* 425.

velut ad commune exstinguendum etc. Auf gleiche Weise V, 1, 5 und XLIII, 5, 4; *Liv.* XXVIII, 42, 10: *velut ad commune restinguendum incendium concurrunt*; *Cic. Phil.* X, 10, 21: *Concurritur undique ad commune incendium restinguendum.*

§. 10. *in Croesum.* Die meisten Handschriften scheinen *in Croeso*

deinde tempore, occupato in aliis bellis Cyro, Lydi rebellavere; quibus iterum victis arma et equi ademti,12 iussique cauponias, et ludicras artes, et lenocinia exercere. Et sic gens industria quondam potens, et manu strenua,13 effeminata mollitie luxuriaque, virtutem pristinam perdidit; et quos ante Cyrum invictos bella praestiterant, in luxuriam lapsos otium ac desidia superavit. Fuere Ly-14 dis multi ante Croesum reges, variis casibus memorabiles: nullus tamen fortuna Candauli comparandus. Hic15 uxorem, quam propter formae pulchritudinem deperibat, praedicare omnibus solebat, non contentus voluptatum suarum tacita conscientia, nisi etiam matrimonii reticenda publicaret; prorsus quasi silentium damnum16 pulchritudinis esset. Ad postremum, ut affirmationi suae17 fidem faceret, nudam sodali suo Gygi ostendit. Quo18

zu geben, wie auch *Oudendorp.* zu *Caes. B. G.* II, 32, 2 an unserer Stelle lesen wollte. Zwar finden wir in ähnlichen Fällen *in* mit dem Ablativ verbunden, worüber die *Anmerk.* zu *c.* 5, 5 und zu VIII, 6, 7 nachzusehen ist; allein in Verbindung mit *consulere* ist mir kein Beispiel bekannt. Gemeiniglich wird hier nur *in* mit dem Accusativ verbunden. *Liv.* VIII, 13, 16: *Vultis crudeliter* consulere in deditos victosque; III, 36, 7: In humiliores *libidinose crudeliterque* consulebatur; *Curt.* V, 6: *Nec* in deditos *gravius* consultum; *Iustin.* V, 3, 6: *Qui quum insita genti superbia crudeliter* in plebem consuleret; vergl. II, 15, 8; *Sall. Iug.* 13, 8: *nitebantur, ne gravius* in eum consuleretur. Daher auch *Iustin.* II, 15, 16: *simul et* in rem *sapienter* consulendo *proditionis consilia discussit.* Liv. XXXII, 21, 1: *suo quisque periculo* in commune consultum *non vult;* XXVI, 12, 7: *nihil salutare* in medium consulebatur.

§. 14. *fortuna Candauli.* Ebenso XXXVIII, 7, 1: *seu* nobilitate *illis comparetur. Cic. p. Quint.* 30: *Non* comparat *se tecum* gratia *L. Quintius.* Andere lesen gleich gut fortunae *Candauli.* Dann wären nach einem häufigen Latinismus *Personen* mit *Sachen* verglichen, da eigentlich Personen mit einander hinsichts einer Sache verglichen werden sollten. IV, 3, 2: *ausi* facinus nulli tyranno *comparandum*; II, 14, 10, *Atheniensium* virtus ceteris *praelata.* Vergl. *Bremi* zu *Corn. Chabr.* 3, 4 und die *Anmerk.* zu *Iustin.* II, 14, 10.

§. 17. *ut affirmationi suae fidem faceret. Fidem rei facere* oder *addere* heisst *facere, ut res verisimilis videatur, ut rei credatur,* Glauben verschaffen. *Flor. I,* 1: *Cui mox Iulius Proculus* fidem fecit, *visum a se Romulum affirmans.* Viele Beispiele hat *Drakenb.* zu *Liv.* II, 24, 6 gesammelt.

facto et amicum, in adulterium uxoris sollicitatum, hostem sibi fecit; et uxorem, veluti tradito alii amore, a
19se alienavit. Nam brevi post tempore caedes Candauli nuptiarum praemium fuit; et uxor mariti sanguine dotata, regnum viri et se pariter adultero tradidit.
1 Cap. VIII. Cyrus, subacta Asia, et universo Oriente
2 in potestatem redacto, Scythis bellum infert. Erat eo tempore Scytharum regina Tomyris; quae non muliebriter adventu hostium territa, quum prohibere eos transitu Araxis fluminis posset, transire permisit, et sibi faciliorem pugnam intra regni sui terminos rata, et ho-
3 stibus obiectu fluminis fugam difficiliorem. Itaque Cyrus traiectis copiis, quum aliquantisper in Scythiam proces-
4 sisset, castra metatus est. Dein postera die, simulato metu, quasi refugiens castra deseruisset, vini affatim, et ea quae
5 epulis erant necessaria; reliquit. Quod quum nuntiatum reginae esset, adolescentulum filium ad insequendum

§. 19. *Nam brevi post etc.* Ich habe nach ältern Ausgaben *nam* für *namque* geschrieben; nicht als wenn ich die unrichtige Ansicht einiger Gelehrten theilte, dass *namque* gemeiniglich vor Vocalen stehe, sondern weil *namque* gewöhnlich, und durchgängig von Iustin, bei *historischen Nachholungen*, *Einschaltungen* und *Reflexionen* gebraucht zu werden pflegt; *nam* dagegen, wenn in dem ruhigen Verfolg der Erzählung der eigentliche Grund angegeben wird. Man vergleiche nur II, 12, 12; III. 2, 5; IX, 1, 3; XXXII, 3, 6; c. 4, 3; XXXIV, 1, 2; XXXVI, 3, 2; XXXVII, 2, 4; XXXVIII, 9, 2; XLII, 1, 2; und an andern Stellen.

nuptiarum praemium fuit. *Gronov's* Verbesserung *pretium*, welcher auch *Graevius*, und *Burmann* zu *Ovid. Met.* VII, 396 ihren vollen Beifall gegeben haben, hat viel Wahrscheinlichkeit. „*Caedes fuit* pretium *nuptiarum* i. e. *quo nuptias quasi emit*; *caedes non* praemium *nuptiarum fuit, sed nuptiae* praemium *caedis.*“ Ich habe indess nicht gewagt, die Lesart aller Handschriften und Ausgaben aufzugeben, da bei der Leichtigkeit der Lesart *pretium* unmöglich dieselbe in das dunklere *praemium* von den Abschreibern verändert werden konnte. *Gronov* wurde wahrscheinlich zu jener Veränderung dadurch veranlasst, dass er *praemium* in Beziehung mit der Gemahlinn des Kandaules brachte, insofern nämlich sie die Belohnung ertheilte, in welcher Beziehung *praemium* allerdings falsch seyn würde. Nach meiner Ansicht ist *praemium* auf den Gyges zu beziehen: Von seiner Seite war die Ermordung des Kandaules die Belohnung der Heirath, d. i. er belohnte die Heirath, die jene ihm versprochen hatte, mit der Ermordung des Kandaules.

eum cum tertia parte copiarum mittit. Quum ventum 6
ad Cyri castra esset, ignarus rei militaris adolescens, ve-
luti ad epulas, non ad proelium venisset, omissis hosti-
bus, insuetos barbaros vino se onerare patitur; priusque 7
Scythae ebrietate, quam bello vincuntur. Nam cognitis 8
his, Cyrus reversus per noctem saucios opprimit, omnes-
que Scythas cum reginae filio interficit. Amisso tanto 9
exercitu, et, quod gravius doleret, unico filio, Tomyris
orbitatis dolorem non in lacrimas effudit, sed in ultio-
nis solatia intendit, hostesque recenti victoria exsultantes,
pari insidiarum fraude circumvenit: quippe simulata dif- 10
fidentia propter vulnus acceptum, refugiens Cyrum ad
angustias usque produxit. Ibi compositis in montibus 11
insidiis, ducenta millia Persarum cum ipso rege truci-
davit. In qua victoria etiam illud memorabile fuit, quod 12
ne nuntius quidem tantae cladis superfuit. Caput Cyri 13
amputatum, in utrem humano sanguine repletum coniici

§. 4. *proelia pedestria secunda.* Der Anfänger merke sich, dass zu einem Substantivum nur dann zwei Adjectiva ohne Copula gesetzt werden, wenn das eine derselben mit dem Substantiv zu einem Begriff verschmilzt, wozu dann das andere das eigentliche Adjectiv abgiebt. Auf diese Weise suchten die Lateiner dem Mangel zusammengesetzter Substantiven abzuhelfen. In diesem Falle pflegt sich das Adjectiv eng an das Subjectiv anzuschliessen, ohne demselben gerade immer unmittelbar voranzugehen. VI, 6, 2: *quod non Graeciae laboribus assiduisque bellorum* internecivis odiis *consulens fecit.* *Corn. Nep. Dat.* 3, 2: *agresti duplici amiculo circumdatus*, wo *Bremi* sehr gut *duplex amiculum* durch *Doppelwams* erklärt. — Ausserdem bemerke man *pedestre proelium* im Gegensatz von *navale proelium*; was nicht selten ist. Ebenso wird im Griechischen πεζικὸς und ναυτικὸς entgegengesetzt. *Cic. Amic.* 5: *Ut* pedestres navalesque *pugnas recordentur.* S. *Drakenb.* zu *Liv.* XXXVII, 53, 15.

§. 5. *circumdatis.* *Bernegger* wollte *circumdatos* ändern; doch hat er mit Recht nachher *circumdatis* beibehalten. Man sagt, *circumdare urbem munitionibus*, und auch, *munitiones circumdare urbi*; von beiden Constructionen hat derselbe Gelehrte Beispiele gesammelt. S. *Zumpt* Gr. §. 72. 5.

rebus fracti Syracusani auxilium a Lacedaemoniis petiverunt. Ab his mittitur Gylippus solus, sed in quo instar omnium auxiliorum erat. Is, audito in itinere belli iam inclinato statu, auxiliis partim in Graecia, partim in Sicilia contractis, opportuna bello loca occupat. Duobus deinde proeliis victus, congressus tertio, occiso Lamacho, et hostes in fugam compulit, et socios obsidione liberavit. Sed quum Athenienses a bello terrestri in navale se transtulisssent, Gylippus classem Lacedaemone cum auxiliis arcessit. Quo cognito, et ipsi Athenienses in locum amissi ducis Demosthenem et Eurymedonta cum supplemento copiarum mittunt. Peloponnesii quoque, communi civitatium decreto, ingentia Syracusanis auxilia misere; et quasi Graeciae bellum in Siciliam translatum esset, ita ex utraque parte summis viribus dimicabatur.

Cap. V. Prima igitur congressione navalis certaminis Athenienses vincuntur. Castra quoque cum omni publica ac privata pecunia amittunt. Super haec mala, quum etiam terrestri proelio victi essent, tunc Demosthenes censere coepit, *ut abirent Sicilia, dum res, quamvis afflictae, nondum tamen perditae forent; neque in bello male auspicato amplius perseverandum; esse domi graviora et forsitan infeliciora bella, in quae servare hos urbis apparatus oporteat.* Nicias, seu pudore male actae rei, seu metu destitutae spei civium, seu impellente fato, manere contendit. Reparatur igitur navale bellum, et animi a prioris fortunae procella ad spem certaminis revocantur: sed inscitia ducum, qui inter angustias maris tuentes se Syracusanos aggressi fuerant, facile vincuntur.

Cap. V. §. 6. *inscitia ducum.* In einigen Handschriften wird *inscientia* gelesen, welches *Abr. Gronov* zu billigen schien. *Burmann* zu *Quintil.* IX, 4; *Gronov.* zu *Liv.* XXII, 25, 11; *Davis* zu *Cic. N. D.* I, 31 und andere Gelehrte haben meistentheils *inscientia* aufgenommen, wo die Handschriften auch *inscitia* darbieten, ohne den Unterschied beider Wörter genauer zu erforschen, indem sie einer nach *Festus* von *Lambin* zu *Cic. N. D.* I, 31 leicht hingeworfenen Bemerkung, dass *inscitia* gleichbedeutend sei mit *stultitia*, folgten. *Inscientia* ist überhaupt das *Nichtwissen* einer Sache, *Unwissenheit*; aber *inscitia* Unwissenheit aus Mangel an Fähigkeit, Bildung und Verstand. Daher im Ge-

7 Eurymedon dux, in prima acie fortissime dimicans, pri-
mus cadit: triginta naves, quibus praefuerat, incendun-
8 tur. Demosthenes et Nicias, et ipsi victi, exercitum in
terram deponunt, tutiorem fugam rati itinere terrestri.
9 Ab his relictas centum triginta naves Gylippus invasit:
ipsos deinde insequitur; fugientes partim capit, partim
10caedit. Demosthenes, amisso exercitu, a captivitate gla-
11dio et voluntaria morte se vindicat: Nicias autem, ne
Demosthenis quidem exemplo, ut sibi consuleret, admo-
nitus, cladem suorum auxit dedecore captivitatis.

gensatz von *prudentia* bei *Cic. Off.* I, 34, 122: *ineuntis enim aetatis* inscitia *senum constituenda et regenda prudentia*, statt dessen c. 32, 117 *imbecillitas consilii* steht. Und so lässt es sich wiedergeben durch *Unüberlegtheit, Unverstand;* und wird häufig mit *temeritas* verbunden. *Liv.* XXII, 25, 11: *Biennii clades per* temeritatem atque inscitiam *ducum acceptas referret;* vergl. XXVI, 2, 7, an welchen Stellen *Gronov* unpassend *inscientia* aufgenommen hat. Die *inscientia ducum* kann entschuldigt werden, nicht so die *inscitia*. Daher heisst es bei *Liv.* VIII, 33, 17: *Nam populi quidem, penes quem potestas omnium rerum esset, ne iram quidem unquam atrociorem fuisse in eos, qui temeritate atque* inscitia *exercitus amisissent, quam ut pecunia eos multaret; capite anquisitum ob rem bello male gestam de imperatore nullo ad eam diem esse.* Nach dem Gesagten ist also an unserer Stelle *inscitia* die einzig richtige Lesart. Nicht durch *Unwissenheit* überhaupt, sondern durch *Unüberlegtheit* der Feldherrn, dass sie die Feinde in den sichern Engpässen des Meeres angriffen, wurden die Athener besiegt; vergl. *Vellei. Pat.* II, 1, 4.

LIBER V.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Alcibiades Siculi belli concitor in exsilium profectus, Lacedaemonios ad bellum Atheniensibus inferendum impellit. Huic bello Darius rex Persarum accedit socius Lacedaemoniis.
2. Alcibiadis res gestae contra patriam: Lacedaemoniis suspectus, negotium illis facessit Tisafernis opera.
3. Alcibiades statum reipublicae mutat; deinde classe instructa, in bellum pergit adversus Lacedaemonios.
4. Navalis pugna, et de Lacedaemoniis victis ab Alcibiade reportata victoria. Is desideratus civibus suis Athenas reversus, summa cum omnium laetitia excipitur.
5. Lacedaemonii, Persarum freti auxilio, exercitum Atheniensium in Asia sparsum opprimunt. Alcibiades ob rem male gestam veritus populi impetum, denuo in voluntarium exsilium proficiscitur.
6. Conon, Alcibiadis successor, invalidos et novos milites nactus, infeliciter rem gerit, et navali proelio superatus concedit ad Evagoram.
7. Atheniensium post cladem acceptam luctus.
8. Lacedaemonii victores urbe Athenarum deditione potiuntur. Lysander statum reipublicae mutat: inde triginta tyranni, et caedes Alcibiadis.
9. Theramenes, tyrannorum unus, vir moderatus, a collegis trucidatur. Thrasybulus rempublicam collapsam restituit, et proelio commisso, triginta tyrannorum saevissimos, Critiam et Hippolochum, mactat.
10. Thrasybulus populares fugientes placide revocat; superstites tyrannos urbe pellit: qui, dum bellum reparare student, comprehensi trucidantur, ἀμνηστία, id est, discordiarum oblivione, inter cives sancita.
11. Darii mors; inter cuius filios, Artaxerxem et Cyrum, lis de regno. Qua prius in occultum, deinde vero in apertum bellum erumpente, Artaxerxes demum, fratre occiso, et victoria et regno potitur.

CAPUT I.

1 Dum Athenienses in Sicilia bellum per biennium cupidius, quam felicius gerunt, interim concitor et dux eius Alcibiades absens Athenis insimulatur, mysteria Cereris Initiorum, sacra, nullo magis quam silentio sollemnia, enuntiavisse: 2 revocatusque a bello ad iudicium, sive conscientiam, sive indignitatem rei non ferens, tacitus in exsilium Elidem 3 profectus est. Inde, ubi non damnatum se tantum, verum etiam diris per omnium sacerdotum religiones devo- 4 tum cognovit, Lacedaemona se contulit: ibique regem Lacedaemoniorum impellit, turbatis Atheniensibus adverso 5 Siciliae proelio ultro bellum inferre. Quo facto omnia Graeciae regna, velut ad exstinguendum commune incen-

Lib. V.

Cap. I. §. 1. *mysteria Cereris etc.* Mehrere Herausgeber halten *mysteria Cereris* für eine eingeschlichene Glosse von *initiorum sacra*, und wollten deshalb diese Worte streichen. Doch haben alle Handschriften und Ausgaben dieselben; und das Verbum *enuntiavisse* schützt mindestens *mysteria*. — *Nullo* ist hier soviel als *nulla re*. Ebenso bei *Quintil.* II, 4, 13: nullo *magis studia, quam spe gaudent;* II, 16, 12: *Deus ille princeps, parens rerum fabricatorque mundi,* nullo *magis hominem separavit a ceteris, quae quidem mortalia essent, animalibus, quam dicendi facultate*; vergl. *Senec. Benef.* II, 25.

§. 5. *omnia Graeciae regna.* Auffallend ist hier *regna*, wofür man *civitates* erwarten sollte. Deshalb glaubte auch *Bongarsius*, zumal da er in einer Handschrift *concurrit* fand, dass *omnis Graecia concurrit* zu lesen sei; welche Vermuthung durch *Orosius* II, 15: *cui incepto ita Graecia omnis adstipulata est, quasi ad commune incendium restinguendum, bono publico, congestis viribus consuleretur*, sehr unterstützt wird. *Ruhnken* zu *Rutil. Lup. p.* 47 stimmt dieser Aenderung bei, nur tadelt er, dass *Bongarsius* für *concurrunt* lesen wollte *concurrit*. Allein, wenn wirklich die Vermuthung jenes Gelehrten die ursprüngliche Lesart herstellt, so muss auch durchaus *concurrit*, und nicht *concurrunt* gelesen werden; denn so wenig *Ruhnken* hier mit Recht den *Bongarsius* tadelt, ebenso wenig kann in diesem Fall seine Vertheidigung der Lesart *concurrunt* als gültig anerkannt werden. Zwar setzen andere Historiker, wie Livius, nach einem Nomen collectivum häufig den Pluralis des Verbi; im ganzen Iustin findet sich dagegen auch nicht ein einziges Beispiel von diesem Gebrauch, und unser Schriftsteller setzt höchstens nur dann den Pluralis des Verbi, wenn in einem vorhergehenden Satz ein Collectivum vorangegangen ist; wie II, 12, 18: *Itaque quum adunata* omnis *sociorum* classis *et intenta in bellum navale esset; angu-*

dium, concurrunt. Tantum odii Athenienses immoderati 6
imperii crudelitate contraxerant. Darius quoque, rex Per- 7
sarum, memor paterni avitique in hanc urbem odii, facta
cum Lacedaemoniis per Tisafernem, praefectum Lydiae,
societate, omnem sumptum belli pollicetur. Et erat hic 8
quidem titulus cum Graecis coëundi; re autem vera time-
bat, ne, victis Atheniensibus, ad se Lacedaemonii arma
transferrent. Quis igitur miretur, tam florentes Athenien- 9
sium opes ruisse, quum ad opprimendam unam urbem
totius Orientis vires concurrerent? Non tamen inerti, ne- 10
que incruento cecidere bello; sed proeliati ad ultimum,
victores etiam interdum, consumpti magis fortunae varie-
tate, quam [vi]victi sunt. Principio belli omnes ab his 11
etiam socii desciverant, ut fit: quo se fortuna, eodem
etiam favor hominum inclinat.

Cap. II. Alcibiades quoque motum adversus patriam 1
bellum non gregarii militis opera, sed imperatoris virtu-
tibus adiŭvat: quippe acceptis quinque navibus in Asiam 2
contendit, et tributarias Atheniensium civitates, auctori-
tate nominis sui, ad defectionem compellit. Sciebant 3
enim domi clarum, nec exsilio videbant factum mino-
rem; nec tam ablatum Atheniensibus ducem, quam La-
cedaemoniis traditum, partaque cum amissis imperia pen-
santem. Sed apud Lacedaemonios virtus Alcibiadis plus 4

stiasque Salaminii freti, ne circumveniri a multitudine possent, oc-
cupassent; vergl. V, 4, 9. Dagegen III, 2, 1: Graecia omnis,
*ducibus Lacedaemoniis et Atheniensibus, in duas divisa partes, ab ex-
ternis bellis, velut in viscera sua, arma* convertit.

Cap. II. §. 3. *pensantem.* Sie sahen, dass er dass verlorne Com-
mando mit dem jetzt erhaltenen aufwog, dass er eine eben so grosse
Feldherrnwürde wieder erlangt habe, als er verloren hatte. *Pensare*
heisst Verlust und Gewinn gleichsam auf die Waagschale legen, beides
ausgleichen, so viel als *aequare.* Eigentlich sollte nun der Verlust, die
verlorne Sache im Accusativ stehen, wie es auch heisst 25, 3, 6: *veluti
damna amissae Siciliae Italiaeque acquisito Macedoniae regno pensasset.*
Allein der Lateiner drehte bisweilen die Sache ohne irgend eine Verän-
derung des Sinnes um; und so hätte an unserer Stelle ebenso gut stehen
können: *amissaque cum partis imperia pensantem.* Vergl. *Ovid. Met.*
XIII, 192: *laudem ut cum sanguine* penset; *Vellei. Pat.* II, 115: *Im-
peratori nunquam adeo ulla opportuna visa est victoriae occasio, quam*

5 invidiae, quam gratiae contraxit. Itaque cum principes velut aemulum gloriae suae interficiendum insidiis mandassent, cognita re Alcibiades per uxorem Agidis regis, quam adulterio cognoverat, ad Tisafernem, praefectum Darii regis, profugit: cui se celeriter officii comitate, et 6 obsequendi gratia insinuavit. Erat enim et aetatis flore, et formae veneratione, nec minus eloquentia, etiam inter 7 Athenienses, insignis: sed in conciliandis amicitiarum studiis, quam in retinendis vir melior; quia morum vitia sub 8 umbra eloquentiae primo latebant. Igitur persuadet Tisaferni, *ne tanta stipendia classi Lacedaemoniorum* 9 *praeberet. Vocandos enim in portionem muneris Ionios, quorum pro libertate, quum tributa Atheniensi-* 10*bus penderent, bellum susceptum sit. Sed nec auxiliis nimis enixe Lacedaemonios iuvandos: quippe memorem esse debere, alienam se victoriam, non suam instruere; et eatenus bellum sustinendum, ne inopia*

damno amissi pensaret *militis*; II, 12: *Hac victoria videtur meruisse Marius, ne eius nati rempublicam poeniteret, ac bona malis* repensasse, wo *Burmann* nachzusehen ist. Vergl. die *Anmerk.* zu *Cic. Eclog.* von *Hottinger p.* 104; und *Gronov Observatt.* IV, 13. — Die ähnliche Construction von *mutare* kann verglichen werden, welche *Bentley* zu *Horat. Od.* II, 16, 28 erläutert hat; vergl. *Zumpt.* Gr. Cap. 74. 9. §. 469. Eine gleiche, von dem Idiom der neuern Sprachen nicht selten ganz abweichende Construction findet bei den Verbis, die eine *Vergleichung* ausdrükken, statt. Gemeiniglich sagen wir, dass eine Sache nicht werth sei, mit einer andern, nämlich bessern, verglichen zu werden. Der Lateiner spricht nicht selten umgekehrt, und sagt, dass das Bessere mit dem Schlechtern nicht verglichen werden könne. *Caes. B. G.* I, 31, 11: *Neque enim conferendum esse Gallicum cum Germanorum agro, neque hanc consuetudinem victus cum illa comparandam,* wo die Bemerkungen von *Davis* und *Clarke* nachzusehen sind. Vergl. *Oudendorp* zu *Appulei. Met.* VII, 135. *p.* 455.

§. 6. *aetatis flore et formae veneratione.* I. e. *aetate florenti et forma venerabili*; ebenso XIII, 1, 1; XLII 1, 3. S. die *Anmerk.* zu XI, 11, 6; und besonders zu VIII, 3, 7.

§. 9. *vocandos in portionem muneris. Vocare aliquem in portionem* ist soviel als *participem facere*; wofür Livius *in partem vocare* gebraucht. S. *Drakenb.* zu *Liv.* V, 21, 5. — Statt *muneris* hat man nicht nöthig, *oneris* zu ändern, da *munus* selbst in diesem Sinn gebraucht wird. *Cic. in Verr.* V, 20, 51: *Quum hoc munus imperaretur tam grave civitati.* Mehrere Beispiele hat *Gronov* zu unserer Stelle gesammelt.

deseratur. Nam regem Persarum, dissidentibus Grae- 11
cis, arbitrum pacis ac belli fore; et quos suis non possit, ipsorum armis victurum: perfecto autem bello, statim ei cum victoribus dimicandum. Domesticis 12
itaque bellis Graeciam atterendam, ne externis vacet; exaequandasque vires partium, et inferiores auxilio levandos. Non enim quieturos post hanc victoriam 13
Spartanos, quia vindices se libertatis Graeciae profes-
si sint. Grata oratio Tisaferni fuit. Itaque commea- 14
tus maligne praebere; classem regiam non totam mittere; ne aut victoriam daret, aut necessitatem deponendi belli imponeret.

Cap. III. Interea Alcibiades hanc operam civibus 1
venditabat: ad quem quum legati Atheniensium venissent, 2
pollicetur his amicitiam regis, si respublica a populo translata ad senatum foret; sperans, ut aut concordante 3
civitate dux belli ab omnibus legeretur, aut discordia inter ordines facta ab altera parte in auxilium vocaretur. Sed Atheniensibus, imminente periculo belli, maior sa- 4
lutis, quam dignitatis cura fuit. Itaque, permittente po- 5
pulo, imperium ad senatum transfertur. Qui quum insita 6
genti superbia crudeliter in plebem consuleret, singulis

§. 12. *Graeciam atterendam.* So ist die richtigere Lesart; in den Handschriften wird auch ob*terendam* gelesen, welches aber mehr eine gänzliche Vernichtung bezeichnen würde. XLI, 6, 4: *Multa tamen Eucratides bella magna virtute gessit, quibus* attritus; Sall. B. Iug. 5, 4: *Hannibal — Italiae opes maxime attriverat.*

Cap. III. §. 1. *venditabat. Venditare* hier *anpreisen.* Ebenso *Liv.* XLIV, 25, 5: *in eo suam operam* venditare *concilianda gratia magis cupiit.* Daher ist *se venditare alicui* soviel als, *alicuius gratiam captare sive ostentendo merita, sive offerendo officia, velle aliquem demereri ac sibi devincire,* wie es *Graevius* zu *Pseudo-Cic. Har. resp.* 22, 46 erklärt. *Corn. Nep.* 11, 4: *quod non florentibus se venditavit, sed afflictis semper succurrit.*

§. 6. *insita genti superbia.* Man muss unter *genti* ja nicht den Senat allein verstehen, woran man mit Recht mit *Faber,* der deshalb auch *nobilitati* ändern wollte, Anstoss nehmen würde. Unter *gens* sind die Athener überhaupt zu verstehen: nach der dem atheniensehen Volke angebornen Stolz; so dass diejenigen, welche an das Staatsruder kamen, sich die Alleinherrschaft gewaltsamer Weise anzueignen suchten.

tyrannidis sibi impotentiam vindicantibus, ab exercitu Alcibiades exsul revocatur, duxque classi constituitur. 7 Statim igitur Athenas mittit, *ex continenti se cum exercitu venturum, recepturumque a quadringentis iura* 8 *populi, ni ipsi redderent.* Hac denuntiatione optimates territi primo urbem prodere Lacedaemoniis tentavere: 9 dein, quum id nequissent, in exsilium profecti sunt. Igitur Alcibiades, intestino malo patria liberata, summa cura classem instruit; atque ita in bellum adversus Lacedaemonios pergit.

1 Cap. IV. Iam Sesto Mindarus et Pharnabazus, Lacedaemoniorum duces, instructis navibus exspectabant. 2 Proelio commisso, victoria penes Athenienses fuit. In

Impotentiam. So wie *impotens* derjenige ist, welcher seiner nicht mächtig ist, seine Leidenschaften und Begierden nicht im Zaum halten kann; so wird *impotentia* demjenigen beigelegt, welcher hinsichts seiner ehrgeizigen Bestrebungen und der Herrschsucht sich nicht zu zügeln weiss; daher *Despotismus. Vellei. Pat.* II, 29, 3: *potentia sua nunquam, aut raro, ad* impotentiam *usus*; vergl. *Iustin.* XXVI, 3, 4. S. *Bremi* zu *Suet. Caes.* 77: *Nec minores* impotentiae *voces propalam edebat.*

§. 7. *Athenas mittit. Mittere* ist hier *schikken*, um Jemanden etwas mitzutheilen, sei es durch Briefe oder Boten, *missis literis vel nuntiis indicare*, synonym mit *scribere, nuntiare.* Cic. ad Fam. XI, 16: Mitte *ad Lupum nostrum, ut is nobis eas centurias conficiat*; ad Att. XIII, 10: *Hodie Spintherum exspecto*; misit *enim Brutus ad me*; vergl. *ad Att.* II, 2; *ad Fam.* XVI, 9. Ebenso wird im Griechischen *πέμπειν* gebraucht. Die Lesart *scribit*, welche einige Handschriften haben, ist demnach blosse Glosse. Beispiele dieses Gebrauchs von *mittere* haben *Gronov* und *Drakenb.* zu *Liv.* VIII, 23, 1; XXXIV, 29, 9 in grosser Menge gesammelt; vergl. *Oudendorp* zu *Caes. B. G.* I, 34, 1.

§. 8. *Hac denuntiatione. Denuntiatio* ist eine *nachdrükliche, ernstliche Erklärung*; dann *Drohung.* Die Präposition *de* dient zur Verstärkung in der Zusammensetzung. Ebenso wird das Verbum *denuntiare* gebraucht. Zuerst von einer ernsten, nachdrüklichen Erklärung. *Vellei. Pat.* II, 55, 3: *ut* denuntiaret *militibus, vestigio se non recessurum; proinde viderent, quem et quo loco imperatorem deserturi forent.* Dann von einer *Drohung. Corn. Nep. Chabr.* 3, 1: *Atheniensis diem certam Chabriae praestituerunt, quam ante domum nisi redisset, capitis se illum damnaturos* denuntiarunt; vergl. *Iustin.* 1, 6, 10; VI, 2, 5; XXXI, 1, 4.

Cap. IV. §. 1. *Sesto.* S. die *Anmerk.* zu II, 13, 5.

eo bello maior pars exercitus, et omnes ferme hostium duces caesi: naves octoginta captae. Interiectis quoque 3
diebus, quum bellum Lacedaemonii a mari in terram transtulissent, iterato vincuntur. His malis fracti pacem 4
petiere: quam ne acciperent, opera eorum effectum est, quibus ea res quaestum praebebat. Interea et Syracusa- 5
norum auxilia illatum a Carthaginiensibus Siciliae bellum domum revocavit. Quibus rebus destitutis Lacedaemo- 6
niis, Alcibiades cum classe victrici Asiam vastat; multis locis proelia facit; ubique victor recipit civitates, quae defecerant; nonnullas capit, et imperio Atheniensium adiicit: atque ita prisca navali gloria vindicata, adiecta 7
etiam laude terrestris belli, desideratus civibus suis Athenas revertitur. His omnibus proeliis ducentae naves ho- 8
stium, et praeda ingens capta. Ad hunc redeuntis exer- 9
citus triumphum effusa omnis multitudo obviam procedit: et universos quidem milites, praecipue tamen Alcibiadem, mirantur: in hunc oculos civitas universa, in hunc su-10
spensa ora convertit: hunc quasi de coelo missum, et ut ipsam Victoriam contuentur; laudant, quae pro patria,11
nec minus admirantur, quae exsul contra gesserit, excusantes ipsi, iratum provocatumque fecisse. Enimvero12
tantum in uno viro fuisse momenti, ut maximi imperii subversi, et rursum recepti auctor esset; et, unde stetisset, eo se victoria transferret: fieretque cum eo mira

§. 9. *mirantur.* Ebenso II, 12, 18: *Itaque quum adunata omnis sociorum classis et intenta in bellum navale esset, angustiasque Salaminii freti, ne circumveniri a multitudine* possent, occupassent. Ueber diesen Pluralis des Verbi im folgenden Satze nach einem vorhergegangenen Nomen collectivum ist *Zumpt Gr.* §. 69, 2. Anm. 1 nachzusehen. Vergl. die *Anmerk.* zu V, 1. 5.

§. 12. *rursum recepti.* Ueber diese Zusammenstellung siehe die *Anmerk.* zu XXXVI, 1, 10: rursus *regnum Syriae ad sobolem Demetrii* revertitur.

unde stetisset. I. e. *a qua parte.* Ebenso XIV, 1, 7: *existimaturos ibi maiestatem regiam verti,* unde *soror Alexandri* staret. Die Adverbia demonstrativa und relativa stehen oft für die entsprechenden Pronomina mit einer Präposition, in Bezug auf eine *Sache,* oder eine *Person.* Tacit. Hist. I, 56: *Nec cuiquam ultra fides aut memoria prioris sacramenti, sed, quod in seditionibus accidit,* unde *plures* erant,

13quaedam fortunae inclinatio. Igitur omnibus non humanis tantum, verum et divinis eum honoribus onerant: certant secum ipsi, utrum contumeliosius eum expulerint, an 14revocaverint honoratius. Ipsos illi Deos gratulantes tulere 15obviam, quorum exsecrationibus erat devotus. Et cui paullo ante omnem humanam opem interdixerant, eum, 16si queant, in coelo posuisse cupiunt. Explent contumelias honoribus, detrimenta muneribus, exsecrationes pre-17cibus. Non Siciliae illis adversa pugna in ore est, sed Graeciae victoria: non classes per illum amissae, sed acquisitae: nec Syracusarum, sed Ioniae Hellespontique meminerunt. Sic Alcibiades nunquam mediocri-

omnes fuere; Plaut. Menaech. V, 2, 32: *M. ludibrio pater habeor. S.* unde? *M.* ab illo, *cui me mandavisti viro.* S. *Gronov. Observatt.* IV, 11. *Corte* zu *Sall. Iug.* 14, 22.

§. 13. *honoribus onerant. Onerae* wird auch von etwas *Gutem* gebraucht, indem es dann die Menge und Grösse desselben andeutet, soviel als *cumulare.* Phaedr. Fab. V, 5, 20: *multis* onerant *laudibus.* Liv. XXXV, 11, 6: *Collaudatum eum Consul spe praemiorum* onerat; IV, 13, 13: *laudibus haud immeritis* onerarent; wo *Drakenborch* mehrere Beispiele gesammelt hat; vergl. desselben Gelehrten Bemerkung zu *Sil. It.* III, 15. Man wird demnach durchaus nicht mit *Acidalius* zu *Vellei. Pat.* II, 124, 6 *honorant*, wie in einigen Handschriften steht, lesen wollen. Ueber die häufige Verwechselung beider Verba handelt *Drakenborch* ll. cc.

§. 15. *opem interdixerant.* So XVI, 4, 5: *cui* patriam *interdixerant*; vergl. XLI, 3, 2; Liv. XXXIV, 7, 3: *Feminis duntaxat purpurae* usum interdicemus; Valer. Max. II, 7, 9: Interdixit *etiam ei* convictum *hominum* usumque *balneorum*; vergl. *Suet. Ner.* 32. *Domit.* 7. Dagegen *Iustin.* XXXVIII, 6, 4: *eique interdictum* Italia: In der bekannten Formel, *aqua et igni interdicere*, ist wohl schwerlich der Accusativ gebraucht worden. S. *Oudendorp* zu *Caes. B. G.* VI, 44. *Herzog* zu VI, 13. *p.* 320. Selbst *interdicere aliquem* scheint gesagt worden zu seyn. *Gell. N. A.* XVII, 2: Illi *vero omni iure atque honestate* interdicti. Cic. ad Fam. XI, 1, 3: *ut hostes iudicemur aut aqua et igni* interdicamur, wo indess die Lesart unsicher ist.

§. 16. *explent contumelias. Explere* hier soviel als *pensare, reficere, ersetzen.* Ebenso bei *Liv.* III, 68, 3: *Iam unicuique ex agris sua damna, nuntiabuntur. Quid est tandem domi, unde ea* expleatis? wo *Drakenborch* nicht passend die Redensarten, *famem, sitim explere* vergleicht und nach *Burmann* zu *Ovid. R. Am.* 129 in diesen Verbindungen *explere* durch *minuere* erklärt, was es niemals bedeuten kann. Vergl. *Ruhnken* zu *Vellei. Pat.* II, 56. *p.* 262.

bus, nec in offensa, nec in favore, studiis suorum exceptus est.

Cap. V. Dum haec aguntur, a Lacedaemoniis Lysander classi belloque praeficitur; et in locum Tisafernis Darius, rex Persarum, filium suum Cyrum Ioniae Lydiaeque praeposuit: qui Lacedaemonios auxiliis opibusque ad spem fortunae prioris erexit. Aucti igitur viribus Alcibiadem cum centum navibus in Asiam profectum, dum agros longa pace divites securius populatur, et praedae dulcedine sine insidiarum metu sparsos milites habet, repentino adventu oppressere; tantaque caedes palantium fuit, ut plus vulneris eo proelio Athenienses acciperent, quam superioribus dederant; et tanta desperatio apud Athenienses erat, ut ex continenti Alcibiadem ducem Conone mutarent, arbitrantes, victos se non fortuna belli, sed fraude imperatoris, apud quem plus prior offensa valuisset, quam recentia beneficia: vicisse autem eum priore bello ideo tantum, ut ostenderet hostibns, quem ducem sprevissent, et ut carius eis ipsam victoriam venderet. Omnia enim credibilia in Alcibiade vigor ingenii et morum luxuria faciebat. Veritus itaque multitudinis impetum, denuo in voluntarium exsilium proficiscitur.

Cap. VI. Itaque Conon Alcibiadi suffectus, habens ante oculos, cui duci successisset, classem maxima industria exornat; sed navibus exercitus deerat, fortissimis quibusque in Asiae populatione amissis. Armantur tamen senes, aut impuberes pueri, et numerus militum sine exercitus robore expletur. Sed non magnam bello moram aetas fecit imbellis: caeduntur passim, aut fugientes ca-

Cap. V. §. 1. *aguntur.* Fast in allen Ausgaben ist das Komma nicht hinter *aguntur*, sondern hinter *Lacedaemoniis* gesetzt; was durchaus falsch ist, und allen Zusammenhang aufhebt.

§. 4. *tanta desperatio — erat.* In zwei Handschriften steht *esset*, und es könnte dies die richtigere Lesart scheinen, da *fuit* vorhergeht dem *erat* nicht gehörig entspricht. Doch finden sich dergleichen Nachlässigkeiten bisweilen. *Corn. Nep.* IX, 1: *quod aetate proximus* erat, *qui illorum temporum historiam reliquerunt, et eiusdem civitatis* fuit, wo *Bremi's* Bemerkung nachzusehen ist.

piuntur; tantaque strages aut occisorum, aut captivorum fuit, ut Atheniensium deletum non imperium tantum, ve-
5 rum etiam nomen videretur. Quo proelio perditis et desperatis rebus, ad tantam inopiam rediguntur, ut, consumpta militari aetate, peregrinis civitatem, servis liber-
6 tatem, damnatis impunitatem, darent. Ex qua colluvione hominum conscripto exercitu, domini antea Graeciae, vix
7 libertatem tuebantur. Iterum tamen fortunam maris ex-
8 periendam decernunt. Tanta virtus animorum erat, ut, quum paullo ante salutem desperaverint, nunc non de-
9 sperent victoriam. Sed neque is miles erat, qui nomen Atheniensium tueretur; neque eae vires, quibus vincere consuerant; neque ea scientia militaris in his, quos vincula, non castra continuerant. Itaque omnes aut capti,
10 aut occisi. Quum dux Conon proelio superfuisset solus, crudelitatem civium metuens, cum octo navibus ad regem Cyprium concedit Evagoram.

1 Cap. VII. At dux Lacedaemoniorum, rebus feliciter
2 gestis, fortunae hostium insultat; captivas naves cum praeda bellica in triumphi modum ornatas mittit Lace-
3 daemona; ac tributarias Atheniensium civitates, quas metus dubiae belli fortunae in fide tenuerat, voluntarias recipit; nec aliud ditionis Atheniensium praeter urbem ipsam
4 reliquit. Quae cuncta quum Athenis nuntiata essent, omnes, relictis domibus, per urbem discurrere pavidi: alius

Cap. VI. §. 9. *miles erat.* *Miles* hier zur Bezeichnung der ganzen Classe, statt des Pluralis. XXII, 3, 1: *His ita gestis,* militem *legit, exercitum conscribit*; vergl. VIII, 1, 9; XI, 6, 1; XLI, 5, 1; *Curt.* III, 1, 1; *c.* 3, 28; IV, 13, 21; V, 1, 41; *Vellei. Pat.* II, 85, 3. S. *Drakenb.* zu *Liv.* VII, 35, 2.

Cap. VII. §. 3. *recipit — reliquit.* Mehrere Herausgeber haben *Freinsheim's* Aenderung *relinquit*, so wie *c.* 9, 11 *refugiunt* statt *refugerunt* aufgenommen. Allein das Präsens historicum wechselt mit dem Perfectum bei allen Geschichtschreibern so häufig ab, so dass es zu verwundern ist, wie man dies an mehreren Stellen übersehen und Aenderungen vornehmen konnte; vergl. V, 1, 3: *Lacedaemona se* contulit, *ibique regem Lacedaemoniorum* impellit; XV, 2, 2: *in societatem eos* recepit, *agrosque iis ultimos Macedoniae* assignat; und so an unzähligen Stellen. S. *Held* zu *Caes. B. C.* I, 41, und besonders *Oudendorp* zu *B. G.* I, 46.

alium sciscitari: auctorem nuntii requirere: non pueros 5
imprudentia, non senes debilitas, non mulieres sexus im-
becillitas domi tenet: adeo ad omnem aetatem tanti mali
sensus penetraverat. In foro deinde coëunt, atque ibi 6
perpeti nocte fortunam publicam questibus iterant. Alii 7
fratres, aut filios, aut parentes deflent; cognatos alii,
alii amicos cognatis cariores, et cum privatis casibus que-
relam publicam miscent: *iam se ipsos, iam ipsam pa-* 8
triam perituram, miserioremque incolumium, quam
amissorum fortunam iudicantes; sibi quisque ante ocu- 9
los obsidionem, famem, et superbum victoremque ho-
stem proponentes; iam ruinam urbis et incendia, iam 10
omnium captivitatem et miserrimam servitutem recor-
dantes; feliciores prorsus priores urbis ruinas ducen- 11
tes, quae, incolumibus filiis parentibusque, tectorum
tantum ruina taxatae sint. Nunc autem non classem, 12
in quam, sicuti pridem, confugiant, superesse; non
exercitum, cuius virtute servati pulchriora possent
moenia exstruere.

Cap. VIII. Sic defletae ac prope perditae urbi hostes 1
superveniunt, et obsidione circumdata obsessos fame ur-
gent. Sciebant enim, neque ex advectis copiis multum 2

§. 7. *cum privatis — miscent.* Eigentlich sollte es heissen: *cum querela de casibus privatis querelam publicam miscent.* Von dieser Zusammenstellung ungleichartiger Dinge ist schon zu II, 14, 10 gesprochen worden.

§. 10. *recordantes. Recordari* ist hier soviel als *cogitare*, und nach einem seltenen Gebrauch von zukünftigen Dingen angewendet. *Ovid. Her.* X, 79: *Nunc ego non tantum, quae sum passura,* recordor. Auf gleiche Weise wird *meminisse* von der Zukunft gebraucht bei *Iustin.* XI, 5, 9: *Persicum aurum et totius Orientis opes iam quasi suam praedam ducebant; nec belli periculorumque, sed divitiarum* meminerant.

Cap. VIII. §. 1. *obsidione circumdata obsessos.* Ich habe die alte Lesart beibehalten; *obsessos* steht in allen Handschriften und Ausgaben. Die einzige *Ed. Iunt.*, welche *obsidione circumdatos fame urgent*, hat, kann nicht entscheiden, da sie, wie schon mehrmals bemerkt ist, sichtbar die verbessernde Hand verräth. Auch liebt Iustin diese Vollständigkeit; vergl. III, 4, 5: *munitionibus deinde circumdatis hostes etiam marinis commeatibus,* in urbe clausos, *intercludunt.*

§. 2. *advectis copiis.* Unter *copiae* sind hier Vorräthe, besonders an Lebensmittel, Proviant, zu verstehen. XXXVIII, 10, 8: *quum gra-*

superesse, et, ne novae advehi possent, providerant. 3 Quibus malis Athenienses fracti, post longam famem, et assidua suorum funera, pacem petivere; quae an dari deberet, diu inter Spartanos sociosque deliberatum. 4 Quum multi delendum Atheniensium nomen, urbemque incendio consumendam censerent; negarunt se Spartani *ex duobus Graeciae oculis alterum eruturos;* pacem polliciti, *si demissa in Piraeëum versus muri brachia deïcerent, navesque, quae reliquae forent, traderent, resque publicae ex semet ipsis triginta rectores acciperet.* 6 In has leges traditam sibi urbem Lacedaemonii formandam 7 Lysandro tradiderunt. Insignis hic annus et expugnatione Athenarum, et morte Darii regis Persarum, et exsilio Dionysii Siciliae tyranni fuit. 8 Mutato statu Athenarum, etiam civium conditio mutatur. 9 Triginta rectores 10 reipublicae constituuntur; qui fiunt tyranni: quippe a

vari se copiarum *praebitione et iniuriis militum civitates viderent.* Vollständiger heisst es bei *Caes. B. G.* II, 10: *copiae rei frumentariae.* Vergl. *Herzog* zu *Caes. B. G.* VIII, 1. *p.* 534.

§. 5. *demissa in Piraeëum versus.* Ich habe hier nach mehreren Handschriften die Präposition *in* eingeschoben, wie auch *Oudendorp* zu *Caes. B. G.* VIII, 8 extr. und *Burmann* zu *Vellei. Pat.* I, 15 ändern wollten. Aus der häufigen Anwendung des Participii *versus*, um bei den Verbis der Bewegung noch bestimmter die Richtung hervorzuheben, bildete sich unvermerkt der adverbiale Gebrauch desselben, unserm *hinwärts* entsprechend. Demnach ist es durchaus nöthig die Präposition *in* oder *ad* hinzuzufügen, welche nur bei den Namen der Städte weggelassen wurde. *Cic. ad Fam.* IV, 12: in *Italiam versus;* XI, 27: *Brundisium versus.* Vergl. die Ausleger zu *Vellei. Pat.* I, 15. *Drakenb.* zu *Liv.* XXXVI, 15, 7. *Corte* zu *Sall. Cat.* 56, 4.

muri brachia. Gronov bemerkt: „Brachium *in aedificiis notat omne id, quod extra ordinariam aedificii lineam et rectum ordinem excurrit. Stat. Theb.* V, 279: *Gemini qua brachia muri littus eunt. Liv.* IV, 9: *Consul muro Ardeae brachium iniunxerat;* XXII, 52: *Brachia flumini obiecto eos excludit. Frontin. Strat.* III, 17, 4: *Brachiis a latere ductis.* Strabo XIV, *p.* 654 vocat σκέλη.“

resque publica. Man bemerke diese Tmesis. VI, 8, 2: *sic illo, velut mucrone tali, ablato duce Thebanorum,* rei quoque publicae *vires hebetatae sunt. Cic. ad Fam.* I, 8: *Commutata tota ratio est senatus, iudiciorum,* rei totius publicae. Mehreres der Art liefert *Drakenb.* zu *Liv.* XXII, 26, 7.

principio tria millia sibi satellitum statuunt, quantum ex
tot cladibus prope nec civium superfuerat; et, quasi par- 11
vus hic ad continendam civitatem exercitus esset, septin-
gentos milites a victoribus accipiunt. Caedes deinde ci- 12
vium ab Alcibiade auspicantur, ne iterum rempublicam
sub obtentu liberationis invaderet. Quem quum profe- 13
ctum ad Artaxerxem, Persarum regem, comperissent, ci-
tato itinere miserunt, qui eum interciperent: a quibus oc- 14
cupatus, quum occidi aperte non posset, vivus in cubi-
culo, in quo dormiebat, crematus est.

Cap. IX. Liberati hoc ultoris metu tyranni, miseras 1
urbis reliquias caedibus et rapinis exhauriunt. Quod quum 2
displicere uni ex numero suo Therameni didicissent, ipsum
quoque ad terrorem omnium interficiunt. Fit igitur ex 3
urbe passim omnium fuga, repleturque Graecia Athe-
niensium exsulibus. Quod etiam ipsum auxilium quum 4
miseris eriperetur, (nam Lacedaemoniorum edicto civi-
tates exsules recipere prohibebantur) omnes se Argos et
Thebas contulere. Ibi non solum tutum exsilium ege- 5
runt, verum etiam spem recuperandae patriae receperunt.
Erat inter exsules Thrasybulus, vir strenuus, et domi no- 6
bilis, qui audendum aliquid pro patria et pro salute com-
muni, etiam cum periculo, ratus, adunatis exsulibus,
castellum Phylen Atticorum finium occupat. Nec deerat 7
quarundam civitatium, tam crudelis casus miserantium,
favor. Itaque Ismenias, Thebanorum princeps, etsi pu- 8
blicis non poterat, privatis tamen viribus adiuvabat; et 9
Lysias Syracusanus orator, exsul tunc, quingentos milites
stipendio suo instructos in auxilium patriae communis
eloquentiae misit. Fit itaque asperum proelium. Sed 10
quum hinc pro patria summis viribus, inde pro aliena do-
minatione securius pugnaretur, tyranni vincuntur: victi 11
in urbem refugerunt; quam exhaustam caedibus suis, etiam
armis spoliant. Deinde, quum omnes Athenienses pro- 12
ditionis suspectos haberent, demigrare eos ex urbe iu-
bent, et in brachiis muri, quae diruta fuerant, habitare,
extraneis militibus imperium tuentes. Post haec Thrasy- 13
bulum corrumpere, imperii societatem pollicentes, co-

14nantur. Quod quum non contigisset, auxilia a Lacedae-
15moniis petivere: quibus accītis, iterato proeliantur. In eo bello Critias et Hippolochus, omnium tyrannorum saevissimi, cadunt.

1 Cap. X. Ceteris victis, quum exercitus eorum, ex quibus maior pars Atheniensium erat, fugeret, magna voce Thrasybulus exclāmat, *cur se victorem fugiant potius, quam ut vindicem communis libertatis adiuvent?*
2 *Civium illam meminerint aciem, non hostium esse; nec se ideo arma cepisse, ut aliqua victis adīmat, sed ut adempta restituat: triginta se dominis, non civitati bel-*
3 *lum inferre.* Admonet deinde cognationis, legum, sacrorum communium, tum vetusti per tot bella commilitii; orat, *misereantur exsulum civium, si tam patienter ipsi serviant; reddant sibi patriam, accipiant libertatem.*
4 His vocibus tantum promotum est, ut reversus in urbem exercitus triginta tyrannos emigrare Eleusina iuberet, sub-
5 stitutis decem, qui rempublicam regerent: qui, nihil exemplo prioris dominationis territi, eandem viam crude-
6 litatis aggressi sunt. Dum haec aguntur, nuntiatur Lacedaemone, bellum Athenis exarsisse: ad quod compri-
7 mendum Pausanias rex mittitur: qui misericordia exsulis populi permotus, patriam miseris civibus restituit, et decem tyrannos ex urbe Eleusina migrare ad ceteros iubet.
8 Quibus rebus quum pax statuta esset, interiectis diebus, repente tyranni non minus restitutos exsules, quam se in exsilium actos indignantes, quasi vero aliorum libertas sua
9 servĭtus esset, bellum Atheniensibus inferunt: sed ad colloquium, veluti dominationem recepturi, progressi, per insidias comprehensi ut pacis victĭmae trucidantur. Populus,

Cap. X. §. 8. *quasi vero.* So steht *quasi* mit und ohne *vero* sehr oft, wenn Jemand mit Bitterkeit und Ironie spricht. *Cic. Phil.* II, 39, 101: *Medico tria millia iugerum,* quasi *te sanum fecisset; rhetori duo,* quasi *disertum facere potuisset. Iustin.* III, 7, 15: *Nam inducias, quas proprio nomine condixerant, ex sociorum persona rumpebant: quippe quasi minus periurii contraherent, si ferentes sociis auxilia, potius quam si ipsi aperto proelio dimicassent;* vergl. I, 7, 16; II, 12, 9; VIII, 1, 6. Viele Beispiele aus Cicero hat *Beier* zu *Cic. Off.* III, 9 39 gesammelt.

quem emigrare iusserant, in urbem revocatur. Atque ita 10
per multa membra civitas dissipata in unum tandem corpus redigitur; et, ne qua dissensio ex ante actis nasceretur, 11
omnes iureiurando obstringuntur, discordiarum oblivionem fore. Interea Thebani Corinthiique legatos ad Lacedaemonios mittunt, qui ex manubiis portionem praedae communis belli periculique peterent. Quibus negatis, non 13
quidem aperte bellum adversus Lacedaemonios decernunt; sed tacitis animis tantam iram concipiunt, ut subesse bellum intelligi posset.

Cap. XI. Eodem fere tempore Darius, rex Persarum, 1
moritur, Artaxerxe et Cyro filiis relictis. Regnum Artaxerxi, Cyro civitates, quarum praefectus erat, testamento legavit. Sed Cyro iudicium patris, iniuria videbatur. Itaque occulte adversus fratrem bellum parabat. 3
Quod quum nuntiatum Artaxerxi esset, arcessitum ad se 4
fratrem, et innocentiam dissimulatione belli simulantem, compedibus aureis vinxit, interfecissetque, ni mater prohibuisset. Dimissus igitur Cyrus, iam non occulte bellum, 5
sed palam; nec per dissimulationem, sed aperta professione parare coepit: auxilia undique contrahit. Lacedae- 6
monii, memores, Atheniensi bello enixe se eius opera adiutos, velut ignorantes contra quem bellum pararetur, decernunt auxilia Cyro mittenda, ubi res eius exegisset; quaerentes apud Cyrum gratiam, et apud Artaxerxem, 7
si vicisset, veniae patrocinia, quum nihil adversus eum aperte decrevissent. Sed quum in bello fors proelii

Cap. XI. §. 3. *iudicium patris.* *Iudicium* ist hier das *Urtheil, die Entscheidung*, welche der Vater durch das Testament ausgesprochen hatte.

§. 6. *ubi res eius exegisset.* Ebenso XVIII, 6, 4: *si res exigat*; vergl. XXXI, 2, 4; XXXVIII, 9, 10; *prout res, vel tempus, vel fortuna belli* exegisset.

§. 8. *fors proelii.* *Vorstius* hat hier irrig die Lesart einiger alten Ausgaben, *sors*, vorgezogen. *Fors* ist von *sors* so verschieden, dass jenes die Ursache, dies die Wirkung bezeichnet. *Fors* ist das, was zufällig etwas bringt, active, ἡ τύχη, das *Ungefähr*; *sors* das, was durch *fors* gebracht wird. Daher nur *fors fert, obtulit, dedit* etc. Den Unterschied erkennt man leicht aus *Horat. Sat.* I, 1: *Quî fit, Maecenas,*

utrumque fratrem pugnae obtulisset, prior Artaxerxes a
9 fratre vulneratur: quem quum equi fuga periculo sub-
traxisset, Cyrus a cohorte regia oppressus interficitur.
Sic victor Artaxerxes et praeda fraterni belli, et exercitu
10potitur. In eo proelio decem millia Graecorum in auxi-
lio Cyri fuere: quae et in cornu, in quo steterant, vice-
runt, et post mortem Cyri neque armis a tanto exercitu
11vinci, neque dolo capi potuerunt; revertentesque inter ~~tot~~
indomitas nationes et barbaras gentes, per tanta itineris
spatia, virtute se usque terminos patriae defenderunt.

ut nemo, quam sibi sortem *seu ratio dederit, seu* fors *obiecerit, illa contentus vivat.* Vergl. die Ausleger zu *Caes. B. G.* II, 21, 1. *Liv.* I, 9, 15; XXII, 5, 8.

§. 10. *in auxilio.* Entweder ist hier *in auxilio esse* soviel als *adiuvare, helfen*, nach der Analogie von *esse in imperio, magistratu etc.*, wie bei *Plin. H. N.* XXIX, 4, 26: *ex volucribus* in auxilio *contra serpentes primi vultures*, wofür man gewöhnlich *auxilio esse alicui* sagt; oder *auxilium* steht hier für den Pluralis *auxilia, Hülfstruppen*, wie es etwas selten vorkommt. *Curt.* III, 1, 8: *sexaginta dierum inducias pacti, ut nisi intra eos* auxilium *Darius misisset, dederent urbem*; *Tacit. An.* VI, 34: *Orodem sociorum inopem auctus* auxilio *Pharasmanes vocare ad pugnam.* Auf keinen Fall hat man also nöthig, die Präposition *in* an unserer Stelle nach *Scheffer* zu streichen. Vergl. *Burmann* zu *Ovid. Met.* XI, 387. *Oudendorp* zu *Caes. B. G.* III, 11, 2. *Drakenb.* zu *Liv.* V, 36, 2.

LIBER VI.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Lacedaemonii Asiae imperium affectant. Conon a rege Persarum dux belli navalis eligitur.
2. Lacedaemonii ducem exercitus Agesilaum praeficiunt. Cononis res gestae.
3. Pisandri et Cononis pugna, in qua Lacedaemonii victi.
4. Thebanorum cum Lacedaemoniis bellum. Agesilai ex Asia revocati virtus.
5. Athenienses Iphicratem et Cononem Lacedaemoniis opponunt. Athenae ex Lacedaemoniorum spoliis instaurantur.
6. Graeciae pax a rege Persarum indicta, quam Lacedaemonii magno suo malo turbant.
7. Thebani Spartam oppugnant, quorum vim sustinent pauci senes. Pugna ad Mantineam.
8. Epaminondae, fortissimi Thebanorum ducis, interitus et elogium.
9. Athenienses a pristinis moribus et virtute deficiunt.

CAPUT I.

LACEDAEMONII, more ingenii humani, quo plura habet, 1
eo ampliora cupientis, non contenti accessione Atheniensium opum vires sibi duplicatas, totius Asiae imperium affectare coeperunt: sed maior pars sub regno Persarum 2

Lib. VI.

Cap. 1. §. 1. *quo plura habet — cupientis.* So habe ich unbedenklich geschrieben; die gewöhnliche Lesart: *quo plura habent, eo ampliora cupientes*, auf die Lacedämonier bezogen, verstösst gegen alle logische und lateinische Verbindung; es müsste dann wenigstens statt des Präsens *habent*, das Imperfectum stehen, wie auch von *Orosius* III, 1 unsere Stelle wiedergegeben wird. *Graevius* will, obgleich er der aufgenommenen Lesart seinen Beifall giebt, doch *habentis — cupientis* lesen. Hätte Iustin diesen Satz auf die Lacedämonier beziehen wollen, so würde er mindestens *more ingenii sui* geschrieben haben, wie es auf gleiche Weise vom Philipp heisst VIII, 3, 15.

erat. Itaque Dercyllides dux in hanc militiam electus, quum videret, sibi adversus duos praefectos Artaxerxis, Pharnabazum et Tisafernem, maximarum gentium viri-
3 bus succinctos, dimicandum, pacificari cum altero statuit. Aptior visus Tisafernes, vir et industria potior, et militibus Cyri quondam regis instructior, in colloquium vocatur, et, statutis conditionibus, ab armis dimittitur.
4 Hanc rem Pharnabazus apud communem regem criminatur, *ut Lacedaemonios Asiam ingressos non repule-*
5 *rit armis, sed impensis regiis aluerit; merceturque ab his, ut differant bella, quam gerant, tanquam non ad unius summam imperii detrimentum omne perve-*
6 *niat. Indignum*, ait, *bella non perfici, sed redimi;*

§. 3. *Cyri quondam regis.* *Graevius* hält die Worte *quondam regis* für eine unrichtige Glosse, weil der jüngere Cyrus nicht wirklicher König, sondern nur Statthalter gewesen sei. Allein mit Unrecht. Cyrus heisst deshalb *rex*, weil er der Sohn eines Königs war; oder *rex* steht hier im weitern Sinn; vergl. *Servius* zu *Virg. Aen.* IX, 223. Ebenso nennt ihn auch *Cic. Cat. Mai.* 17, 59: *Cyrum minorem*, regem *Persarum.* Auf gleiche Weise wird bei *Iustin.* XLII, 4, 10 Pacorus, der Sohn des Königs Orodes, *rex* genannt; so wie unter *reges* bisweilen die Glieder der königlichen Familie zu verstehen sind. *Liv.* II, 8, 9: *post exactos reges*; vergl. *Cic. in Verr.* IV, 27, 61. S. *Albr. Gronov* zu unserer Stelle, und *Drakenb.* zu *Liv.* II, 2, 11.

§. 5. *ut differant bella, quam gerant.* *Gronov* hat *quae differant bella, quae gerant* geschrieben, weil nach der gewöhnlichen Lesart angedeutet würde, dass gar kein Krieg von den Lacedämoniern gegen die Perser gefürht werden solle, da doch dies nur in Bezug auf den einzigen Tisafernes der Fall gewesen sei. Mir scheint dieser Einwurf nicht hinreichend zu einer Aenderung. Vor *quam* ist hier der Comparativ *potius* oder *magis* zu ergänzen, wie auch im Griechischen bisweilen μᾶλλον ausgelassen wird; worüber indess *Hermann* zu *Viger. p.* 884 und *Goeller* zu *Thucyd.* VII, 49 anderer Meinung sind. *Tacit. Annal.* III, 32: *nobilitatem sine probro actam honori*, quam *ignominiae habendam ducebat. Corn. Nep. Dat.* 8, 1: *Haec etsi Autophradates videbat, tamen statuit congredi*, quam *cum tantis copiis refugere.* Mehrere Beispiele sind von *Bernegger* zu unserer Stelle, von *Gronov* zu *Liv.* V, 21, 15; von *Gebhard* zu XXIII, 9, 8; *c.* 30, 2; von *Drakenb.* zu XXXIV, 49, 10, und *Bünemann* zu *Lactant. Inst.* I, 3, 7 gesammelt worden. Vergl. die *Anmerk.* zu *Iustin.* XII, 8, 14; *Corte* und *Herzog* zu *Sall. Cat.* 8, 1.

§. 6. *sed redimi.* Ebenso VII, 5, 1: bellum *ab Illyriis pacta mercede et Philippo fratre dato obside* redemit; vergl. *c.* 6, 5. Da-

hostem pretio, non armis submoveri. His vocibus re- 7
gem a Tisaferne alienatum hortatur, *ut in locum eius navalis belli ducem eligat Conona Atheniensem, qui, amissa bello patria, Cypri exsulabat: quippe Athe-* 8
niensibus, etsi fractae sint opes, manere tamen naval-em usum; nec, si eligendus sit ex universis, meliorem alium esse. Acceptis igitur quingentis talentis, iussus 9
est Conona classi praeficere.

Cap. II. His cognitis, Lacedaemonii et ipsi a rege 1
Aegypti Hercynione auxilia navalis belli per legatos petunt: a quo centum triremes, et sexcenta millia modio- 2
rum frumenti missa; a ceteris quoque sociis ingentia auxilia contracta sunt. Sed tanto exercitui, et contra tantum 3
ducem, deerat dignus imperator. Itaque postulantibus 4
sociis Agesilaum ducem, regem tunc Lacedaemoniorum, propter responsa oraculi Delphici diu Lacedaemonii, an eum summae rei praeponerent, deliberaverunt; quibus 5
futurus imperii finis denuntiabatur, *quum regium claudicasset imperium*: erat enim pede claudus. Ad postre- 6
mum statuerunt, melius esse incessu regem, quam imperio regnum claudicare. Posteaquam Agesilaum cum 7
ingentibus copiis in Asiam misere, non facile dixerim,

für heisst es XLIII, 5, 9: *a quibus* redemptam pacem *cognoverant*; vergl. XXVII, 2 12; XXVIII, 2, 4. *Redimere* wird nämlich im doppelten Sinne gebraucht: entweder so, dass es, wie auch bei andern mit *re* zusammengesetzten Verbis öfter geschieht, für das Simplex steht: daher *pacem, vitam redimere;* oder so, dass der Begrif des *re, zurük, weg,* beibehalten wird; dann *bellum, mortem, redimere.* Beide Redensarten laufen also auf eins hinaus. Man kann sich die Construction aber auch so erklären: Bei *redimere* wird durch den Begrif *re* auf das Subject Beziehung genommen, entweder so, dass *zu* demselben, oder so, dass *von* demselben etwas *zurükgeht.* Aus der letzten Beziehung entwikkelt sich dann auch leicht die Bedeutung von *pensare, compensare,* in welchem *redimere* bisweilen gebraucht wird. *Vellei. Pat.* II, 87, 1: *Antonius se ipse non segniter interemit, adeo ut multa desidiae crimina morte* redimeret; worüber *Burmann* zu *Ovid. Her.* 17, 49 nachzusehen ist. Zur genauern Einsicht kann die doppelte Verbindung von *deprecari* verglichen werden; worüber zu XI, 9, 14 das Nöthige bemerkt wird.

quod aliud par ducum tam bene comparatum fuerit:
8 quippe aetas, virtus, consilium, sapientia utrique prope
9 una; gloria quoque rerum gestarum eadem: quibus cum
paria omnia fortuna dederit: invictum tamen ab altero
10utrumque servavit. Magnus igitur amborum apparatus
11belli, magnae res gestae fuerunt. Sed Cononem seditio
militum invadit, quos praefecti regis fraudare stipendio
soliti erant, eo instantius debitā poscentibus, quo gra-
12viorem sub magno duce militiam praesumebant. Itaque
Conon, diu rege per epistolas frustra fatigato, ad po-
13stremum ipse ad eum pergit; a cuius aspectu et colloquio
prohibitus est, quod eum more Persarum adorare nollet;
14agit tamen cum eo per internuntios, et queritur, *opulentissimi regis bella inopia dilabi; et, qui exercitum parem hostibus habeat, pecunia vinci, qua praestet; inferioremque eum ea parte virium inveniri, qua longe*

in matrimonio habebat. Sonst wurde *in matrimoni* um gelesen, wofür jetzt nach Handschriften die aufgenommene Lesart mit Recht hergestellt ist. Zwar war der Gebrauch der Präposition *in* mit dem Accusativ und Ablativ in der ältern Sprache noch nicht so streng geschieden, und der Accusativ wurde auch da gesetzt, wo man nach der spätern Feststellung den Ablativ erwarten sollte, wovon sich hin und wieder noch Ueberbleibsel finden, wie *in potestatem, possessionem esse, in custodiam habere etc.*, worüber man hinreichende Nachweisungen bei den Interpreten zu *Liv.* II, 14, 4 findet. Iustin vermeidet indess solche Alterthümlichkeiten. Vergl. die *Anmerk.* zu III, 1, 1.

LIBER VIII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Graeciae clades sub Philippo Macedone. Thebani et Phocenses belli civilis faces.
2. Thebani Philippum arcessunt contra Phocenses. Athenienses transitum Philippi in Graeciam impedire student.
3. Philippus civitates socias diripit: Cappadociam Macedoniae adiungit: Olynthios delet: latrocinium exercet variis modis.
4. Atheniensibus, Thessalis, Boeotiis et Phocensibus, callide imponens, angustias Thermophylarum occupat.
5. Phocenses ad deditionem, et reliquos Graecos cogit ad servile obsequium.
6. Monarchiam cum summa iniustitia constituit.

CAPUT I.

GRAECIAE civitates, dum imperare singulae cupiunt, im- 1
perium omnes perdiderunt: quippe in mutuum exitium 2
sine modo ruentes, omnibus perire, quod singulae amit-
terent, non nisi oppressae senserunt. Siquidem Philippus, 3
rex Macedoniae, velut (e)specula quadam, libertati omnium
insidiatus, dum contentiones civitatium alit, auxilium infe-
rioribus ferendo, victos pariter victoresque subire regiam
servitutem cogit. Causa et origo huius mali Thebani 4
fuere: qui, quum rerum potirentur, secundam fortunam
imbecillo animo ferentes, victos armis Lacedaemonios et
Phocenses, quasi parva supplicia caedibus et rapinis luis-
sent, apud commune Graeciae concilium superbe accusa-
verunt. Lacedaemoniis crimini datum, quod arcem The- 5
banam induciarum tempore occupassent: Phocensibus, 6

quod Boeotiam depopulati essent: prorsus, quasi post arma
7 et bellum locum legibus reliquissent. Quum iudicium arbitrio victorum exerceretur, tanta pecunia damnantur,
8 quanta exsolvi non posset. Igitur Phocenses, quum agris, liberis, coniugibusque privarentur, desperatis rebus, Philomelo quodam duce, velut Deo irascentes, templum
9 ipsum Apollinis Delphis occupavere. Inde auro et pecunia divites, conducto mercenario milite, bellum Thebanis
10intulerunt. Factum Phocensium, tametsi omnes exsecrarentur propter sacrilegium, plus tamen invidiae Thebanis, a quibus ad hanc necessitatem compulsi fuerant, quam
11ipsis intulit. Itaque auxilia his et ab Atheniensibus et a
12Lacedaemoniis missa. Prima igitur congressione Philo-
13melus Thebanos castris exuit. Sequenti proelio primus inter confertissimos dimicans cecidit, et sacrilegii poenas
14impio sanguine luit. In huius locum dux Onomarchus creatur.

1 Cap. II. Adversus quem Thebani Thessalique non ex civibus suis, ne victoris potentiam ferre non possent,

Lib. VIII.

Cap. I. §. 6. *post arma.* Concise statt, *postquam arma sumpta sunt.* S. die *Anmerk.* zu I, 6, 12: post *necessitatem pugnandi,*

§. 8. *Philomelo quodam duce. Faber* findet hier, wie *Bentley* bei *Cic. Tusc.* I, 48: *Alcidamas* quidam, *rhetor antiquus in primis nobibilis,* das Pronomen *quidam* anstössig, da dasselbe nur dann gesetzt werde, wenn von einem unbekannten, unberühmten Manne die Rede sei. Allein *quidam* wird nicht blos in diesem Falle gebraucht, sondern auch häufig dann zu Nominibus propriis gesetzt, wenn von berühmten, und vornehmen Personen die Rede ist, welche entweder dem Schriftsteller, oder dem Leser weniger bekannt seyn können, oder welche der Schriftsteller nicht näher characterisiren will. So *Iustin.* XLII, 1, 3: *Phraates — ad tutelam regni reliquit Himerum* quendam, *pueritiae sibi sibi flore conciliatum*; *c.* 5, 6: *regem Parthi Tiridatem* quendam *constituerant.* S. *Ruhnken* zu *Vellei. Pat.* II, 64, 1: *in hospitis* cuiusdam, *nobilis viri, nomine Cameli, domo*; wo dieser Gelehrte noch vergleicht *Cic. de Div.* I, 40: *Quo in genere Marcios* quosdam *fratres, nobili loco natos, apud maiores nostros fuisse scriptum videmus,* und auf *Perizonius Syllog. Epist. T.* IV. *p.* 778 verweist.

Cap. II. §. 1. *victoris.* I. e. *Si is victor fuisset.* Ebenso IX, 3, 5: *ne,* victis *Atheniensibus, bellum veluti vicinum incendium ad se transiret*; *Liv.* IX, 15, 4: *etiam victis Macedonibus graves, nedum vi-*

sed Philippum, Macedoniae regem, ducem eligunt; et 2
externae dominationi, quam in suis timuerunt, sponte succedunt. Igitur Philippus, quasi sacrilegii, non Theba- 3
norum ultor esset, omnes milites coronas laureas sumere iubet, atque ita, veluti Deo duce, in proelium pergit. Phocenses, insignibus Dei conspectis, conscientia delicto- 4
rum territi, abiectis armis fugam capessunt, poenasque violatae religionis sanguine et caedibus suis pendunt. In- 6
credibile quantum ea res apud omnes nationes Philippo gloriae dedit. *Illum vindicem sacrilegii, illum ultorem religionum: quod orbis viribus expiari debuit, solum, qui piacula exigeret, exstitisse. Dignum itaque, qui* 7

ctoribus i. e. *etiamsi victi fuissent*, wo *Gronov* und *Drakenborch* mehrere Beispiele dieser Auflösung anführen.

§. 5. *Incredibile quantum.* Man bemerke diese Zusammenstellung, wo nach *incredibile, mirum, nimium, immane* ein *quantum* gesetzt wird, so dass beide Wörter die Stelle eines Adverbii vertreten. Diese adverbiale Zusammenstellung ist aus einer Zusammenziehung des Hauptsatzes mit einem abhängigen Satze entstanden, indem eigentlich und ursprünglich hinter *incredibile* ein Verbum finitum gesetzt und der folgende Satz mit *quantum*, als ein abhängiger im Conjunctiv nachfolgte: von welcher ursprünglichen und eigentlichen Form wir hin und wieder noch Beispiele finden, wie bei *Cic. Orat.* 2: *In oratoribus Graecis* admirabile est, quantum *inter omnes unus* excellat. Da nun aber gemeiniglich *esse* als Verbum finitivum in dieser Verbindung angewendet, und in derselben ebenso, wie in andern, häufig weggelassen wurde, wie bei *Liv.* 1, 16: Mirum, quantum *illi viro, nuncianti haec, fidei* fuerit, so vergass man allmälig ganz die Abhängigkeit des folgenden Satzes, und setzte den Indicativ des Verbi, so dass nun beide Sätze in einem zusammenschmolzen, und *incredibile, mirum* etc. *quantum* gleichsam zu Adverbien wurden. *Iust.* XXXVI, 2, 18: Incredibile quantum *convaluere; Liv.* II, 1, 11: *Id* mirum quantum profuit *ad concordiam civitatis.* S. *Duker* zu *Flor.* IV, 2, 74. Ebenso im Griechischen θαυμαστὸν ὅσον; wo indess der Sprachgebrauch noch weiter ging. S. *Buttmann Gr.* §. 138. I. 5. *Matth. Gr.* §. 445. *c.* und besonders *Krüger* über die *Attraction in der lat. Spr. p.* 469 seq.

§. 6. *quod orbis viribus — exstitisse. Graevius* hat wohl ohne hinreichenden Grund an dieser Stelle Anstoss genommen, indem er entweder, quae *orbis viribus expiari* debuerunt, oder *piaculum* statt *piacula* lesen wollte, so dass *quod* sich auf *piaculum* bezöge, wobei es noch bezweifelt werden möchte, ob je ein Lateiner *piaculum expiare* habe sagen können. Bei *quod* ist etwa *scelus* zu ergänzen, wenn man

Diis proximus haberetur, per quem Deorum maiestas
8 *vindicata sit.* Sed Athenienses, audito belli eventu, ne in Graeciam Philippus transiret, angustias Thermophylarum, pari ratione, sicuti antea advenientibus Persis, occupavere; sed nequaquam simili aut virtute, aut causa;
9 siquidem tunc pro libertate Graeciae, nunc pro sacrilegio publico; tunc a rapina hostium templa vindicaturi, nunc adversus vindices templorum raptores defensuri:
10aguntque propugnatores sceleris, cuius turpe erat alios
11vindices fuisse: immemores prorsus, quod in dubiis rebus suis illo Deo etiam consiliorum auctore usi fuerant; quod illo duce tot bella victores inierant; tot urbes auspicato condiderant; tantum imperium terra marique quaesierant; quod nihil sine maiestate numinis eius aut privatae unquam,
12aut publicae rei gesserant. Tantum facinus admisisse ingenia omni doctrina exculta, pulcherrimis legibus institutisque formata, ut, quid posthac succensere iure barbaris possent, non haberent.

einmal für das Neutrum einen bestimmten Begriff haben will; in dem folgenden Satz denke man ein *eius* hinzu.

§. 7. *qui Diis proximus haberetur.* Häufig bedienen sich die alten Schriftsteller dieser Redensart, wenn sie die Hoheit und Vortrefflichkeit Jemandes ausdrükken wollen, welche gleichsam über das Menschliche hinausgeht. *Plaut. Pseud.* V, 1, 13: *in hoc omnes venustates sunt;* Diis proximum esse *arbitror*; *Vellei. Pat.* II, 35, 2: *per omnia ingenio* Diis, *quam hominibus* propior, zu welcher Stelle die Interpreten Vieles der Art gesammelt haben. Auf gleiche Weise heisst es bei *Iustin.* XXIV, 5, 11: *ut tuerentur patriam suam, quam gloria rerum gestarum* coelo proximam *reddidissent.*

§. 12. *Tantum facinus admisisse etc.* S. die *Anmerk.* zu II, 14, 9: *Tantam famae velocitatem fuisse.*

quid — non haberent. Es wird hier auch die Lesart *quod* statt *quid* angemerkt, und es fragt sich, welches das Richtigere sei. Die Gelehrten sind oft uneinig gewesen, in welchem Falle in den abhängigen Sätzen *quod*, oder *quid* stehen müsse. *Ernesti* war schwankend; in *Clav. Cic.* hat er den Unterschied aufgestellt, dass nach *non habeo* dann *quid* folgen müsse, wenn *habeo* soviel, als *scio* sei; in der Vorrede zu seiner Ausgabe des Cicero behauptet er dagegen *p.* 5 und *p.* 11, dass immer *quod* heissen müsse, worin ihm *Wyttenbach* zu *Cic. N. D.* III, 25 beistimmt. *Heusinger* zu *Cic. Off.* II, 2, 11 stimmt ziemlich mit der ersten Ansicht *Ernesti's* überein, indem er die Regel aufstellt, dass,

Cap. III. Sed nec Philippus melioris fidei adversus 1
socios fuit: quippe, veluti timens, ne ab hostibus sacrile- 2

wenn bei *habeo* die Participien *cognitum, constitutum, deliberatum, exploratum* verstanden werden könnten, da es dann soviel, als *scio* sei, nicht *quod*, sondern *quid* folgen müsse. Dieser Ansicht stimmen bei *Beier* zu *Cic. Off. l. c.*; *Matthiae* zu *p. Rosc. Am.* 15, 46; vergl. *Heindorf* zu *Cic. N. D.* III, 25, 65 und *Bremi* zu *Corn. Nep. Epam.* 8, 1, wo mit Recht nach *Heusinger* die Lesart: *qui*, quod *diceret*, non haberet, für die richtige zu erachten ist. Nach meiner Ansicht ist der Unterschied folgender: *Quod* steht in Bezug auf etwas Vorhergehendes, *quid* aber in Bezug auf das Folgende. Um diesen Unterschied begründet zu finden, muss man nicht allein die Beispiele von *non habeo*, sondern auch die Stellen vergleichen, in denen *quod* oder *quid* in abhängigen Sätzen steht. Die Vergleichung des Griechischen οὐκ ἔχω ὅ τι εἴπω und οὐκ ἔχω, τί εἴπω findet man bei *Heindorf* l. c. Demnach heisst es bei *Cic. N. D.* III, 1, 1: *Ego enim, te disputante,* quid *contradicerem, mecum ipse meditabar:* Ich dachte überhaupt an einen Einwurf; stände *quod*, so hiesse dies: ich dachte über das nach, was ich dagegen sagen könnte; wobei ein bestimmter Punkt des Einwurfs gedacht würde; vergl. *Terent. Andr.* V, 1, 7: *neque* quid *me ores, cogitas*; III, 3, 4: *Ausculta paucis, et* quid *ego te velim, et tu, quod quaeris, scies.* Wenn *Cic. ad Fam.* VII, 4, 19 sagt: *Haec tecum malueram, sed quia longius fiebat, volui per literas eadem, tu* haberes, quid *diceres, si quando in vituperatores meos incidisses*, so will er dadurch dem Marius nicht etwas Bestimmtes gegeben haben, das er sagen könnte, sondern nur überhaupt Stof zum Reden. Aus dem Gesagten ergiebt sich nun, dass nach *nihil habeo* nur *quod* folgen könne, weil hier allemal eine Beziehung auf das Vorhergehende stattfindet. Ebenso wird nach *non habeo* ein *quod* folgen müssen, wenn jenes soviel ist, als *nihil habeo*, insofern dann etwas Bestimmtes vorher gedacht wird; dagegen *quid*, wenn dies nicht der Fall ist. *Non habeo,* quod *gaudeam*, ist demnach gleich mit *nihil habeo*, quod *gaudeam:* ich habe nichts, in Bezug auf welches ich mich freuen könnte; *non habeo,* quid *gaudeam*: ich habe überhaupt keine Freude, ich habe keinen Grund, mich zu freuen. *Cic. Senect.* 5, 13: Nihil habeo, quod *incusem senectutem*; ad Att. V, 11: nec *mehercule* habeo, quod *adhuc quem accusem meorum.* Dies angewandt auf unsere Stelle, so werden wir nur *quid* als allein richtig anerkennen, da in Rüksicht auf die Zukunft durchaus nicht etwas Bestimmtes angenommen werden kann, und nur ausgedrükt werden soll, dass die Griechen keinen Grund hatten, späterhin über irgend etwas den Barbaren mit Recht einen Vorwurf zu machen. Auf gleiche Weise folgt nach *mirari* bald *quod*, bald *quid*, wie dies *Gronov* zu *Liv.* II, 54, 8 und XXXVIII, 10, 1, nur mit zu grosser Vorliebe für *quid* dargethan hat. Folgt der Acc. c. Inf., so ist der folgende

gii scelere vinceretur, civitates, quarum paullo ante dux fuerat, quae sub auspiciis eius militaverant, quae gratulatae illi sibique victoriam fuerant, hostiliter occupatas di-
3 ripuit: coniuges liberosque omnium sub corona vendidit:
4 non Deorum immortalium templis, non aedibus sacris, non Diis penatibus publicis privatisque, ad quos paullo
5 ante ingressus hospitaliter fuerat, pepercit; prorsus ut non tam sacrilegii ultor exstitisse, quam sacrilegiorum
6 licentiam quaesisse videretur. Inde, veluti rebus egregie gestis, in Cappadociam traiicit: ubi bello pari perfidia gesto, captisque per dolum et occisis finitimis regibus,
7 universam provinciam imperio Macedoniae adiungit. Deinde ad abolendam invidiae famam, qua insignis praeter

Satz als das reine Object zu dem vorhergehenden *mirari* zu betrachten; durch *quod* wird mehr das Object umschrieben, *darüber dass*; bei *quid* hingegen auf die Ursache des im Folgenden Ausgesagten hingedeutet, so dass *quid* durch *cur* zu erklären ist. Demnach wird *quid* in einigen Verbindungen gar nicht stehen können, wie in der von *Drakonb.* zu *Liv.* XXXVIII, 10, 1, gegen *Gronov* sonst nicht passend beigebrachten Stelle aus *Cic. Senect.* 13, 43: *Saepe audivi a maioribus natu,* — mirari *solitum C. Fabricium,* quod, *quum apud regem Pyrrhum legatus esset, audisset a Thessalo Cinea etc.*

Cap. III. §. 3. *sub corona vendidit.* Denselben Ausdruk haben wir XI, 4, 7 und XXXIV, 2, 6; *Caes. B. G.* III, 16; ebenso gebraucht *Liv.* II, 17 und an andern Stellen sub *corona venire.* Er war nämlich nach *Gell. N. A.* VII, 4 Sitte, den Kriegsgefangenen, die als Sclaven verkauft werden sollten, Kränze aufzusetzen. Vergl. *Vossius* und *Herzog* zu *Caes. l. c.*

§. 7. *invidiae famam.* I. e. *invidiosam famam.* Das Misverstehen des Genitivverhältnisses hat *Freinsheim* und Andere hier zu der Aenderung *perfidiae famam*, oder *invidiam famae* veranlasst; welcher letztern auch *Gronov Observatt.* III, 2 nicht abhold schien. Ueberall ist der Genitiv der Casus des Ergänzungsbegriffes, d. h. er bestimmt näher, und vervollständigt den bei ihm stehenden Begriff, und vertritt dann häufig die Stelle eines Adjectivs. *Terent. Phorm.* I, 2, 17: *montes* auri *pollicens* i. q. *montes aureos.* Iustin. V, 10, 5: *qui eandem viam* crudelitatis *aggressi sunt*; XII, 2, 11: antiquitatis *fata veneratus*; XLI, 1, 9: *quum variis* periculorum *certaminibus urgerentur*; Soph. Ant. 114: λευκῆς χιόνος πτέρυγι στεγανός, statt χιονέῃ πτέρυγι; Elect. 19: ἄστρων εὐφρόνη, statt εὐφρόνη ἀστερόεσσα, woselbst *Hermann's* Bemerkung nachzusehen ist; vergl. *Schäfer* zu *Electr.* 758. Wenn nun zwei Substantiva in ein solches Genitivverhältniss treten, so

ceteros tunc temporis habebatur, per regna mittit et opulentissimas civitates, qui opinionem sererent, regem Philippum magna pecunia locare et muros per civitates, et 8

ist es in den einzelnen Sprachen zufällig, welches von beiden in den Genitiv gesetzt wird; daher in den orientalischen Sprachen gemeiniglich das Wort im Genitiv steht, welches in andern das regierende ist. Die Kundigen werden erinnert an das Hebräische דְּבַר אֱלֹהִים, *Wort Gottes*, יִרְאַת יְהוָה *die Furcht Jehova's*. Ja selbst in der Griechischen und Lateinischen Sprache ist es nicht selten im Allgemeinen gleichgültig, welches von beiden Substantiven in den Genitiv gesetzt werde. So könnte an unserer Stelle unbeschadet des Sinnes *invidiam famae*, so wie in der *Praef.* §. 6. *quum* obtrectatio invidiae *decesserit*, (wie in einigen Ausgaben bei *Cic. Brut.* 42, 156: *tantum abest ab* obtrectatione invidiae) statt *obtrectationis invidia;* und XI, 11, 6: *cupiens* originis divinitatem *acquirere*, wie auch *Gronov* ändern wollte, statt *originem divinitatis* stehen; und in der oben aus der Antigone des Sophocles angeführten Stelle würde Niemand Anstoss nehmen können, wenn daselbst stände: *λευκῇ χιόνι πτέρυγος στεγανός*. So sagen auch wir: *in der Blüthe des Alters* und *in dem Alter der Blüthe*. Demzufolge mögen nun noch neben den oben angeführten Beispielen noch folgende der andern Art verglichen werden, V, 2, 6: *Erat enim aetatis flore et formae veneratione;* XX, 4, 11: *consecutusque disputationum assiduitate erat, ut etc.;* XXXVIII, 3, 11: *cuius* (orationis) *exemplum brevitati huius operis insererem; c.* 5, 5: *inter hanc decretorum amaritudinem.* Vergl. die *Anmerk.* zu XXXVII, 2, 9 und noch besonders *Thiersch, Gr. Gr.* §. 251.

§. 8. *magna pecunia. Pecunia* bezeichnete eigentlich das Besitzthum an Vieh, nach der wahrscheinlichen Ableitung der alten Grammatiker von *pecus;* da nun ursprünglich dieses Besitzthum das alleinige Vermögen war, so bedeutete *pecunia* im Allgemeinen *Vermögen*. Die Bedeutung *Geld* erhielt dasselbe erst nachher, als nach diesem das Vermögen Jemandes bestimmt wurde. Demnach schliesst nun *pecunia* stets den Begriff der *Masse* in sich, und kann nur mit dem entsprechenden Adjectiven, wie *magnus, grandis, ingens, tantus, quantus, parvus*, verbunden werden, nicht aber mit solchen, die auf eine Einzelnheit in mehreren Stücken hinweisen, also nicht multa *pecunia*. Daher XI, 12, 1: *inque eam rem* magnam pecuniam *pollicetur*; VIII, 1, 7: tanta pecunia *damnantur; Cic. ad Att.* XI, 3: *cui* magnam *dedimus* pecuniam *mutuam; Liv.* V, 10: maiore pecunia *in stipendium opus erat. Cic. Am. c.* 17: *Quidam saepe in* parva pecunia *perspiciuntur, quam sint leves: quidam, quos* parva *movere non potuit, cognoscuntur in* magna. Vergl. *Parad.* 6, 1. *Corn. Nep. Phoc.* 1, 3. *Alcib.* 9, 2. *Han.* 9, 2.

fana, et templa facienda; et ut per praecones susceptores
9 sollicitarent. Qui quum in Macedoniam venissent, variis
dilationibus frustrati, vim regiae maiestatis timentes, ta-
10citi proficiscebantur. Post haec Olynthios aggreditur:
receperant enim per misericordiam, post caedem unius,
duos fratres eius, quos Philippus ex noverca genitos, ve-
11luti participes regni, interficere gestiebat. Ob hanc igi-
tur causam urbem antiquam et nobilem exscindit, et fra-

et ut per praecones. Vorherging qui *opinionem sererent*, und nun folgt *ut*. Ein solcher Wechsel der Construction findet sich nicht selten, und ist von den Herausgebern übersehen worden, welche *ut* gestrichen haben. *Terent. Andr.* III, 2, 34: *Missa est ancilla illico obstetricem* arcessitum *ad eam, et puerum* ut *adferat.* Einen gleichen Wechsel bei Nominibus haben wir XII, 13, 1: *legationes Carthaginiensium ceterarumque Africae civitatium, sed et Hispaniarum, Siciliae, Galliae, Sardiniae, nonnullas quoque* ex *Italia eius adventum Babyloniae opperiri.* Reichliche Sammlungen liefern *Drakenb.* zu *Liv.* XXXIX, 14, 9; XXXVIII, 39, 10. *Oudendorp* zu *Caes. B. G.* II, 10. *Ruhnken* zu *Rut. Lup. p.* 95. *Hottinger Eclogen p.* 288.

§. 11. *exscindit.* Ziemlich allgemein verwirft man jetzt nach *Bünemann* zu *Lactant. Inst.* I, 18, 8; *Gernhard* zu *Cic. Off.* I, 22, 6 und zu *Cat. Mai.* 6, 18, in dieser Verbindung *exscindere*, und lies't *excidere*; aus welchem Grunde ist nicht einzusehen! Vielmehr sind hinreichende Gründe vorhanden, dass nur *exscindere* in diesem Falle, und nicht *excidere* das Richtige seyn könne. Nicht allein das Substantivum *excidium*; vergl. die *Anmerk.* zu *c.* 5, 3; sondern auch die Bedeutung spricht für *exscindere.* Bei *excidere*, wie dies bei allen Compositis von *caedere* der Fall ist, ist immer nur an ein scharfes Mittelsinstrument zu denken; daher I, 6, 4: *silvam viae circumdatam* excidere; *Caes. B. G.* II, 15: *omnibus arboribus* — excisis; mehrere Stellen liefert *Scheller* im *Lex. p.* 3479. *Exscindere* dagegen deutet überall auf eine Zerreissung und gewaltsame Zerstörung jeder Art hin. An einzelnen Stellen, wie bei *Caes. B. G.* VII, 50: *portas excidere*, wo Andere *exscindere* lesen, kann die Aufnahme der Lesart zweifelhaft seyn; in der Verbindung mit *oppidum, urbs* und solchen Substantiven, bei denen nur an eine gewaltsame Zerstörung gedacht werden kann, wird nach meinem Dafürhalten niemals *excidere*, sondern nur *exscindere* stehen können. Dass fast überall die Lesart schwankend ist, ja die Mehrheit der Handschriften nicht selten für *excidere* entscheidet, ist kaum als ein Vertheidigungsgrund für dasselbe anzuführen; denn bekanntlich wurden die Verba, welche mit einem *s* anfangen, in der Zusammensetzung mit *ex*, häufig ohne diesen Anfangsbuchstaben geschrieben, so wie das *n* nur durch einen Strich, der in der Folge leicht übersehen werden konnte, über den nächsten

tres olim destinato supplicio tradit, praedaque ingenti pariter et parricidii voto fruitur. Inde, quasi omnia, quae agitasset animo, ei licerent, auraria in Thessalia, argenti metalla in Thracia occupat: et, ne quod ius vel fas inviolatum praetermitteret, piraticam quoque exercere instituit. His ita gestis, forte evenit, ut eum fratres duo, reges Thraciae, non contemplatione iustitiae eius, sed invicem metuentes, ne alterius viribus accederet, disceptationum suarum iudicem eligerent. Sed Philippus, more ingenii sui, ad iudicium, veluti ad bellum, inopinantibus fratribus, instructo exercitu supervenit, et regno utrumque, non iudicis more, sed fraude latronis ac scelere spoliavit. 12 13 14 15

Cap. IV. Dum haec aguntur, legati Atheniensium petentes pacem ad eum venerunt. Quibus auditis, et ipse legatos Athenas cum pacis conditionibus misit: ibique ex commodo utrorumque pax facta. Ex ceteris quoque Graeciae civitatibus, non pacis amore, sed belli metu, legationes venere. Siquidem, crudescente ira, Thessali Boeotiique orant, *ut professum adversum Phocenses ducem Graeciae exhibeat;* tanto odio Phocensium ardentes, ut, obliti cladium suarum, perire ipsi, quam non perdere eos praeoptarent; expertamque Philippi crudelitatem pati, quam parcere hostibus suis mallent. Contra Phocensium legati, adhibitis Lacedaemoniis et Athe- 1 2 3 4 5 6

Buchstaben bezeichnet wurde, wodurch dann nichts leichter, als die Corrumpirung von *exscindere* in *excidere* ward.

destinato supplicio. *Destinatus* wird sowohl von der Sache, zu der Jemand bestimmt, als auch von der Person, oder Sache, welche zu etwas bestimmt ist, gebraucht. XXI, 1, 6: *Tunc ad* destinatum facinus *conversus; Flor.* II, 18, 12: *ut* destinata morte *in proelium ruerent;* aber *Iustin.* IX, 6, 4: diem *laetitiae* destinatum. Mit Unrecht wollte daher *Burmann* zu *Valer. Flac.* II, 485 nach einer Handschrift *destinatos* an unserer Stelle ändern. S. *Oudendorp* zu *Appulei. Met.* I, 11, *p.* 50: *vel certe* destinatae crucis *canditatus.*

Cap. IV. §. 4. *ducem Graeciae exhibeat.* Nicht se *exhibeat*, wie einige Ausgaben lesen. S. die *Anmerk.* zu I, 6, 16: *victorem egit*; und zu XXXII, 3, 1: *regem gerebat.* Ebenso *Sueton. Vit. Vespas.* 17: *quum auriganti Caio* ministratorem exhiberet; *Senec. Ep.* 31: *Quem promiserat,* exhibet.

niensibus, bellum deprecabantur, cuius ab eo dilationem
7 ter iam emerant. Foedum prorsus miserandumque spectaculum, Graeciam etiam nunc et viribus, et dignitate orbis terrarum principem, regum certe gentiumque semper victricem, et multarum adhuc urbium dominam, alienis excubare sedibus, aut rogantem bellum, aut de-
8 precantem: in alterius ope omnem spem posuisse orbis terrarum vindices, eo ~~usque~~ discordia sua civilibusque
VI, 9, 7 bellis redactos, ut adulentur ultro sordidam paullo ante
9 clientelae suae partem: et haec potissimum facere The-

§. 7. *etiam nunc.* Einige Herausgeber haben an *etiam nunc* Anstoss genommen, weil dies sich auf die Zeit des Iustin beziehen würde, wo aber jener Ausspruch auf Griechenland nicht mehr anzuwenden gewesen wäre. Allein *nunc* kann ebenso, wie im Griechischen *νῦν*, zwiefach gebraucht werden, sowohl von dem Zeitpunkt, in welchem der Sprechende lebt, als auch von dem, von welchem er spricht; wie auch wir unser *nun, jetzt* gebrauchen; vergl. *c.* 2, 9 und in unserm Capitel §. 9. Das Gesagte gilt auch von *etiam nunc;* welches angewendet wird auch dann, wenn der Schriftsteller sich in die Vergangenheit versetzt; in dem ruhigen Gang der Erzählung dagegen, wo der Scriftsteller von dem Standpunkt der Gegenwart aus Vergangenes referirt, kann nur *etiam tum* stehen, wie bei *Cic. Cat.* II, 2, 4: *ne vobis quidem omnibus re* etiam tum *probata, si illum, ut erat meritus, morte multassem;* vergl. *Corn. Nep. Paus.* 3, 5. Mit Recht wird daher, wie auch *Burmann* zu *Ovid. Her.* 18, 95 urtheilte, die Lesart *etiam nunc* von *Graevius* in Schutz genommen: „Etiam nunc *intelligendum de tempore, quo haec agebantur. Sic historici nonnunquam loquuntur, quasi scriberent illo tempore, cuius gesta narrant.*“ Ob bei *Corn. Nep. Han.* 4, 3: *Qua valetudine quum* etiam nunc *premeretur lecticaque ferretur, C. Flaminium consulem apud Trasimenum cum exercitu insidiis circumventum occidit,* die Lesart *etiam tum* den Vorzug verdiene, kann nach dem Gesagten zweifelhaft seyn. Ueber einen ähnlichen Gebrauch des *etiam nunc* in der Oratio obliqua, welcher sich auch bei *Iustin.* II, 1, 16 findet, habe ich zu *Cic. Cat.* I, 4. *p.* 45. gesprochen. Vergl. *Herzog* zu *Sall. Cat.* 52, 22.

§. 8. *ut adulentur — partem.* In den Handschriften des *Modius* wurde *adulent — suae parti* gelesen, und vielleicht ist dies die ursprüngliche Lesart. Die active Form *adulare* findet sich ausser andern Stellen auch bei *Cic. Off.* I, 26, und den Dativ haben wir noch einmal bei *Iustin.* XII, 13, 2: *ut cunctae gentes veluti* destinatio *sibi* regi adulare ntur. Ueber die Construction dieses Verbi vergl. *Zumpt Gr. Cap.* 71, 2. *Anm.* 2. §. 389. *Livius* gebraucht sowohl den Accusativ, als Dativ. S. *Gronov* zu *Liv.* XXIII, 4, 2.

banos Lacedaemoniosque, antea inter se imperii, nunc Graeciae imperantis aemulos. Philippus inter haec ven-10 ditatione gloriae suae, tantarum urbium fastidium agitat; atque utros potius dignetur, aestimat. Secreto igitur11 auditis utrisque legationibus, his veniam belli pollicetur,

§. 9. *Graeciae imperantis.* Nach *Graevius* Vorgang haben die Herausgeber die Aenderung *gratiae* statt *Graeciae* von *Alting* aufgenommen. Ich halte die alte, handschriftliche Lesart für die richtige. Die Thebaner und Lacedaemonier waren vorher Nebenbuhler gewesen, um die Oberherrschaft Griechenlands zu gewinnen, jetzt aber, um den Mann zu gewinnen, der Griechenland Befehle ertheilte. Auch möchten sich schwerlich genügende Beispiele für den absoluten Gebrauch des Participii Präsens von *imperare* beibringen lassen; derselbe konnte nur durch die Hinzufügung des Dativs *Graeciae* gerechtfertigt werden.

§. 10. *fastidium agitat.* Gegen die sonstige Lesart, *fastigium*, welche *Freinsheim* und *Bernegger* in Schutz nahmen, und durch *comparare inter se, et quasi librare earum dignitatem, opes, potentiam*, verdeutlichen, haben die nachherigen Herausgeber nach *Gronov's* gewichtiger Entscheidung sich mit Recht erklärt. Dieser Gelehrte sagt nämlich in seinen *Observatt.* IV, 10: *Sunt* enim *τῶν πρός τι* hinc *agitare fastidium* et *facere fastum*; illinc *pati fastidia*, *pati* vel *ferre fastus*: illa sunt aut minime aut fastidiose ac tarde recipere; haec autem minime aut lente ac post multam humilitatem et patientiam admitti. *Agitare fastidium* hominum praesertim rivalium et in eundem locum gratiae competentium est tenere homines suspensos et diu te rogandum sectandumque praebere, dum deliberas, nec decernis aut declaras, utros vel quos praeferas. Philippus dum se ostentat, dum cupit conspici et aestimari per eos, a quibus rogatur, *tantarum urbium fastidium agitat*: non cito ac prompto responso eas dissolvit, se ambientes fastum pati cogit, ac factosa mora deliberat, utra potius foret tanti, cuius foedere, hoc est, voluntario servitio, accepto, alterius imperium vi tentare malit. Nec praeter auctoritatem membranarum et egregium sensum, desunt ex proximis, quibus, quae diximus, affirmentur. *Venditatio gloriae suae* in aliquo, utrum *fastigium* eius agitanti, an *fastidium* conveniebat? huic prorsus: eo enim se venditabat, ferocem magnumque faciebat, quod haberet sonspicique cuperet submisse orantes, exspectantes se, et adsectantes tantarum urbium legatos. Facit enim Iustinus Philippum, passim ei malignior, ex illis, qui, ut ait Cicero, deteriores fiunt rogati: qualem apud Petronium habes c. 91: *Postquam rogari sensit, supercilium altius sustulit.* Sed et *adulari* et *redactum eo esse, ut ultro adulere*, magis eorum est, quorum fastidium, quam quorum fastigium agitatur. Denique *alienis excubare sedibus*, annon plane fastus est patientium, ut amatores exclusi, ad limina pernoctant?"

§. 11. *veniam belli.* Hier in etwas seltener Bedeutung, *Erlass des*

iureiurando adactis, responsum nemini prodituros; illis contra, venturum se, auxiliumque laturum: utrosque ve-
12tat parare bellum, aut metuere. Sic variato responso securis omnibus, Thermopylarum angustias occupat.
1 CAP. V. Tunc primum Phocenses, captos se fraude Philippi animadvertentes, trepidi ad arma confugiunt.
2 Sed neque spatium erat instruendi belli, nec tempus ad contrahenda auxilia: et Philippus exscidium minabatur,

Krieges, pollicetur bellum se non illaturum. Aehnlich *Plin. H. N.* XXV, 2, 5: *oblivionem tristitiae* veniamque *adferens.*

CAP. V. §. 2. *spatium erat etc.* Man bemerke den Wechsel der Construction. *Herzog* bemerkt darüber zu *Caes. B. G.* VII, 40: *nec fuit* spatium *tali tempore* ad *contrahenda castra.* So unten *c.* 42: *nullum sibi* ad *cognoscendum* spatium *relinquunt. Liv.* XXIV, 22: *paullum sumeret* spatii ad *consultandum ab legatis.* Dagegen *B. G.* I, 52: spatium *pila in hostes* coniiciendi. *Iustin.* XVIII, 5, 7: *hoc modo* spatium respirandi *fugientibus datum.* Der Grund der verschiedenen Construction liegt in der Verchiedenheit des Gedankens. *Spatium* ad steht wie *tempus, quo etc.*, so nämlich, dass die Handlung, *für* die und *zu* welcher Zeit gebraucht wird, als logisch *entfernter* gedacht wird: der Genitiv aber verbindet *Zeit* und *Zweck* oder *Ziel* derselben fast zu einem Begriffe, indem er letztere in unmittelbare, rege Abhängigkeit von ersterer setzt. Wir im Deutschen dürften so unterscheiden, Zeit *zum* Abreisen, und Zeit, *um* abzureisen. Vergl. *Ruhnken* zu *Terent. Andr.* III, 2, 2." Der Genitiv wird gebraucht, wenn das vorhergehende Nomen näher bestimmt werden soll, in Bezug auf welche Handlung dasselbe zu verstehen sei; die Präposition *ad* dagegen, oder auch *in*, wie I, 9, 19: *dato* in *poenitentiam* spatio, wenn der *Zweck* und das *Ziel* angegeben werden soll, welches zu erreichen Zeit verlangt wird. Deshalb wird in dem letzten Falle auch der entsprechende Casus, der Dativ, gebraucht, wie II, 15, 6: *diem de die proferendo* spatium consummando operi *quaerebat.* Dass die Wahl der Construktion oft von der Willkühr des Schriftstellers abhange, leuchtet von selbst ein. Beispiele der Construktion mit *ad* liefert in Menge *Drakenb.* zu *Liv.* VIII, 13, 18; XXXVII, 26, 7.

exscidium. Gewöhnlich wird jetzt *excidium* geschrieben; nach seiner Abstammung von *exscindere* kann dasselbe aber nur *exscidium* geschrieben werden. Man hat wohl, wie *Drakenb.* zu *Liv.* V, 15, 9 zwei verschiedene Wörter annehmen, und *exscidium* von *exscindere*, aber *excidium* von *excīdere* ableiten wollen: allein dieser Annahme widerstreitet die Quantität der drittletzten Sylbe, die überall sich nur als kurz gebraucht findet; so dass *excidium* also als ganz unbegründet zu verwerfen ist. S. die *Anmerk.* zu VIII, 3, 11.

ni fieret deditio. Victi igitur necessitate, pacta salute, 3
se dediderunt. Sed pactio eius fidei fuit, cuius ante fue- 4
rat deprecati belli promissio. Igitur caeduntur passim 5
rapiunturque: non liberi parentibus, non coniuges ma-
ritis, non Deorum simulacra templis suis relinquuntur.
Unum tantum miseris solatium fuit, quod, quum Phi- 6
lippus portione praedae socios fraudasset, nihil rerum
suarum apud inimicos viderunt. Reversus in regnum, 7
ut pecora pastores nunc in hibernos, nunc in aestivos
saltus traiiciunt, sic ille populos et urbes, ut illi vel re-
plenda, vel derelinquenda quaeque loca videbantur, ad
libidinem suam transfert. Miseranda ubique facies, et 8
exscidio similis erat. Non quidem pavor ille hostilis, 9
nec discursus per urbem militum erat, non tumultus ar-
morum; non bonorum atque hominum rapina; sed taci-10
tus moeror et luctus, verentibus, ne ipsae lacrimae pro
contumacia haberentur. Crescit dissimulatione ipsa do-11
lor, hoc altius demissus, quo minus profiteri licet. Nunc12
sepulcra maiorum, nunc veteres penates, nunc tecta, in
quibus geniti erant, in quibusque genuerant, considera-

§. 4. *deprecati belli promissio.* Man bemerke hier den Genitiv mit einem Participium Präteriti, welcher von einem Substantiv abhängig ist, wo man entweder den Accusativ c. Infinitiv, oder nach Umständen eine Conjunction erwarten sollte. Nur erklärende Zwischensätze können die Participialconstruktion annehmen; nicht aber solche, welche von einem vorhergehenden Nomen, oder Verbum abhängig sind, wo nach dem Verhältniss des Satzes entweder der Infinitiv oder eine Conjunction gesetzt werden muss. Iustin weicht aber oft von dieser Regelmässigkeit ab, indem er statt des abhängigen Satzes das Nomen desselben zu dem regierenden Substantiv im Genitiv setzt, und das Verbum im Participium an denselben anschliesst. So I, 9, 9: *magnus ante famam amissi regis occupat facinus*, statt *regem amissum esse.* Nachzulesen ist das, was ich zu XXXVIII, 10, 11 über den Unterschied des Infinitivs und Particips bemerkt habe. Andere Stellen zur Vergleichung sind XII, 1, 5: *dolor amissi cum Zopyrione exercitus*; XIII, 5, 9; *c.* 7, 2; XIV, 3, 8; XVII, 2, 9; XVIII, 3, 5; XXII, 7, 10; *c.* 8, 8; XXXII, 1, 10; XXXVII, 3, 7; XXXVIII, 8, 1; XLII, 1, 1, §. 2.

§. 9. *Non quidem pavor etc.* Diese Stelle ist einer ähnlichen des *Liv.* I, 29 nachgebildet, welche ihrer Schönheit wegen nachgelesen zu werden verdient.

§. 10. *verentibus.* S. die *Anmerk.* zu II, 3, 16.

13bant; miserantes nunc vicem suam, quod in eam diem vixissent; nunc filiorum, quod non post eam diem nati essent.

1 Cap. VI. Alios populos in finibus ipsis hostibus opponit; alios in extremis regni terminis statuit; quosdam bello
2 captos in supplementis urbium dividit. Atque ita ex multis gentibus nationibusque unum regnum populumque consti-
3 tuit. Compositis ordinatisque Macedoniae rebus, Dardanos, ceterosque finitimos fraude captos expugnat. Sed nec a
4 proximis manus abstinet: siquidem Arrybam, regem Epiri, uxori suae Olympiadi arctissima cognatione iunctum, pel-
5 lere regno statuit; atque Alexandrum, privignum eius, uxo-
8 ris Olympiadis fratrem, puerum honestae pulchritudinis,
6 in Macedoniam nomine sororis arcessit, omnique studio sollicitatum spe regni, simulato amore ad stupri consue-
tudinem perpulit, maiora in eo obsequia habiturus, sive
7 conscientiae pudore, sive regni beneficio. Quum igitur ad viginti annos pervenisset, ereptum Arrybae regnum
8 puero admodum tradit, scelestus in utroque. Nam nec in eo ius cognationis servavit, cui ademit regnum; et eum, cui dedit, impudicum fecit ante quam regem.

Cap. VI. §. 1. *in supplementis.* Man hat unnöthiger Weise *in supplement*a ändern, oder die Präposition durchstreichen wollen. *In supplementis* gehört nicht zu *dividit* als Bestimmung des Ziels, wohin; denn dieses wird unbestimmt gelassen; sondern *in* ist etwa durch *unter* zu erklären. Philipp vertheilt dieselbe überall hin, nachdem er sie unter die Leute gestekt hatte, welche die Einwohner der einzelnen Städte ergänzen sollten; er vertheilte sie, die sich nämlich unter den Ergänzungsleuten befanden, hier und dorthin. Bei der Lesart *in supplementis* wird die Folge der vorangegangenen divisio in supplementa angegeben. XV, 1, 2: *ut pecunia* in *praeda capta provinciaeque dividerentur. Caes. B. G.* I, 43: *Postulavit deinde eadem, quae legatis* in *mandatis dederat.*

§. 7. *in utroque.* Man wolle hier ja nicht *utrumque* ändern mit *Sebisius*, oder diese Aenderung mit *Vorstius* dadurch zurückweisen, dass man *in utroque* als Neutrum, für *in utraque re* erklärt. Alexander und Arrybas sind hier zu verstehen, wie das folgende deutlich lehrt. Wie die Präposition *in* in diesem Falle zu nehmen sei, habe ich zu I, 5, 5: *animum minacem duntaxat* in *illo fregit*, auseinandergesetzt. *Ovid. Met.* IV, 546: *nimiumque* in *pellice saevae.* Vergl. *Burmann* zu IX, 274: *odiumque* in *prole paternum exercebat atrox.*

LIBER IX.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Philippus cogitat de Graecia subiuganda: ideo Byzantium, sed frustra, obsidet.
2. A Scytharum rege variis modis deluditur: unde pugna, et praeda abducta.
3. Triballi Philippum praeda spoliant. Athenienses et Thebani a Philippo proelio victi.
4. Philippus victoria moderate utitur; saevit in Thebanos, qui fortiter se gerunt.
5. Graeciae civitates Corinthum evocat, et ad bellum Persicum se parat.
6. Dum nuptias filiae celebrat, a Pausania obtruncatur.
7. Idque Olympiade et Alexandro consciis.
8. Philippi elogium, eiusdemque cum Alexandro filio et successore comparatio.

CAPUT I.

In Graeciam Philippus quum venisset, sollicitatus pau- 1
carum civitatium direptione, et ex praeda modicarum urbium, quantae opes universarum essent, animo prospiciens, bellum toti Graeciae inferre statuit. Ad cuius 2
emolumentum egregie pertinere ratus, si Byzantium,

Lib. IX.

Cap. I. §. 2. *emolumentum.* *Emolumentum* ist eigentlich das Mittel eine schwierige Sache zu Stande zu bringen, gleichsam das *Zustandebringungsmittel* d. i. im Allgemeinen *Anstrengung*, *Mühe*. In dieser ursprünglichen Bedeutung kommt es noch vor bei *Caes. B. G.* I, 34: *neque exercitum sine magno commeatu atque* emolumento *in unum locum contrahere posse*, wo mehrere Herausgeber gegen alle Mss. *molimento* haben ändern wollen. Es mag hier unentschieden bleiben, ob nicht an mehreren Stellen, wo man jetzt *molimentum* lies't, hin und wieder aber in wenigen Handschriften dafür *emolumentum* findet, letzteres schon früh von unwissenden Abschreibern verdrängt und dadurch

nobilem et maritimam urbem, receptaculum terra marique copiis suis futurum, in potestatem redegisset, ean-
3 dem claudentem sibi portas obsidione cinxit. Haec namque urbs condita primo a Pausania, rege Spartanorum, et per septem annos possessa fuit: deinde, variante victoria, nunc Lacedaemoniorum, nunc Atheniensium iuris
4 habita est. Quae incerta possessio effecit, ut, nemine

dieser Gebrauch von *emolumentum* selten gemacht worden sei. Gewöhnlich kommt dies Wort vor in der Bedeutung dessen, was durch Anstrengung erreicht ist, *Erfolg*, *Vortheil*, *Nutzen*, und so auch an unserer Stelle. Daher ist hier des *Palmerius* Aenderung *molimentum* nicht allein unnöthig, sondern sogar unpassend; so wie auch mit Recht *Held* zu *Caes. l. c.* den von einigen Gelehrten zwischen *emolimentum* und *emolumentum* gemachten Unterschied verworfen hat, da beide Formen, wie *monimentum* und *monumentum*, ohne Unterschied gebraucht wurden. Vergl. *Ruhnken* zu *Vellei. Pat.* II, 78, 1. Ganz analog ist in der Bedeutung *detrimentum*, das in seiner ursprünglichen Bedeutung, die *Abreibung*, nur noch in einer einzigen Stelle bei Appulejus vorkommt; gewöhnlich wird es zur Bezeichnung dessen gebraucht, was durch Abreibung bewirkt ist, der Erfolg des Abreibens, d. i. *Verlust*, *Schaden*; wo es dann im Gegensatz von *emolumentum* angewendet wird.

Futurum. In mehreren Handschriften und Ausgaben wird *futuram* gelesen. Allein nicht selten findet in solchem Falle eine Attraction statt, und das Prädicat schliesst sich in seiner Form an das Appositions-Nomen als das letztere an, wiewohl an unserer Stelle *futurum* sich auch auf *Byzantium*, und nicht auf *receptaculum* beziehen kann. Aehnlich heisst es bei *Corn. Nep. Them.* 7, 5: *Illorum urbem ut propugnaculum* oppositum *esse barbaris*, wo *Bremi* und *Heusinger* mit Recht die gewöhnliche Lesart *oppositam* verworfen haben. *Cic. Brut.* 75: *Omni ornatu tanquam veste detracta.* *Sall. Hist. Fr. I. or. Lep. p.* 941. *ed. Cort.: Bona civium miserorum quasi Cimbricam praedam venum aut dono* datam. Vergl. *Heusinger* in der Vorrede zu *Cic. Off. p.* XXXXVI, und die Ausleger zu *Suet. Caes. c.* 26; vorzüglich aber *Krüger von der Attraction p.* 47. Anders aber ist es, wenn das Subject Personen bezeichnet; dann richtet sich das Prädicat in seiner Form nach diesem, und nicht nach dem Prädicats-Substantiv. Daher *Iust.* XVII, 2, 11: *Sed nec Pyrrhus, rex Epiri omissus, ingens momentum futurus* nicht *futurum*. Die *Anmerk.* zu I, 2, 4: *Semiramis puer est credita.*

§. 3. *iuris habita est.* *Ius* ist hier die aus dem Recht, welches man über Jemanden hat, entspringende *Gewalt*, *Macht*, *Herrschaft*, und so wird es oft mit *ditio* verbunden. Daher *iuris sui aliquem facere* synonym mit *in potestatem suam redigere*; und *iuris alicuius esse*, *haberi*, in Jemandes *Gewalt*, *Herrschaft seyn*; wie öfter bei Iustin. S. *c.* 5, 8. XXXI,

quasi suam auxiliis iuvante, libertatem constantius tueretur. Igitur Philippus, longa obsidionis mora exhaustus, 5
pecuniae commercium de piratica mutuatur. Captis ita- 6
que centum septuaginta navibus, mercibusque distractis, anhelantem inopiam paullulum recreavit. Deinde, ne in 7
unius urbis oppugnatione tantus exercitus teneretur, profectus cum fortissimis, multas Chersonesi urbes expugnat: filiumque Alexandrum, decem et octo annos na- 8
tum, ut sub militia patris tirocinii rudimenta deponeret, ad se arcessit. In Scythiam quoque praedandi causa 9
profectus est, more negotiantium, impensas belli alio bello refecturus.

Cap. II. Erat eo tempore rex Scytharum Atheas: 1
qui, quum bello Istrianorum premeretur, auxilium a Philippo per Apollonienses petit, in successionem eum regni Scythiae adoptaturus. Quum interim Istrianorum 2
rex decedens, et metu belli, et auxiliorum necessitate Scythas solvit. Itaque Atheas, remissis Macedonibus, 3
renuntiari Philippo iubet, *neque auxilium eius se petis-*

1, 2; XXXVIII, 3, 3; XLII, 5, 8. Vergl. *Gronov* zu *Liv.* XXIX, 31. *Duker* zu XXXII, 33, und *Ruhnken* zu *Vellei. Pat.* II, 69, 2.

§. 5. *pecuniae commercium.* Die Ed. Bipont. hat *Scheffer's* Aenderung *exhaustus pecunia, commercium* etc., aufgenommen; *pecuniae commercium* ist der Geldverkehr; um mit Geld verkehren zu können übte Philipp Seeräuberei. Gegen *Scheffer's* Aenderung spricht der doppelte Ablativ zu *exhaustus;* ferner der schiefe Sinn, der aus derselben entspringt. Philipp wollte nicht Handel treiben, sondern sich Geld verschaffen.

§. 7. *exercitus teneretur. Tenere* ist hier soviel als *retinere*, in welcher Bedeutung es häufig vorkommt, und entweder mit dem blossen Ablativ, oder *in* construirt wird, je nachdem mehr der Grund, oder die Dauer der Aufhaltung hervorgehoben werden soll. Im ersten Falle ist der Ablativ durch *quum*, im zweiten durch *dum* zu erklären. Letzteres scheint an unserer Stelle mehr berüksichtigt werden zu sollen, weshalb ich nach einigen Handschriften die Präposition eingeschoben habe. Ebenso III, 4, 3: *quum contra praesumptionem suam annis decem* in *obsidione urbis* tenerentur. Liv. VI, 1, 6: *Quum civitas* in *opere ac labore assiduo reficiendae urbis* teneretur. Dagegen *Iustin.* II, 5, 2: *teneri bello.* Die Lesart anderer Ausgaben *tereretur* ist mit Recht von den neuern Herausgebern verworfen worden. Beide Verba sind oft verwechselt worden. S. *Drakenb.* zu *Liv.* III, 7, 3.

4 *se, neque adoptionem mandasse. Nam neque vindicta Macedonum egere Scythas, quibus meliores forent;* 5 *neque heredem sibi, incolumi filio, deesse.* His auditis, Philippus legatos ad Atheam mittit, *impensae obsidionis portionem* petentes, *ne inopia deserere bellum co-* 6 *gatur. Quod eo promtius eum facere debere, quod missis a se in auxilium eius militibus ne sumptum quidem* 7 *viae, non modo officii pretia dederit.* Atheas, inclementiam coeli et terrae sterilitatem causatus, quae non patrimoniis ditet Scythas, sed vix alimentis exhibeat, re-

Cap. II. §. 4. *meliores forent.* *Forent* scheint hier für *essent* zu stehen, wie auch an andern Stellen. Eigentlich aber ist beides nicht gleichbedeutend, sondern *forem* hat den Begrif einer zukünftigen Möglichkeit. So gebraucht es immer Cicero; andere Schriftsteller mögen es indess geradezu statt *essem* gesagt haben, mit welcher Erklärung jedoch die Gelehrten bisweilen zu voreilig gewesen sind, wie *Burmann* zu *Phaedr. Fab.* V, 5, 8: habere dixit se genus *spectaculi, quod in theatro nunquam* prolatum foret, wo *foret* in Bezug auf die zukünftige mögliche Aufführung des Schauspiels steht; stände *esset* oder *fuisset*, so würde nur eine blosse Behauptung in Rüksicht auf die Vergangenheit ausgesprochen seyn. Demnach wird *forem* selbst mit dem Participium Futuri Act. und Pass. richtig verbunden werden können, mit der Bezeichnung einer zukünftigen Möglichkeit; welche Verbindung zuerst *Laur. Valla Eleg.* 1, 26, und nach ihm andere Gelehrte verwarfen. Wer sagt: *dicit, se venturum esse*, erklärt, dass jener wirklich kommen werde; dagegen *venturum fore*, die zukünftige Möglichkeit bestimmt: er hofft, dass in der Zukunft es möglich sei, dass er komme. *Iustin.* IX, 5, 4: *sive* adiuvandus *ea manu rex oppugnante aliquo* foret, *seu duce illo bellum* inferendum. *Sall. Iug.* 109: *dicit, se missum a consule venisse quaesitum ab eo, pacem, an bellum* agitaturus foret; verschieden von *esset*, was sich auf den Augenblick der Anfrage beziehen würde. Bei *Cic. ad Att.* V, 21: *deinde addis, si quid secus, te ad me* fore venturum, ist die Lesart unsicher, und *fore* von *Ernesti* eingeklammert. Vergl. diesen Gelehrten im *Clav.* s. v., *Corte* zu *Porc. Lat. decl. c.* 7. *p.* 1084 seq. *Drakenb.* zu *Liv.* XXXII, 20, 6; *Herzog* zu *Sall. Cat.* 14, 6. *p.* 74.

§. 6. *ne sumptum quidem.* Bei *non modo, non solum, sed etiam* oder *ne-quidem* kann man auch die Glieder umkehren, so dass das Vorderglied nachgestellt, aber *sed* ausgelassen wird. *Cic. Tusc.* I, 38, 92: ne *sues* quidem *id velint*, non modo *ipse*. Ebenso hatten wir in umgekehrter Ordnung *quoque — non solum* II, 10, 10.

§. 7. *alimentis exhibeat.* *Exhibere* ist hier soviel als *sustentare, alere*, und so kommt es noch vor XI, 10, 9; XXII, 1, 3, und häufig bei

spondit: *nullas sibi opes esse, quibus tantum regem* 8
expleat; et turpius putare parvo defungi, quam totum
abnuere: Scythas autem virtute animi et duritia corpo- 9
ris, non opibus censeri. Quibus derisus Philippus, so-10
luta obsidione Byzantii, Scythica bella aggreditur, prae-
missis legatis, quo securiores faceret, qui nuntient Atheae,
*dum Byzantium obsidet, novisse se statuam Herculi,*11

den alten Rechtsgelehrten. Die andere Lesart *alimenta* ist die Aenderung eines Abschreibers; auch möchte es sehr zweifelhaft seyn, ob *alimenta exhibere*, für *dare* lateinisch sei.

§. 10. *dum Byzantium obsidet.* Man sollte den Conjunctiv erwarten; und wirklich hat die Prager Handschrift *obsideret.* Es mag vielleicht der Gebrauch *dum* mit dem Indicativ Präsentis zu setzen, dieselbe Construction auch für die Oratio indirecta erlaubt und weniger anstössig gemacht haben. *Liv.* II, 57, 3: Dum *tribuni consulesque ad se quisque omnia* trahunt, *nihil relictum esse virium in medio;* Tacit Hist. III, 38: *Versas illuc omnium mentes*, dum *Vitellius* fovet *aemulum;* vergl. I, 33; III, 70. Allein Iustin hat hier die Oratio directa und indirecta vermischt; denn im Folgenden müsste es offenbar *petentem, amicum ipsum — venturum* heissen. Verderbtheit des Textes ist hier nicht anzunehmen; denn dergleichen Unaufmerksamkeiten finden sich mehrere im Iustin. Vergl. XXII, 5, 9: *Quibus omnibus non sibi tantum in alios, sed et aliis in se* sentient *patere bella*, statt *sensuros esse;* XXXVIII, 7, 8: *tantumque se avida exspectat Asia, ut etiam vocibus vocet; adeo illis odium Romanorum incussit rapacitas proconsulum, sectio publicanorum, calumniae litium*, statt *exspectare Asiam — incussisse rapacitatem — sectionem — calumnias.* Diese Fehlerhaftigkeit des Stils tadelt *Freinsheim* zu *Curt.* III, 2, 11; sie ist die natürliche üble Folge, wenn längere Reden in der Oratio indirecta eingeführt werden, wo es nicht selten zum Verständniss nothwendig wird, ein *se, sibi, inquam, inquit* einzuschieben, welche schleppenden Einschiebsel nur durch jene andere Fehlerhaftigkeit vermieden werden können. Lesenswerth ist hierüber die Bemerkung *Freinsheim's l. c.* Indess darf nicht übersehen werden, dass die lat. Schriftsteller nicht selten der Oratio indirecta Sätze in Oratio directa einmischen, und dass dies nicht allein bei solchen Sätzen geschieht, die der Erzähler, als seine Bemerkungen, von der Rede und den Gedanken eines andern Subjects, welche er referirt, trennt, sondern auch bei solchen, die durchaus zu der Rede und den Gedanken des andern Subjects gehören. Beispiele dieser Oratio directa in der Mitte der Orat. indirecta finden sich bei allen Historikern, und namentlich bei den spätern, welche mehr und mehr den griechischen Sprachgebrauch nachahmten, wo es ungemein häufig ist, dass die Neben- und Zwischensätze mit Conjunctionen und Pronominibus relativis

ad quam in ostio Istri ponendam se venire; pacatum accessum ad religionem Dei petens, *amicus ipse Scy-*
12*this venturus.* Ille, *si voto fungi vellet, statuam sibi mitti* iubet: *non modo, ut ponatur, verum etiam ut inviolata maneat,* pollicetur: *exercitum autem fines in-*
13*gredi,* negat *se passurum. Ac, si invitis Scythis statuam ponat, eo digresso sublaturum, versurumque aes*
14*statuae in aculeos sagittarum.* His utrimque irritatis animis, proelium committitur. Quum virtute et animo
15praestarent Scythae, astu Philippi vincuntur. Viginti millia puerorum ac feminarum capta, pecoris magna vis, auri argentique nihil. Ea primum fides inopiae Scythicae
16fuit. Viginti millia nobilium equarum ad genus faciendum in Macedoniam missa.

1 Cap. III. Sed revertenti ab Scythia Triballi Philippo occurrunt: negant, *se transitum daturos, ni portionem*

in der Oratio indirecta, statt im Conjunctiv oder Optativ, im Indicativ aufgeführt werden; worauf *Hermann* im *Append.* VII zu *Viger. p.* 900 besonders aufmerksam gemacht hat. Vergl. *Krüger über den Accusat. c. Infinitiv nach Fragewörtern p.* 63. seq. *Herzog* zu *Sall. Cat.* 27, 4. Die Stellen aus Iustin zur Vergleichung sind folgende: II, 1, 11. 14. 15. 17; XI, 15, 9. 10; XVI, 1, 17; XIX, 3, 3; XXXVIII, 4, 3. 9; *c.* 5, 7; XXIXX, ?, 18.

§. 11. *ad quam — venire.* S. die *Anmerk.* zu XXIX, 3, 2.

§. 14. *virtute et animo praestarent.* So lesen gute Handschriften und alte Ausgaben; und wohl richtiger, als das gewöhnliche *numero* statt *animo.* Es bezieht sich dieser Satz auf die Aeusserung des Atheas: *Scythas* virtute animi *censeri,* und was dort *virtute animi* war, wird hier vermittelst eines ἓν διὰ δυοῖν durch *virtute et animo* ausgedrükt. Ebenso werden beide Substantiva verbunden bei *Cic. ad Fam.* V, 2: *huius temeritati nisi* virtute et animo *restitissem.* Zur Bestätigung der aufgenommenen Lesart dient das, was *Corte* zu *Sall. Cat.* 2, 3 bemerkt und gesammelt hat.

§. 15. *Fides inopiae.* Die Scythische Armuth erhielt dadurch zuerst Glaubwürdigkeit. *Fides* kann demnach bisweilen durch *argumentum* erklärt werden, obgleich es überall seine eigenthümliche Bedeutung behält, wie in allen den Stellen, welche die Herausgeber zu unserer Stelle, und *Gronov* zu *Liv.* XXVI, 24, 2 beigebracht haben. *Iustin.* XIII, 1, 4: *Ut vero mortis eius* fides *adfuit*; XXIV, 4, 4: *cui ea res virtutis admirationem et immortalitatis* fidem *dedit; Tacit. Hist.* IV, 85: *Praecipua victoriae* fides *dux hostium Valentinus.*

accipiant praedae. Hinc iurgium, et mox proelium, 2
in quo ita in femore vulneratus est Philippus, ut per cor-
pus eius equus interficeretur. Quum omnes occisum pu- 3
tarent, praeda amissa est. Ita Scythica, velut devota,
spolia paene luctuosa Macedonibus fuere. Ubi vero ex 4
vulnere primum convaluit, diu dissimulatum bellum Athe-
niensibus infert: quorum causae Thebani se iunxere, me- 5
tuentes, ne, victis Atheniensibus, bellum, veluti vici-
num incendium, ad se transiret. Facta igitur inter duas 6
paullo ante infestissimas civitates societate, legationibus
Graeciam fatigant; *communem hostem* putant *commu-*
nibus viribus submovendum: neque enim cessaturum 7
Philippum, si prospere prima successerint, nisi omnem
Graeciam domuerit. Motae quaedam civitates Athe- 8
niensibus se iungunt; quasdam autem ad Philippum belli
metus traxit. Proelio commisso, quum Athenienses longe 9
maiore militum numero praestarent, assiduis bellis indu-
rata virtute Macedonum vincuntur. Non tamen imme-10
mores pristinae gloriae cecidere: quippe adversis vulne-
ribus omnes loca, quae tuenda a ducibus acceperant, mo-
rientes corporibus texerunt. Hic dies universae Graeciae11
et gloriam dominationis, et vetustissimam libertatem finivit.

Cap. IV. Huius victoriae callide dissimulata laetitia 1
est. Denique non solita sacra Philippus illa die fecit;
non in convivio risit; non ludos inter epulas adhibuit;
non coronas aut unguenta sumpsit; et, quantum in illo

Cap. III. §. 5. *victis Atheniensibus.* I. e. *si Athenienses victi essent.* S. die *Anmerk.* zu VIII, 2, 1: *ne* victoris *potentiam ferre non possent.*

§. 7. *si prospere prima successerint. Prima* steht substantive, *der Anfang.* Liv. VIII, 3, 6: *si* prima *satis prospere fuissent.*

§. 11. *Hic dies. Dies* steht hier für das, was an diesem Tage geschah; wie öfter. *Vellei. Pat.* II, 86, 1: *Quid* ille dies *terrarum orbi praestiterit. Cic. ad Att.* I, 14: Hic dies *me valde Crasso adiunxit. Liv.* XLII, 67, 1: Hic dies *Romanis refecit animos.*

Cap. IV. §. 1. *Denique.* Vergl. II, 10, 24; XI, 11, 4; XII, 12, 2. S. die *Anmerk.* zu XX, 1, 6.

coronas. Die Alten pflegten sich bei den Gastmählern zu bekränzen. Die Lesart *coronam* rührt von einem unwissenden Abschreiber her, der hier an die königliche Krone dachte.

2 fuit, ita vicit, ut victorem nemo sentiret. Sed nec *re-*
3 *gem se Graeciae, sed ducem appellari* iussit. Atque
ita inter tacitam laetitiam et dolorem hostium temperavit,
4 ut neque apud suos exsultasse, neque apud victos insul-
tasse videretur. Atheniensibus, quos passus infestissimos
fuerat, et captivos gratis remisit, et bello consumpto-
rum corpora sepulturae reddidit; reliquiasque funerum
ut ad sepulcra maiorum deferrent, ultro hortatus est.
5 Super haec Alexandrum filium cum amico Antipatro, qui
pacem cum his amicitiamque iungerent, Athenas misit.
6 Thebanorum porro non solum captivos, verum etiam in-
7 terfectorum sepulturam vendidit. Principes civitatis alios
securi percussit, alios in exsilium redegit, bonaque o-
8 mnium occupavit. Pulsos deinde per iniuriam, in patriam
restituit. Ex horum numero trecentos exsules iudices re-
9 ctoresque civitati dedit: apud quos quum potentissimi qui-
que rei eius ipsius criminis postularentur, quod per iniu-
riam se in exsilium egissent, huius constantiae fuerunt,
ut omnes *se auctores* faterentur, *meliusque cum repu-*
blica actum, quum damnati essent, quam quum resti-
10 *tuti*, contenderent. Mira prorsus audacia: de iudicibus
vitae necisque suae, quemadmodum possunt, sententiam
ferunt; contemnuntque absolutionem, quam dare inimici

§. 4. *sepulturae reddidit.* *Sepelire* und *sepultura* ist der allgemeine Ausdruk von dem, was mit dem Leichnam vorgenommen wird. Die Alten verbrannten nämlich den todten Körper, und die Asche wurde sodann beerdigt. Dies beides wurde durch obige Wörter bezeichnet. Welcher Begrif vorherrschend ist, muss aus dem Zusammenhange einer jeden Stelle ersehen werden. Hier ist *sepultura* von der Verbrennung zu verstehen. XI, 15, 15: *corpus regis more* sepelire *et reliquias eius maiorum tumulis inferri iussit.*

§. 5. *cum amico.* Ueber *amicus* siehe die *Anmerk.* zu I, 4, 6.

§. 7. *in exsilium redegit.* Das Compositum statt des Simplex. S. die *Anmerk.* zu I, 10, 14. Die Lesart einer Handschrift, *egit*, ist wohl nur als Glosse anzusehen, obgleich wir XI, 4, 11: *in exsilium agerentur* haben.

§. 9. *huius constantiae.* *Hic* ist hier soviel als *talis*, in welchem Sinne *is* üblicher ist. *Corn. Nep. Dat.* 6, 2: his*que locis castra posuit, ut neque circuiri multitudine adversariorum posset*, wo *Bremi* nachzusehen ist.

possunt; et quoniam rebus nequeunt ulcisci, verbis usurpant libertatem.

Cap. V. Compositis in Graecia rebus, Philippus omnium civitatium legatos ad formandum rerum praesentium statum evocari Corinthum iubet. Ibi pacis legem universae Graeciae pro meritis singularum civitatium statuit; conciliumque omnium, veluti unum senatum, ex omnibus legit. Soli Lacedaemonii et legem et regem contempserunt; servitutem, non pacem, rati, quae non

§. 10. *rebus nequeunt ulcisci.* Der Ausdruk ist ungewöhnlich; denn *libertatem* muss auch zu *ulcisci* gezogen werden, und für dieses würde man eher *vindicare* erwarten. Daher wollte auch *Faber ulcisci* streichen, worin ihm *Graevius* und Andere beistimmen. Ich wage keine Veränderung: Da sie die verlorne Freiheit nicht rächen können, so suchen sie dieselbe wenigstens durch Worte zu behaupten. *Res* und *verbum* stehen oft im Gegensatz, von *Schein* und *Wirklichkeit.* *Ovid. Heroid.* XIX, 1: *Quam mihi misisti* verbis, *Leandre*, *salutem*,
Ut possim missam rebus *habere*, *veni.*
S. *Drakenb.* zu *Liv.* XXXIX, 27, 2. Bisweilen ist *verbum* nicht ausgedrükt, liegt aber verstekt in dem einen Gliede. *Iustin.* XII, 13, 10: *Amici causam morbi intemperiem ebrietatis disseminaverunt;* re *autem* vera *insidiae fuerunt.*

Cap. V. §. 2. *conciliumque.* Man könnte wegen des Folgenden, *veluti unum senatum*, geneigt seyn, *consilium* zu lesen, wie auch zwei Handschriften und mehrere alte Ausgaben haben; denn *consilium* ist eine Versammlung, in welcher eine gemeinschaftliche Berathung stattfindet; *concilium* aber, in welcher einer die zu befolgende Meinung ausspricht. Daher richtig an unserer Stelle; denn diese Versammlung war von Philipps Willen abhängig; er bestimmte in ihr, was geschehen sollte. Nach *Gronov* zu *Liv.* XLIV, 2, 5 hat *Herzog* zu *Caes. B. G.* I, 18 den Unterschied beider Wörter gut so auseinandergesetzt: „*Concilium*, von *conciere*, ist jede zusammenberufene Versammlung, in der von einem *Chef* oder *Präsidenten* eine Eröfnung oder ein Vortrag gemacht wird, also soviel als concio, conventus, coetus convocatus. Die versammelten Mitglieder scheinen darin mehr eine untergeordnete Rolle zu spielen; sie sind mehr berufen, um zu vernehmen, *quid fieri velit princeps*, oder um Rechenschaft abzulegen. *Consilium* a *consulendo*, bezeichnet eine Rechtsversammlung, einen Kriegsrath, wo die Stimmen der Einzelnen vernommen werden sollen, um darnach zu beschliessen oder Maassregeln zu ergreifen. Demnach sind die Mitglieder des *consilii* mehr *activ*, des *concilii* mehr *passiv* in ihren Functionen.“ Vergl. *Oudendorp* zu *Caes. B. G.* V, 48. *Bremi* zu *Corn. Nep. Ep.* 3, 5.

§. 3. *quae — conveniret.* Eine seltene Construction, für *quae*

4 ipsis civitatibus conveniret, sed a victore ferretur. Auxilia deinde singularum civitatium describuntur, sive adiuvandus ea manu rex, oppugnante aliquo, foret, seu duce
5 illo bellum inferendum. Neque enim dubium erat, im-
6 perium Persarum his apparatibus peti. Summa auxiliorum ducenta millia peditum fuere, et equitum quindecim
7 millia. Extra hanc summam et Macedoniae exercitus erat,
8 et confinis domitarum gentium barbaries. Initio veris tres duces in Asiam Persarum iuris praemittit, Parmenionem,
9 Amyntam, et Attalum, cuius sororem nuper, expulsa

non inter ipsas civitates conveniret; welches von allen Auslegern nur *Sichardus* fühlte, der deshalb *convenire* hier in der Bedeutung, *sich schikken, passen* nahm, und pro *victore* für a *victore* lesen wollte. *Convenire* wird nämlich entweder *persönlich*, oder *impersönlich* construirt. Im ersten Fall steht die Sache, über welche man eins geworden ist, im Nominativ, die Personen werden durch den Dativ und den Ablativ mit *cum* verbunden, oder in den Accusativ mit *inter* gesetzt. *Cic. ad Fam.* XIII, 6: *ut notam apponam eam*, quae mihi tecum convenit; de Fin. V, 29, 87: *Hoc mihi cum tuo fratre convenit. Plaut. Mostell.* I, 3, 146: *ratio accepti atque expensi* inter nos *convenit. Corn. Nep. Paus.* 4, 4: *quae ad ea pertinebant, quae* inter regem Pausaniamque *convenerant.* Hier werden auch nicht selten die Personen weggelassen, wenn sie sich leicht von selbst verstehen. *Corn. Nep. Han.* 6, 3: *conditiones non convenerunt*; und so häufig *res, pax convenit.* Vergl. *Iustin.* XXX, 3, 10. *Sall. Iug.* 38, 10. *Caes. B. G.* I, 36. — Wenn *convenire* impersönlich construirt wird, so werden die Personen ebenso verbunden, wie in der persönlichen Construction, die Sache aber wird in den Ablativ mit *de* gesetzt, oder durch einen folgenden Satz mit *ut* oder dem Relativum eingeleitet. XXI, 2, 6: *quibuscum sibi* de pace *conveniret. Cic. ad Att.* VI, 1: *Mihi cum Deiotaro convenit*, ut *ille in meis castris esset cum suis copiis omnibus.* Auch bei dieser impersönlichen Construction können die Personen ausgelassen werden. *Cic. de Inv.* I, 8, 11: *quum de facto convenit.* Endlich kann *convenire de re* auch von den Personen selbst gebraucht werden, die über eine Sache einig werden, wo aber nicht *cum* gesetzt werden darf. Unlateinisch wäre, *convenio cum ali*quo; richtig aber *convenimus.* So *Iust.* XV, 4, 23: *quum de praeda non convenirent;* oder auch mit *inter*, wie bei *Hygin. Poët. Astr.* II, 4: *quos negant* inter se *convenisse.* Unsere Stelle wird indess weniger hart scheinen, wenn man aus dem folgenden *victore* zu *ipsis civitatibus* ergänzt *cum victore*: *quae non ipsis civitatibus* cum victore *conveniret, sed a victore ferretur.*

Alexandri matre Olympiade propter stupri suspicionem, in matrimonium receperat.

Cap. VI. Interea, dum auxilia a Graecia coëunt, nuptias Cleopatrae filiae et Alexandri, quem regem Epiri fecerat, celebrat. Dies erat pro magnitudine duorum regum, et collocantis filiam, et uxorem ducentis, apparatibus insignis. Sed nec ludorum magnificentia deerat: ad quorum spectaculum Philippus quum sine custodibus corporis, medius inter duos Alexandros, filium generumque, contenderet, Pausanias, nobilis ex Macedonibus adolescens, nemini suspectus, occupatis angustiis, Philippum in transitu obtruncat; diemque laetitiae destinatum, foedum luctu funeris facit. Hic primis pubertatis annis stuprum per iniuriam passus ab Attalo fuerat; cuius indignitati haec etiam foeditas accesserat: nam perductum in convivium, solutumque mero, Attalus non suae tantum, verum et convivarum libidini, velut scortum vile, subiecerat, ludibriumque omnium interco aequales reddiderat. Hanc rem aegre ferens Pausanias, querelam Philippo saepe detulerat. Quum variis frustrationibus non sine risu differretur, et honoratum insuper ducatu adver-

§. 9. *in matrimonium receperat.* Mehrere alte Ausgaben lesen *acceperat*; siehe aber die *Anmerk.* zu I, 10, 14.

Cap. VI. §. 3. *quum sine etc.* So muss hier nach einer Handschrift und mehreren alten Ausgaben geschrieben werden; die gewöhnliche Lesart *dum* ist durchaus falsch. *Dum* wird in dem lebhaften historischen Vortrage zur Bezeichnung der Dauer gewöhnlich mit dem Indicativ Präsentis verbunden; niemals aber mit dem Conjunctiv, ausgenommen in der Oratio obliqua. Eben so wenig kann es mit dem Präteritum aoristicum verbunden werden, da der Begrif dieses temporis dem der Dauer widerstreitet. Falsch ist daher noch die Lesart bei *Cic. Off.* II, 8, 29: *In has clades incidimus* — dum *metui, quam cari esse et diligi* maluimus, wo das richtigere *malumus* aus Handschriften und alten Ausgaben herzustellen ist, welches *Ernesti* auch für aptius erklärte, obgleich er, und selbst *Wolf* bei *Sueton. Dom. c.* 4: *auditus est*, dum *ex eo* quaerit, Anstoss nahm. Dass *dum* mit dem Imperfecto Indicativi verbunden werden könne, geht aus dem Begrif dieses Temporis hervor; doch ist diese Verbindung seltener. Vergl. *Drakenb.* zu *Liv.* I, 40, 7. *Matthiae* zu *Cic. p. Rosc. Am.* 32, 92.

§. 8. *differretur.* Gemeiniglich sagte man nur *differre* rem; die Dichter und spätere Schriftsteller aber auch *differre* aliquem, *Jeman-*

sarium cerneret; iram in ipsum Philippum vertit, ultionemque, quam ab adversario non poterat, ab iniquo iudice exegit.

1 Cap. VII. Creditum est etiam immissum ab Olympiade, matre Alexandri, fuisse; nec ipsum Alexandrum
2 ignarum paternae caedis exstitisse: quippe non minus Olympiada repudium, et praelatam sibi Cleopatram,
3 quam stuprum Pausaniam doluisse. Alexandrum quoque, regni aemulum fratrem ex noverca susceptum timuisse; eoque factum, ut in convivio antea primum cum Attalo,
4 mox cum ipso patre iurgaret: adeo, ut etiam stricto gladio eum Philippus consectatus sit, aegreque a filii
5 caede amicorum precibus exoratus. Quamobrem Alexander ad avunculum se in Epirum cum matre, inde ad
6 regem Illyriorum contulerat; vixque revocanti mitigatus est patri, precibusque cognatorum aegre redire compul-
7 sus. Olympias quoque fratrem suum Alexandrum, Epiri regem, in bellum subornabat; pervicissetque, ni filiae
8 nuptiis pater generum occupasset. His stimulis irarum utrique Pausaniam, de impunitate stupri sui querentem,

den auf eine andere Zeit verweisen. Selbst bei Cicero findet sich schon dieser Gebrauch *ad Fam.* V, 12, 31: *Sin autem* differs me *in tempus aliud, coram tecum loquar.* So auch *Liv.* XXV, 25, 3: *quum, longo sermone habito,* dilatus per frustrationem esset. *Tacit. An.* XIII, 20: *Nero, interficiendae matris avidus, non prius* differi *potuit. Suet. Vesp.* 22: *Quendam e caris ministris, dispensationem cuidam, quasi fratri, petentem quum* distulisset, wo *Ernesti* nachzusehen ist. Vergl. *Oudendorp.* zu *Suet. Caes. c.* 82. *Schwarz* zu *Plin. Paneg.* 26, 2. *Burmann* zu *Ovid. Rem. Am.* 93.

ducatu. Dieses Wort scheint erst im Anfang des zweiten Jahrhunderts entstanden zu seyn; es findet sich ausser *Iustin.* II, 15, 14; XXX, 2, 5, noch bei *Suet. Tib.* 19. *Ner.* 35. *Liv. Ep.* 96 und 113; auch bei *Curt.* X, 4, 4, wo es mit für die Unechtheit der Stelle spricht. Vergl. *Duker* und *Drakenb.* zu *Liv.* XXIX, 20, 2.

Cap. VII. §. 8. *utrique.* Der Pluralis von *uterque* wird gebraucht, zuvörderst, wenn auf beiden Seiten mehrere sind; dann, wenn, wie *Herzog* zu *Sall. Cat.* 30, 4 bemerkt, von zwei zwar *verschiedenen,* aber logisch als zu *einem Ganzen* gehörenden Dingen oder Personen, denen *ein und dasselbe Prädicat zukommt,* die hier gleichsam unisono handelnd gedacht werden, die Rede ist. S. die *Anmerk.* zu I, 9, 17; vergl. *Oudendorp* zu *Caes. B. G.* I, 53, 4.

ad tantum facinus impulisse creduntur. Olympias certe 9
fugienti percussori equos quoque praeparatos habuit.
Ipsa deinde, audita regis nece, quum titulo officii ad ex- 10
sequias cucurrisset, in cruce pendentis Pausaniae capiti,
eadem nocte, qua venit, coronam auream imposuit:
quod nemo alius audere, nisi haec, superstite Philippi
filio, potuisset. Paucos deinde post dies refixum corpus 11
interfectoris super reliquias mariti cremavit, et tumulum
ei eodem fecit in loco, parentarique eidem quotannis, in-
cussa populo superstitione, curavit. Post haec Cleopa- 12
tram, a qua pulsa Philippi matrimonio fuerat, in gremio
eius prius filia interfecta, finire vitam suspendio coëgit,
spectaculoque pendentis ultione potita est, ad quam per
parricidium festinaverat. Novissime gladium, quo rex 13
percussus est, Apollini sub nomine Myrtales consecravit:
hoc enim nomen ante Olympiadis parvulae fuit. Quae 14
omnia ita palam facta sunt, ut timuisse videatur, ne faci-
nus ab ea commissum non probaretur.

Cap. VIII. Decessit Philippus quadraginta et septem 1
annorum, quum annis viginti et quinque regnasset. Ge- 2
nuit ex Larissaea saltatrice filium Aridaeum, qui post
Alexandrum regnavit. Habuit et alios multos ex variis 3
matrimoniis regio more susceptos, qui partim fato, par-
tim ferro periere. Fuit rex armorum quam conviviorum 4
apparatibus studiosior; cui maximae opes erant instru- 5

§. 13. *Novissime.* *Zuletzt*, *endlich*. XXI, 5, 8: Novissime *ludimagistrum professus pueros in trivio docebat.* Vergl. *Hirt. B. G.* VIII, 48. *Sall. Cat.* 33, 2; und so auch bei andern Schriftstellern. Die Bemerkung von *Gellius N. A.* X, 21, dass Cicero niemals von *novus* den Superlativ in Adiectiv- und Adverbialform gebraucht habe, ist schon von mehreren Gelehrten durch Beispiele widerlegt worden. S. *Iac. Gronov* zu *Gell. l. c.*; *Beroaldus* zu *Appulei. Met. p.* 28. *T.* III. *ed. Oud.*; *Drakenb.* zu *Liv.* X, 29, 5; *Herzog* zu *Caes. B. G.* I, 15. VIII, 48; und zu *Sall. Cat.* 33, 2.

Cap. VIII. §. 3. *fato — periere.* Im Gegensatz des *gewaltsamen Todes* (ferro perire), *eines natürlichen Todes sterben.* Ebenso XXXIX, 4, 5: *Spiritum non* fato, *sed parricidio dedit.* Dafür gebraucht *Suet. Caes.* 89: *sua morte defunctus est.* Vergl. die *Anmerk.* zu II, 2, 13:

§. 4. *apparatibus studiosior.* Man hat nicht nöthig, *apparatibus* hier als Dativ zu nehmen; es ist der Ablativ, auf die Frage, *in Ansehung*, wie nachher, *divitiarum quaestu, quam custodia sollertior*, ob-

6 menta bellorum: divitiarum quaestu, quam custodia sol-
lertior. Itaque inter quotidianas rapinas semper inops
7 erat. Misericordia in eo et perfidia pari iure dilectae.
8 Nulla apud eum turpis ratio vincendi. Blandus pariter et
insidiosus alloquio; qui plura promitteret, quam praesta-
9 ret; in seria et iocos artifex. Amicitias utilitate, non
fide colebat. Gratiam fingere in odio, in gratia offen-
sam simulare, instruere inter concordantes odia, apud
utrumque gratiam quaerere, sollemnis illi consuetudo.
10 Inter haec eloquentia insignis, oratio acuminis et soller-
tiae plena; ut nec ornatui facilitas, nec facilitati inventio,
11 nec inventionibus deesset ornatus. Huic Alexander filius
12 successit, et virtute et vitiis patre maior. Vincendi ratio
utrique diversa. Hic aperta vi, ille artibus bella tra-
ctabat. Deceptis ille gaudere hostibus, hic palam fu-
13 sis. Prudentior ille consilio, hic animo magnificentior.
14 Iram pater dissimulare, plerumque etiam vincere: hic ubi
15 exarsisset, nec dilatio ultionis, nec modus erat. Vini ni-
mis uterque avidus; sed ebrietatis diversa vitia. Pater
de convivio in hostem procurrere, manum conserere, pe-
riculis se temere offerre: Alexander non in hostem, sed
16 in suos saevire. Quamobrem Philippum saepe vulnera-
tum proelia remisere: hic amicorum interfector convivio
17 frequenter excessit. Regnare ille cum amicis volebat;
hic in amicos regna exercebat. Amari pater malle; hic
18 metui. Literarum cultus utrique similis. Sollertiae pa-
19 ter maioris; hic fidei. Verbis atque oratione Philippus,
20 hic rebus moderatior. Parcendi victis filio animus et
promptior, et honestior; ille nec sociis abstinebat. Fru-
21 galitati pater, luxuriae filius magis deditus erat. Quibus
artibus orbis imperii fundamenta pater iecit, operis totius
gloriam filius consummavit.

gleich *studiosus* auch mit dem Dativ verbunden wird. *Plaut. Mil.* III, 1, 207: *qui nisi adulterio*, studiosus *rei nullae aliae est, improbus.*

§. 8. *promitteret.* Der Conjunctiv, insofern hier nicht an ein einzelnes bestimmtes Factum gedacht, sondern angedeutet wird, dass Philipp so war, wenn sich eine Gelegenheit darbot. *Corn. Nep. Cim.* 4, 3: *Quotidie sic coena ei coquebatur, ut quos invocatos* vidisset *in foro, omnes devocaret.* S. die *Anmerk.* zu XII, 4, 9 und zu XXV, 4, 2.

LIBER X.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Artaxerxis Mnemonis filii in patrem conspirant: sed, conspiratione detecta, parricidii poenas dant.
2. Causa parricidii ex libidine nata.
3. Ochus, Artaxerxis successor, cognatorum principum strage regiam replet. Codomannus Armeniis praefectus, rex Persarum constituitur.

CAPUT I.

Artaxerxi, regi Persarum, ex pellicibus centum et 1
quindecim filii fuere, sed tres tantum iusto matrimonio
suscepti, Darius, Ariarathes, et Ochus. Ex his Darium 2
contra morem Persarum, apud quos rex non nisi morte
mutatur, per indulgentiam pater regem vivus fecit; nihil 3
sibi ablatum existimans, quod in filium contulisset, sincerius-
que gaudium ex procreatione capturus, si insignia ma-
iestatis suae vivus in filio conspexisset. Sed Darius, post 4
nova paternae pietatis exempla, interficiendi patris con-
silium cepit. Sceleratus, si solus parricidium cogitasset; 5
tanto sceleratior, quod in societatem facinoris assumptos
quinquaginta fratres fecit parricidas. Ostenti prorsus ge- 6

Lib. X.

Cap. I. §. 4. *nova.* *Novus* ist *neu* von dem, was noch nicht da war; daher oft von ungewöhnlichen Dingen, synonym mit *insolitus*. *Cic. p. Rosc. Am.* 29, 82: *quae de peculatu ac de eiusmodi rebus commentitiis, inaudita nobis ante hoc tempus ac* nova *obiecit.* *Sall. Cat.* 51, 18: *Nam profecto aut metus aut iniuria te subegit, Silane, Consulem designatum, genus poenae* novum *decernere.* *Caes. B. Civ.* I, 7: Novum *in republica introductum exemplum queritur, ut tribunicia intercessio armis notaretur atque opprimeretur.* Vergl. *Iustin.* I, 1, 4. XVIII, 1, 6. XXXII, 4, 6. XXXVIII, 4, 12.

nus, ubi in tanto populo non solum sociari, verum etiam sileri parricidium potuit; ut ex quinquaginta liberis nemo inventus sit, quem aut paterna maiestas, aut veneratio senis, aut indulgentia patris, a tanta sceleris immanitate re-
7 vocaret. Adeone vile paternum nomen apud tot numero filios fuit, ut, quorum praesidio tutus etiam adversus hostes esse debuerat, eorum insidiis circumventus, tutior ab hostibus, quam a filiis fuerit?

1 Cap. II. Causa parricidii sceleratior ipso parricidio
2 fuit. Occiso quippe Cyro fraterno bello, cuius mentio supra habita est, Aspasiam, pellicem eius, rex Artaxerxes
3 in matrimonium receperat. Hanc patrem cedere sibi, si-

§. 6. *ubi in tanto populo.* Auf den ersten Blik würde man die Aenderung *Freinsheim's* zu *Curt.* VIII, 6, 12, *uti — potuerit* vorziehen wollen; allein *ubi*, das in allen Handschriften und Ausgaben steht, ist oft soviel als *si*. *Populus* steht tropisch von der Menge der Brüder; doch nicht überhaupt, sondern immer nur von denen, die zusammengehören. *Ovid. Her.* 14, 115: *De fratrum* populo *pars exiguissima restat*; 9, 52: *sorores, quarum de* populo *nulla relicta tibi*: *Met.* XI, 635: *At pater e* populo *natorum mille suorum excitat etc.* Mehrere Beispiele liefert *Bernegger* zu unserer Stelle.

§. 7. *Adeone — fuit.* *Gronov Observatt.* II, 14 wollte unnöthiger Weise *fuisse* ändern, wobei er die zu II, 14, 9 bemerkte Construction verglich, dieselbe aber unrichtig mit der zu XXIX, 3, 2 erläuterten vermischte.

debuerat. S. *Zumpt Gr. E.* 77, 2. §. 518.

Cap. II. §. 3. *Hanc patrem cedere.* *Sichardus* wollte *credere* ändern, weil ihm wahrscheinlich der Accusativ bei *cedere* auffiel. Allein *cedere* wird hier transitive in dem Sinne von *concedere* gebraucht; und wenn es gleich von *Iustin* an andern Stellen, wie XXIX, 2, 6; XXXI, 5, 7. 9. und *c.* 7, 8, als Intransitivum mit dem Ablativ verbunden wird, so ist doch sicherlich an unserer Stelle der Accusativ richtig, da von dem Besitz einer Person, nicht von dem der Länder und Sachen die Rede ist, wie in den angeführten Stellen; der Ablativ würde hier ganz unlogisch seyn. Aus demselben Grunde wird man auch XXXII, 4, 7: *hosti* victoriam *cessere*, nicht antasten dürfen, obgleich bei *Quintil. Inst.* V, 8, 1: victoria *cedunt*, gelesen wird. Dieselbe Verbindung hat auch *Ruhnken* bei *Vellei. Pat.* II, 85, 5 mit Recht stillschweigend beibehalten, und *Burmann* gegen *Heinsius* Aenderung *victoria* vertheidigt. Dergleichen Stellen mit *Duker* und *Drakenb.* zu *Liv.* XXIV, 6, 8 für verdorben halten, und *concedere* ändern zu wollen, scheint mehr als gewagt.

cuti regnum, Darius postulaverat: qui pro indulgentia
sua in liberos primo facturum se dixerat; mox poenitentia 4
ductus, ut honeste negaret, quod temere promiserat, So-
lis eam sacerdotio praefecit, quo perpetua illi ab omni-
bus viris pudicitia imperabatur. Hinc exacerbatus iuve- 5
nis, in iurgia primo patris erupit: mox facta cum fratri-
bus coniuratione, dum patri insidias parat, deprehensus
cum sociis, poenas parricidii Diis paternae maiestatis
ultoribus dedit. Coniuges quoque omnium cum liberis, 6
ne quod vestigium tanti sceleris exstaret, interfectae.
Post haec Artaxerxes morbo ex dolore contracto dece- 7
dit, rex quam pater felicior.

Cap. III. Hereditas regni Ocho tradita: qui timens 1
parem coniurationem, regiam cognatorum caede et
strage principum replet, nulla non sanguinis, non sexus,
non aetatis, misericordia permotus; scilicet ne innocen-
tior fratribus parricidis haberetur. Atque ita veluti pu- 2
rificato regno, bellum Cadusiis infert. In eo quum ad- 3
versus provocatorem hostium Codomannus quidam o-
mnium favore processisset, hoste caeso, victoriam suis pa-

Cap. III. §. 1. *nulla non.* „Zwei Negationen heben sich nicht auf, wenn bei verneinendem Hauptsatze noch Unterabtheilungen mit *neque — neque* folgen, sondern dann ist *neque — neque* gleich *et — et.*“ *Zumpt. Gr. E.* 85. 16. Anmerk. Häufig ist dies bei *neque — neque* der Fall, und es können statt dieser Negationen ebensogut die Partikeln *et — et* oder *vel — vel* gesetzt werden. S. die *Anmerk.* zu XXV, 5, 3. Ebenso, wenn die Partition durch *non* fortgeführt wird. *Liv.* II, 55, 8: nihil *cuiquam sanctum,* non *publici fore,* non *privati iuris;* III, 11, 6: *ut* nemo, non *lingua,* non *manu promptior haberetur,* wo *Drakenborch* zu vergleichen ist.

scilicet. Hier, wie oft, ironisch. XV, 2, 5: *alterum quoque filium cum matre Roxane pari fraude interficit*; scilicet *quasi regnum Macedoniae, quod affectabat, aliter consequi, quam scelere non posset. Sall. Cat.* 16, 3: *si causa peccandi in praesens minus suppetebat, nihilo minus insontes, sicuti sontes, circumvenire, iugulare*; scilicet, *ne per otium torpescerent manus aut animus, gratuito malus atque crudelis erat.* Ebenso wird *videlicet* gebraucht *Iustin.* XXIX, 3, 1. Vergl. *Herzog* zu *Caes. B. G.* VIII. Praefat.

§. 3. *omnium favore. Freinsheim* wollte lesen: *In eo adversus* — cum *omnium favore* processit; *Vorstius* aber nach einigen ältern Ausgaben hinter *quidam* die Präposition *cum* einschieben; wie VII, 2,

4 riter, et prope amissam gloriam restituit. Ob haec de-
5 cora idem Codomannus praeficitur Armeniis. Interiecto deinde tempore, post mortem Ochi regis, ob memoriam pristinae virtutis, rex a populo constituitur, Darii nomine,
6 ne quid regiae maiestati deesset, honoratus; bellumque cum Alexandro Magno, diu variante fortuna, magna vir-
7 tute gessit. Postremo victus ab Alexandro, et a cognatis occisus, vitam pariter cum Persarum regno finivit.

5: cum *amore popularium administrato regno*; XII, 8, 17: *Caesis hostibus* cum *gratulatione in eadem reverterunt*, und dergleichen mehr. Doch wird auch bisweilen die Präposition in diesem Falle ausgelassen. XXXIX, 3, 11: *Cleopatra* exsecratione *parricidarum — decedit. Liv.* III, 72, 1: *quum Scaptium non* silentio *modo, sed cum adsensu etiam audire animadvertissent*; VIII, 6, 7: Adsensu *populi excepta vox consulis.* S. die *Anmerk.* zu II, 11, 2, und *Drakenb.* zu *Liv.* V, 45, 2.

§. 4. *Ob haec decora. Decus* hier *herrliche, rühmliche That.* XIX, 3, 3: *deos accusat, qui tanta belli* decora *et tot ornamenta victoriarum abstulerint:* vergl. XXX, 4, 13: *Liv.* III, 11, 6: *ad ea munera, data a diis, et ipse addiderat multa belli* decora.

LIBER XI.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Occiso Philippo Alexander filius succedit, et Macedones in officio continet.
2. Idem paternas exsequias curat, civitates Graeciae Corinthum evocat, et ab illis dux constituitur.
3. Graecos defectionem molientes coërcet.
4. Thebas, victis incolis, evertit, ipsis quoque Atheniensibus infestus.
5. In nevercae suae cognatos, et in consanguineos suos saevit: deinde bellum Persicum aggreditur.
6. Disciplinam militarem ordinat. Persas proelio superat.
7. Vitatis insidiis, nodum Gordium fatalem callide solvit.
8. Tauro monte transcenso, in gravissimum morbum incidit, et sanitati restituitur.
9. Ad alterum proelium apparatus. Atrox pugna. Strages Persarum et fuga Darii; cuius uxor, mater, filiae, captivae ab Alexandro regie excipiuntur.
10. Persis superatis, a Persarum luxu Alexander superatur. Novae victoriae. Tyrus expugnata.
11. Rhodo, Aegypto et Cilicia receptis, pergit ad Jovis Hammonis oraculum.
12. Conditiones pacis a Dario oblatas non accipit, et regnum eius totum postulat.
13. Tertium proelium quae praecesserint.
14. Eiusdem proelii descriptio. Persae fugantur; victores praeda ingenti potiuntur.
15. Darius a suis vinctus, et multis vulneribus confossus, salutem dicit Alexandro, et in morte regium animum prodit. Alexander Darii obitum fletu et regia sepultura decorat.

CAPUT I.

1 In exercitu Philippi, sicuti variae gentes erant, ita, eo
2 occiso, diversi motus animorum fuere. Alii quippe in-
iusta servitute oppressi, ad spem se libertatis erigebant:
3 alii, taedio longinquae militiae, remissam sibi expeditio-
4 nem gaudebant: nonnulli facem, nuptiis filiae accensam,
5 rogo patris subditam dolebant. Amicos quoque tam su-
bita mutatione rerum haud mediocris metus ceperat, re-
putantes nunc provocatam Asiam; nunc Europam non-
6 dum perdomitam: nunc Illyrios, et Thracas, et Darda-
nos, ceterasque barbaras gentes fidei dubiae, et mentis
infidae; qui omnes populi si pariter deficiant, sisti nullo
7 modo posse. Queis rebus veluti medela quaedam inter-
8 ventus Alexandri fuit; qui pro concione ita vulgus omne
consolatus hortatusque pro tempore est, ut et metum ti-
9 mentibus demeret, et in spem sui omnes impelleret. Erat

Lib. XI.

Cap. I. §. 6. *sisti nullo modo posse.* *Auf keine Weise könne man festen Fuss fassen* d. i. nirgends Rettung und Sicherheit finden. Die alten Ausgaben lesen grösstentheils *resisti*, welches jedoch *Gronov* zu *Liv.* IV, 12, 6 mit Recht verworfen, und die Formel *sisti potest* mit vielen Beispielen erläutert hat, bei welcher aber keineswegs mit *Scheller* im Lexicon *res* ergänzt werden muss. *Liv.* XLV, 19: *Si vero ad externum bellum domestica seditio adiiciatur*, sisti non posse.

§. 7. *Queis rebus.* Alte Form statt *quibus*, welche häufig gefunden wird. Zweifelhaft ist die Orthographie, ob man *quîs* oder *queis* schreiben müsse. *Corte* zu *Sall. Iug.* 80, 5 verwirft Letzteres, wie es scheint, mit Recht, wenn man vergleicht *Malaspina* zu *Cic. ad Att.* X, 11. Vergl. *Drakenb.* zu *Liv.* XXX, 25, 7.

§. 8. *hortatusque pro tempore est.* I. e. *ut tempus fert, postulat. Sall. Iug.* 49, 6: *pauca* pro tempore *milites hortatus*, wo *Corte* nachzusehen ist. Vergl. desselben Gelehrten Bemerkung zu *Cat.* 30, 5: *iisque permissum, uti* pro tempore *atque periculo exercitum comparaverant.* Dafür sagt *Suet. Caes.* 16: *domum clam refugit* pro conditione temporum *quieturus*; und *Cic. ad Fam.* VI, 13, 5: pro ratione temporum *ita esse molitum.* Auf gleiche Weise *Iustin.* II, 1, 12; VI, 3, 8; XXV, 1, 4. Ueber *hortari* siehe die *Anmerk.* zu II, 4, 26.

ut in spem sui omnes impelleret. So lesen die meisten Handschriften und alten Ausgaben; in andern steht: *et spe omnes impleret.* Vergl. XV, 4, 18: *Hoc prodigio primum* ad spem *regni* impulsus. *Cic.*

hic annos viginti natus: in qua aetate ita moderate de se multa pollicitus est, ut appareret, plura eum experimentis reservare. Macedonibus immunitatem cunctarum re- 10
rum, praeter militiae vacationem, dedit: quo facto tantum sibi favoris apud omnes conciliavit, ut corpus hominis, non virtutem regis, mutasse se dicerent.

Cap. II. Prima illi cura paternarum exsequiarum fuit: 1
in quibus ante omnia caedis conscios ad tumulum patris occidi iussit. Soli Alexandro Lyncistarum fratri peper- 2
cit, servans in eo auspicium dignitatis suae: nam regem eum primus salutaverat. Aemulum quoque imperii Ca- 3
ranum fratrem, ex noverca susceptum, interfici curavit. 4
Inter initia multas gentes rebellantes compescuit: orientes nonnullas seditiones exstinxit. Quibus rebus erectus, ci- 5

Cat. II, 9, 20: *qui etiam nonnullos agrestes, homines tenues et egentes,* in eandem illam spem *rapinarum veterum* impulerunt.

Cap. II. §. 2. *Alexandro Lyncestarum.* So steht hier und *c.* 7, 1; XII, 14, 1 in allen Handschriften und Ausgaben, mit Ausnahme der *Ed. Ald.* und *Iunt.*, welche die gewöhnliche aufgenommene Lesart *Lyncistae* oder *Lyncestae* geben. Allerdings sollte man diese Form hier erwarten; denn die Einwohner einer Landschaft in Macedonien führten von der Hauptstadt Lyncus den Namen *Lyncestae*; die Landschaft hiess *Lyncestis;* und so heisst dieser Alexander auch immer *Alexander Lyncestes* bei *Curt.* VII, 1, 5; VIII, 8, 6; X, 1, 40. Demungeachtet wir die aufgenommene Lesart nicht als unlateinisch verwerfen dürfen; denn der Genitiv wird bisweilen auch bei Substantiven gesetzt, wenn eine Person als zu einem Ganzen, zu einer Classe oder einem Gesclechte gehörig bezeichnet werden soll; so dass dieser Genitiv als ein Genitivus partitivus angesehen werden kann. Häufiger geschieht dies im Griechischen; in der lateinischen Sprache wird gemeinlich bei Bezeichnung des Geschlechts und der Abstammung das Adjectivum, bei Bezeichnung der Classe statt des Genitivs der Casus des andern Substantivs gesetzt; in diesen Fällen haben die Grammatiker gemeinlich den Genitiv durch die unnöthige Ergänzung von *unus* erklärt. *Muncker* zu *Hygin. Fab.* 255 vertheidigte daher mit Recht die handschriftliche Lesart unserer Stelle, indem er *Tullia Romanorum*, *Lucretia Romanorum* etc. statt *Romana* verglich. Vergl. desselben Gelehrten Bemerkung zu *Lactant. Plac.* IV. *Fab.* 11. Zu dem zuletzt angegebenen Gebrauch des Genitivs der Classe gehört auch die Stelle *Tacit. Hist.* I, 31: Tribunorum *Subrium et Cerium milites adorti*; *Suet. Claud*, 28: Libertorum *praecipue suspexit Posiden*, wo man nach dem gewöhnlichen Latinismus *Tribunos* und *libertum* erwarten sollte.

tato gradu in Graeciam contendit: ubi, exemplo patris
5 Corinthum evocatis civitatibus, dux in locum eius substi-
6 tuitur. Inchoatum deinde a patre Persicum bellum ag-
7 greditur. In cuius apparatu occupato nuntiatur, *Athe-nienses et Thebanos ab eo ad Persas defecisse, auctoremque eius defectionis, magno auri pondere a Persis*
8 *corruptum, Demosthenem oratorem exstitisse: qui Macedonum deletas omnes cum rege copias a Triballis affirmaverit, producto in concionem auctore, qui in eo proelio, in quo rex ceciderit, se quoque vulneratum*
9 *diceret. Qua opinione mutatos omnium ferme civita-*
10 *tium animos esse: praesidia Macedonum obsideri.* Quibus motibus occursurus, tanta celeritate instructo paratoque exercitu Graeciam oppressit, ut, quem venire non senserant, videre se vix crederent.

1 Cap. III. In transitu hortatus Thessalos fuerat, beneficiorumque Philippi patris, maternaeque suae cum his
2 ab Aeacidarum gente necessitudinis admonuerat. Cupide haec Thessalis audientibus, exemplo patris dux universae gentis creatus erat, et vectigalia omnia reditusque suos
3 ei tradiderant. Sed Athenienses, sicuti primi defecerant,
4 ita primi poenitere coeperunt; contemptum hostis in admirationem vertentes, pueritiamque Alexandri spretam
5 antea, supra virtutem veterum ducum extollentes. Missis itaque legatis, bellum deprecantur: quibus auditis et

§. 8. *auctore.* Nämlich *nuntii*, wie V, 7, 4: auctorem nuntii *requirere.* Vergl. *Liv.* XXIX, 32, 10: *Inde vanus* auctor *absumpti Masinissae ad regem rediit*; V, 1, 7: *qui, a quo tale quid dictum referretur, pro seditionis eum principe, non vani sermonis* auctorem *habebat*: wo *Gronov* und *Drakenborch* mehrere Beispiele liefern.

Cap. III. §. 2. *Cupide.* Hier synonym mit *libenter*, von dem es jedoch so verschieden ist, dass jenes auf die Willfährigkeit geht, *cupide* aber den innern Antrieb, Eifer und die Theilnahme heraushebt. VI, 6, 4: *Fessi igitur tot bellis Graeci* cupide *paruere*; vergl. XII, 2, 1; *c.* 2, 4; XXXI, 4, 8. *Cic. p. Rosc. Com.* 16, 49: *Ego vero* cupide et libenter *mentiar tua causa.* Vergl. *Corte* zu *Sall. Cat.* 40, 4.

§. 3. *poenitere coeperunt. Poenitere* wird hier persönlich construirt. XXXVIII, 10, 11: Poenitere *deinde dimissi Demetrii* coepit, wo die Anmerkung nachzusehen ist.

graviter increpatis, Alexander bellum remisit. Inde The- 6
bas exercitum convertit, eadem indulgentia usurus, si
parem poenitentiam invenisset. Sed Thebani armis, non 7
precibus, nec deprecatione usi sunt. Itaque victi gra-
vissima quaeque supplicia miserrimae captivitatis experti
sunt. In consilio quum de exscidio urbis deliberaretur, 8
Phocenses et Plataeenses et Thespienses et Orchomenii,
Alexandri socii, victoriaeque participes, exscidia urbium
suarum, crudelitatemque Thebanorum referebant; studia 9
in Persas non praesentia tantum, verum et vetera adver-
sus Graeciae libertatem increpantes: *quamobrem odium* 10
eos omnium populorum esse: quod vel ex eo manife-
stari, quod iureiurando se omnes obstrinxerint, ut vi-
ctis Persis Thebas diruerent. Adiiciunt et scelerum 11
priorum fabulas, quibus omnes scenas repleverint, ut non
praesenti tantum perfidia, verum et vetere infamia in-
visi forent.

Cap. IV. Tunc Cleadas, unus ex captivis, data po- 1
testate dicendi, *non a rege se defecisse, quem interfe-*
ctum audierint, sed a regis heredibus: quidquid in 2
eo sit admissum, credulitatis, non perfidiae culpam
esse; cuius tamen iam magna se supplicia pependisse,
deleta iuventute: nunc senum feminarumque, sicuti 3

§. 5. *graviter increpatis.* In drei Handschriften wird *increpitis* gelesen, und allerdings ist dies die gewöhnlichere Form. S. *Drakenb.* zu *Liv.* XXIV, 17, 7. *Bünemann* zu *Lactant. Inst.* III, 18, 13; doch ist auch jene nicht zu verwerfen.

§. 10. *odium eos omnium populorum esse. Odium* steht hier für *homo odiosus*, das Abstractum pro Concreto. So bei *Plaut. Bach.* IV, 7, 20:

Hunc si ullus deus amaret, plus annis decem,
Plus iam viginti mortuum esse oportuit:
Terrae odium *ambulat.*

Mil. III, 3, 48:

Nempe tu novisti militem meum herum? rogare mirum est
Populi odium *quidni noverim.*

Vergl. *Rud.* II, 2, 13. *Poenul.* I, 2, 139. Auf gleiche Weise wird Titus bei *Suet. Tit. c.* 1. *amor ac deliciae generis humani* genannt.

Cap. IV. §. 2. *pependisse.* Ueber diesen Infinitiv statt des Conjunctivs siehe die *Anmerk.* zu XXIX, 3, 2.

infirmum, ita innoxium restare vulgus, quod ipsum stupris contumeliisque ita vexatum esse, ut nihil amarius unquam sint passi: nec iam pro civibus se, qui tam pauci remanserint, orare; sed pro innoxio patriae solo, et pro urbe, quae non viros tantum, sed et Deos genuerit. Privata etiam regem superstitione deprecatur, geniti apud ipsos Herculis, unde originem gens Aeacidarum trahat, actaque Thebis a patre eius Philippo pueritia: rogat, *urbi parcat, quae maiores eius partim apud se genitos, Deos adōret; partim educatos, summae maiestatis reges viderit.* Sed potentior fuit ira, quam preces. Itaque urbs diruitur: agri inter victores dividuntur: captivi sub corona venduntur; quorum pretium non ex ementium commodo, sed ex inimicorum odio extenditur. Miseranda res Atheniensibus visa. Itaque portas refugiis profugorum contra

§. 5. *actaque — pueritia.* In mehreren Handschriften wird *acta*e*que — pueritia*e gelesen, welches einige Herausgeber vorgezogen haben. Mir scheint diese Lesart eine übereilte und unpassende Aenderung eines Abschreibers zu seyn, der den Ablativ sich nicht recht zu erklären wusste, und den Genitiv abhängig von *superstitione* setzte. Allein davon kann dieser Satz durchaus nicht abhängig seyn; denn die Erziehung des Philipp in Theben war doch wahrlich kein Gegenstand der *superstitio*. Der Ablativ ist hier aufzulösen durch *propter*, wie VII, 2, 4: *creduntque* hac superstitione *exstinctam in Alexandro stirpem.* Ausserdem ist *superstitio* hier nicht, wie es gewöhnlich genommen wird, *Glaube, Religionsmeinung*, dass Hercules bei ihnen geboren sei; denn dann würde hier der folgende Genitiv, *geniti apud ipsos Herculis*, ungeachtet des sonstigen häufigen Gebrauchs des Genitivs eines Participii nach einem Substantiv bei Iustin, (S. zu VIII, 5, 4) sehr hart seyn; weshalb auch in einer Handschrift von einem Abschreiber *genitum — Herculem* geändert ist, der *superstitio* ebenfalls in jenem Sinne nahm. *Superstitio* ist hier vielmehr die *Verehrung* eines höhern, göttlichen Wesens, *heilige Verehrung*. Cleades erinnerte den Alexander an seine heilige Verehrung des Herkules, der bei den Thebanern geboren sei. In diesem guten, doch seltenen Sinne, kommt *superstitio* noch vor XXXIX, 3, 9: *His tot necessitudinibus sanguinis adiicit* superstitionem *templi, quo abdita profugerit*; XLI, 3, 6: *In* superstitionibus *atque cura deorum praecipua amnibus veneratio est.* Hierher gehört auch *Senec. Ep.* 95: *huius virtutis quadam* superstitione *teneantur, hanc ament.*

interdictum regis aperuere. Quam rem ita graviter tulit 10
Alexander, ut secunda legatione denuo bellum deprecantibus, ita demum remiserit, ut oratores et duces, quorum fiducia toties rebellent, sibi dedantur: paratisque 11
Atheniensibus, ne cogantur, subire bellum, eo res deducta est, ut, retentis oratoribus, duces in exsilium agerentur; qui ex continenti ad Darium profecti, non me- 12
diocre momentum Persarum viribus accessere.

Cap. V. Proficiscens ad Persicum bellum, omnes 1
novercae suae cognatos, quos Philippus in excelsiorem dignitatis locum provehens, imperiis praefecerat, interfecit. Sed nec suis, qui apti regno videbantur, peper- 2
cit, ne qua materia seditionis, procul se agente, in Macedonia remaneret; et reges stipendiarios conspectioris 3
ingenii ad commilitium secum trahit, segniores ad tutelam regni relinquit. Adunato deinde exercitu naves one- 4
rat; unde conspecta Asia, incredibili ardore mentis accensus, duodecim aras Deorum in belli vota statuit. Pa- 5
trimonium omne suum, quod in Macedonia Europaque habebat, amicis dividit, *sibi Asiam sufficere* praefatus.

§. 10. *ita demum remiserit.* *Ita* ist hier soviel als *ea conditione;* gewöhnlich folgt dann darauf *si.* *Liv.* XXXVI, 4, 9: *De frumento utrisque responsum*, ita *usurum eo populum Romanum*, si *pretium acciperent.* *Cic. Cat. Mai.* 11, 38: Ita *senectus honesta est*, si *se ipsa defendit.* *Sueton Vitell. c.* 14: ita demum *firmiter ac diutissime imperaturum*, si *superstes parenti exstitisset.* *Claud. c.* 25: *societatem* ita demum *pollicentis*, si *consanguineos suos Ilienses ab omni onere immunes praestitisset.* An unserer Stelle folgt *ut*, insofern der Erfolg, die Erfüllung der Bedingung ausgedrükt wird; bei einem nachfolgenden *si* wird die Erfüllung nicht bestimmt ausgesprochen. Ueber die Partikeln *ita* — *ut* ist noch zu vergleichen die *Anmerk.* zu XXXVII, 1, 8.

§. 12. *momentum.* *Momentum* ist alles das, was auf eine Sache entscheidenden Einfluss hat, und den Ausschlag giebt; was von Gewicht ist. Uebergetragen auf Personen sind darunter Leute zu verstehen, die Einfluss und Ansehn haben, und daher die Macht, gleichsam das Gewicht der Sache erhöhen, deren sie sich annehmen. XIII, 6, 11: *Olympias* — *mater Alexandri*, non mediocre momentum *partium*; XVII, 2, 11: *Sed nec Pyrrhus rex Epiri omissus*, ingens momentum *futurus, utri parti socius accessisset.* *Liv.* XXVIII, 17, 10: *Magnum in omnia* momentum *Syphax erat.*

6 Priusquam ulla navis litore excederet, hostias caedit, pe-
tens *victoriam bello, quo toties a Persis petitae Grae-*
7 *ciae ultor electus sit; quibus longa iam satis et ma-*
tura imperia contigisse, quorumque tempus esse vices
8 *excipere melius acturos.* Sed nec exercitus eius alia,
9 quam regis, animorum praesumptio fuit: quippe obliti
omnes coniugum liberorumque, et longinquae a domo
militiae, Persicum aurum, et totius Orientis opes, iam
quasi suam praedam ducebant, nec belli periculorumque,
10 sed divitiarum meminerant. Quum delati in continentem
essent, primus Alexander iaculum velut in hostilem ter-
11 ram iecit; armatusque de navi tripudianti similis prosiluit,
atque ita hostias caedit, precatus, *ne se regem illae*
12 *terrae invitae accipiant.* In Ilio quoque ad tumulos
eorum, qui Troiano bello ceciderant, parentavit.

1 Cap. VI. Inde hostem petens, militem a populatione
Asiae prohibuit, *parcendum suis rebus* praefatus, *nec*
2 *perdenda ea, quae possessuri venerint.* In exercitu
eius fuere peditum triginta duo millia, equitum quatuor

Cap. V. §. 9. *meminerant.* I. e. *cogitabant.* S. die *Anmerk.* zu V, 7, 10.

§. 12. *In Ilio.* Wenn bei einem Stadtnahmen auf die Frage *wo?* die Präposition *in* hinzugefügt wird, so ist die Gegend um die Stadt zu verstehen. So lesen andere Ausgaben *c.* 11, 10: *Quum legati rectius id eum* in *Tyro vetere et antiquiore templo facturum dicerent. Suet. Aug.* 96: In *Philippis Thessalus quidam de futura victoria nuntiavit. Caes. B. C.* II, 18: *complures praeterea* in *Hispali faciendas curavit. Liv.* XLII, 26, 7: *Ptolemaeum* in *Alexandria sese convenisse. Iul. Obseq.* 85. In *Numantia res male gestae, exercitus Romanus oppressus*, wo *Oudendorp* zu vergleichen ist.

ad tumulos eorum. So wird in allen Handschriften und alten Ausgaben gelesen, wofür *Sebisius* aber *heroum* geschrieben hat, welche Aenderung ungeachtet der Gegenerinnerung einiger Gelehrten von allen Herausgebern aufgenommen worden ist. Ich habe es nicht gewagt die Vulgata zu verlassen, so ingeniös auch jene Aenderung des Sebisius, und die Bemerkung eines Herausgebers im Ganzen richtig ist, dass ja Alexander nur den gefallenen Helden, nicht aber allen, selbst den unberühmten Männern, die im trojanischen Kriege getödset seien, ein Todtenopfer gebracht haben würde.

Cap. VI. §. 1. *militem.* So nach Handschriften; andere Ausgaben lesen *milites.* S. die *Anmerk.* zu V, 6, 9.

millia quingenti, naves centum octoginta duo. Hac tam parva manu universum terrarum orbem utrum admirabilius vicerit, an aggredi ausus fuerit, incertum est. Quum ad tam periculosum bellum exercitum legeret, 4 non iuvenes robustos, nec primum florem aetatis, sed veteranos, plerosque etiam emeritae militiae, qui cum patre patruisque militaverant, elegit: ut non tam milites, 5 quam magistros militiae electos putares. Ordines quo- 6 que nemo nisi sexagenarius duxit: ut, si principia castrorum cerneres, senatum te alicuius priscae reipublicae videre diceres. Itaque nemo in proelio fugam, sed victo- 7 riam cogitavit; nec in pedibus cuiquam spes, sed in lacertis fuit. Contra rex Persarum Darius, fiducia virium, 8 nil astu agere, affirmans suis, *occulta consilia victoriae furtivae convenire;* nec hostem regni finibus arcere, sed 9 in intimum regnum accipere; gloriosius ratus repellere bellum, quam non admittere. Prima igitur congressio 10 in campis Adrastiae fuit. In acie Persarum sexcenta millia militum fuere; quae non minus arte Alexandri, quam 11 virtute Macedonum superata, terga verterunt. Magna itaque caedes Persarum fuit. De exercitu Alexandri no- 12 vem pedites, centum viginti equites cecidere; quos rex 13

§. 3. *utrum admirabilius etc.* Eine ähnliche Verbindung hatten wir V, 4, 13: *certant secum ipsi, utrum contumeliosius eum expulerint, an revocaverint honoratius.*

hostes solum conspexissent, clamore edito, undique con-
currunt, si possint in uno capite orbis bella finire, et ul-
tionem tot gentibus dare. Nec minus Alexander constan- 7
ter resistit, et unus adversus tot millia proeliatur. Incre- 8
dibile dictu est, ut eum non multitudo hostium, non vis
magna telorum, non tantus lacessentium clamor terruerit;
solus tot millia ceciderit ac fugaverit. Ubi vero obrui 9
multitudine se vidit, trunco se, qui propter murum sta-
bat, applicuit: cuius auxilio tutus, quum diu agmen su-10
stinuisset, tandem cognito periculo eius, amici ad eum
desiliunt; ex quibus multi caesi: proeliumque tamdiu an-11
ceps fuit, quoad omnis exercitus, muris deiectis, in auxi-
lium veniret. In eo proelio sagitta sub mamma traiectus,12
quum sanguinis fluxu deficeret, genu posito tam diu proe-
liatus est, donec eum, a quo vulneratus fuerat, occide-
ret. Curatio vulneris gravior ipso vulnere fuit. 13

§. 17. *caesis hostibus.* Wenn man Curtius, Arrian und Plutarch über diesen Rückzug des Alexander vergleicht, die nichts von diesem letzten Kampfe erwähnen, sondern nur das Bestreben Alexanders hervorheben, am Ende seiner Siegesbahn ein staunenerregendes Denkmal zu hinterlassen; wenn man ferner beachtet, wie abrupt der Schluss mit *itaque* ist, so wird von selbst sich die Vermuthung aufdrängen, dass *hostiis* statt *hostibus* zu lesen sei, wie auch eine Handschrift hat, und ehemals schon *Sebisius* und *Lipsius* nebst Andern ändern wollten.

Cap. IX. §. 8. *incredibile dictu, ut.* S. die *Anmerk.* zu III, 1, 9.

1 Cap. X. Itaque ex magna desperatione tandem saluti redditus, Polyperchonta cum exercitu Babyloniam mittit: ipse cum lectissima manu navibus conscensis, Oceani li-
2 tora peragrat. Quum venisset ad urbem Ambigeri regis, oppidani invictum ferro audientes, sagittas veneno armant; atque ita gemino mortis vulnere hostem a muris submo-
3 ventes, plurimos interficiunt. Quum inter multos vulneratus etiam Ptolemaeus esset, moriturusque iamiam videretur, per quietem regi monstrata in remedia veneni herba est, qua in potu accepta, statim periculo liberatus est;
4 maiorque pars exercitus hoc remedio servata. Expugnata deinde urbe, reversus in naves, Oceano libamenta dedit,
5 prosperum in patriam reditum precatus; ac veluti curru circa metam acto, positis imperii terminis, quatenus aut terrarum solitudines prodire passae sunt, aut mare navigabile fuit, secundo aestu ostio fluminis Indi invehitur.
6 Ibi in monumenta rerum a se gestarum urbem Barcen condidit; arasque statuit, relicto ex numero amicorum li-
7 toralibus Indis praefecto. Inde iter terrestre facturus, quum arida loca medii itineris dicerentur, puteos oppor-

Cap. X. §. 2. *gemino mortis vulnere.* *Acidalius* zu *Vell. Pat.* II, 68 ändert *geminae*; denn *non duplex vulnus, sed in vulnere vis geminae mortis, qua ab ipsis sagittis, qua ab superinlito veneno*, so dass also der Gegensatz *simplex mors* wäre. Allein was *gemina mors* sei, lehrt die Stelle bei *Sil. Ital.* IV, 179:

Hasta viri femur et pariter per anhela volantis
Ilia sedit equi et geminam *dedit horrida* mortem.

Auch wird unsere Stelle geschützt durch *Claud. Laud. Stil.* I, 351: *Sed didicit non Aethiopum* geminata venenis vulnera. *Ovid. Epist.* I, 2, 17.

Qui, mortis saevo geminent *ut vulnere causas,*
Omnia vipereo spicula felle linunt.

Auf ähnliche Weise sagt *Iustin* bildlich XXVIII, 3, 3: *Olympias quoque* gemino *funerum* vulnere *afflicta aegrum spiritum trahens non diu filiis supervixit.* Vergl. *Drakenb.* zu *Sil. Ital.* I, 322.

§. 5. *secundo aestu.* *Aestus* hier von der wogenden Meeresfluth *Caes. B. G.* IV, 23: *Et ventum et* aestum *uno tempore nactus* secundum. *Sall. Hist. Fragm. I. p.* 955. *ed. Cort.:* aestu secundo *furtivaque celeritate vitare proelium in transgressu conatus est. Curt.* X, 1, 12: *Plenum esse belluarum mare;* aestu secundo *eas ferri.*

tunis locis fieri praecipit; quibus ingenti dulci aqua inventa, Babyloniam redit. Ibi multae devictae gentes 8
praefectos suos accusaverunt, quos sine respectu amicitiae Alexander in conspectu legatorum necari iussit. Filiam post haec Darii regis, Statīram, in matrimonium 9
recepit; sed et optimatibus Macedonum lectas ex omnibus 10
gentibus nobilissimas virgines tradidit, ut communi facto crimen regis levaretur.

Cap. XI. Hinc ad concionem exercitum vocat, et 1
promittit, se aes alienum omnium propria impensa soluturum, ut praedam praemiaque integra domos ferant. Insignis haec munificentia non summa tantum, verum etiam 2
titulo muneris fuit; nec a debitoribus magis, quam a creditoribus gratius excepta, quoniam utrisque exactio pariter ac solutio difficilis erat. Viginti millia talentûm in 3
hos sumptus expensa. Dimissis veteranis, exercitum iu- 4
nioribus supplet. Sed retenti veteranorum discessum aegre 5
ferentes, missionem et ipsi flagitabant; nec annos, sed stipendia sua nnmerari iubebant; pariter in militiam lectos, pariter sacramento solvi aequum censentes: nec iam pre- 6
cibus, sed convicio agebant, iubentes eum solum cum patre suo Hammone inire bella, quatenus milites suos fastidiat. Contra ille nunc castigare milites, nunc lenibus 7
verbis monere, ne gloriosam militiam seditionibus infuscarent. Ad postremum, quum verbis nihil proficeret, ad 8
corripiendos seditionis auctores e tribunali in concionem armatam inermis ipse desiluit, et, nemine prohibente, tre-

§. 10. *levaretur.* I. e. *minueretur. Liv.* 43, 2: *Ob Sempronianae cladis* levatam *ignominiam;* III, 72, 7: *nunc haud sane quidquam bono causae* levatur *dedecus iudicii*, wo *Drakenborch* nachzusehen ist.

Cap. XI. §. 2. *a debitoribus magis.* Man bemerke die Hinzufügung des *magis* zum Comparativ, worüber die *Anmerk.* zu III, 2, 7 nachzusehen ist.

§. 6. *quatenus.* I. e. *quia;* in welcher Bedeutung *quatenus* nicht selten ist. *Bongarsius* fand in seinen Handschriften auch die Schreibart *quatinus*, welche *Vorstius* billigte, nach der Regel, welche von den alten Grammatikern ohne allen Grund gemacht sind, dass *quatinus* geschrieben werden müsse, wenn es soviel, als *quia* sei. Vergl. *Drakenb.* zu *Liv.* II, 55, 9.

decim correptos manu sua ipse ad supplicia duxit. Tantam vel illis moriendi patientiam metus regis, vel huic exigendi supplicii constantiam disciplina militaris dabat.

Cap. XII. Inde separatim auxilia Persarum in concione alloquitur. Laudat perpetuam illorum, tum in se, tum in pristinos reges, fidem; sua in illos beneficia commemorat: *ut nunquam quasi victos, sed veluti victoriae socios habuerit: denique se in illorum, non illos in gentis suae morem transisse; affinitatibus connubiorum victos victoribus miscuisse. Nunc quoque*, ait, *custodiam corporis sui non Macedonibus tantum se, verum et illis creditūrum.* Atque ita mille ex his iuvenes in numerum satellitum legit; auxiliorum quoque portionem, formatam in disciplinam Macedonum, exercitui suo miscet. Quam rem aegre Macedones tulerunt, iactantes, hostes suos in officium suum a rege subiectos. Tunc universi flentes regem adeunt: orant, *suppliciis suis potius satŭret se, quam contumeliis.* Qua modestia obtinuerunt, ut undecim millia militum veteranorum exauctoraret. Sed ex amicis dimissi senes, Polyperchon, Clitos, Gorgias, Polydamas, Amadas, Antigenes. Dimissis his Crateros praeponitur, iussus praeesse Macedonibus in Antipatri locum; Antipatrumque cum supplemento tironum in locum eius evocat; stipendia revertentibus, veluti militantibus, data. Dum haec aguntur, unus ex amicis eius Hephaestion decedit, dotibus primo formae pueritiaeque, mox obsequiis regi percārus: quem contra decus regium Alexander diu luxit, tumulumque ei duodecim millium talentûm fecit, eumque post mortem coli ut Deum iussit.

Cap. XIII. Ab ultimis litoribus Oceani Babyloniam revertenti nuntiatur, legationes Carthaginiensium, ceterarumque Africae civitatium, sed et Hispaniarum, Siciliae, Galliae, Sardiniae, nonnullas quoque ex Italia eius ad-

Cap. XIII. §. 1. *ex Italia.* Zu bemerken ist der Wechsel der Construction: voranging der Genitiv, und nun folgt die Präposition *ex.* Aus der grossen Menge Beispiele, welche *Drakenb.* zu *Liv.* XXXVIII, 39, 10 gesammelt hat, nur folgende: *Liv.* V, 1, 7: Pro *seditionis eum principe, non vani sermonis* auctorem *habebat.* IX, 5, 2: *Non* foe-

ventum Babyloniae opperiri. Adeo universum terrarum 2
orbem nominis eius terror invaserat, ut cunctae gentes ve-
luti destinato sibi regi adularentur. Hac igitur ex causa 3
Babyloniam festinanti, veluti conventum terrarum orbis
acturo, quidam ex Magis praedixit, *ne urbem introiret;*
testatus, *hunc locum ei fatalem fore.* Ob hoc omissa 4
Babylonia, in Borsippam urbem trans Euphratem, deser-
tam olim, concessit. Ibi ab Anaxarcho philosopho com- 5
pulsus est rursum Magorum praedicta contemnere, ut fal-
sa et incerta, et, si fatis constent, ignota mortalibus; at,
si naturae debeantur, immutabilia. Reversus igitur Ba- 6
byloniam, multis diebus otio datis, intermissum olim con-
vivium sollemniter instituit: totusque in laetitiam effusus 7
quum diei noctem pervigilem iunxisset, recedentem iam
e convivio Medius Thessalus, instaurata comissatione, et
ipsum et sodales eius invitat. Accepto poculo, media 8
potione repente veluti telo confixus ingemuit; elatusque 9
e convivio semianimis, tanto dolore cruciatus est, ut fer-
rum in remedia posceret, tactumque hominum velut vul-
nera indolesceret. Amici causam morbi intemperiem 10
ebrietatis disseminaverunt; re autem vera insidiae fuerunt,
quarum infamiam successorum potentia oppressit.

Cap. XIV. Auctor insidiarum Antipater fuit: qui 1
quum carissimos amicos eius interfectos videret; Alexan-

dere *pax Caudina, sed* per *sponsionem facta est. Sueton. Caes.* 16: *Ut comperit paratos, qui* vi *ac* per *arma prohiberent.* Vergl. *Corte* zu *Sall. Cat.* 33, 1.

Cap. XIV. §. 1. *qui quum.* Auf den ersten Anblick fällt *qui* hier auf und scheint überflüssig zu seyn; weshalb *Scheffer* dafür *idque* setzen, *Vorstius* aber, und selbst *Graevius* dasselbe ganz streichen wollten. Allein *qui* gehört zu dem nachher folgenden Satz mit *igitur* §. 6, welche Partikel nach dem langen Zwischensatz, der die Construction gestört hat, dazu dient, in die ordentliche Construction wieder einzulenken. *Liv.* II, 12, 2: Quum C. Mucius, *adolescens nobilis, cui indignum videbatur, populum Romanum servientem, quum sub regibus esset, nullo bello nec ab hostibus ullis obsessum esse, liberum eundem populum ab iisdem Etruscis obsideri, quorum saepe exercitus fuderit:* itaque, *magno audacique aliquo facinore eam indignitatem vindicandam ratus, primo sua sponte penetrare in hostium castra constituit. Cic. Fin.* IV, 20, 56: *Postea tuus ille Poenulus, (scis enim Citieos, clientes tuos, e Phoe-*

2 drum Lyncestarum, generum suum, occisum; se magnis
rebus in Graecia gestis, non tam gratum apud regem,
3 quam invidiosum esse; a matre quoque eius Olympiade
4 variis se criminationibus vexatum: — huc accedebant ante
paucos dies supplicia in praefectos devictarum nationum
5 crudeliter habita; ex quibus rebus se quoque a Macedo-
nia non ad societatem militiae, sed ad poenam, evoca-
6 tum arbitrabatur: — igitur ad occupandum regem, Cas-
sandrum filium dato veneno subornat, qui cum fratribus
7 Philippo et Iolla ministrare regi solebat; cuius veneni tan-
ta vis fuit, ut non aere, non ferro, non testa continere-
tur, nec aliter ferri, nisi in ungula equi potuerit; prae-
8 monito filio, ne alii, quam Thessalo et fratribus crede-
ret. Hac igitur ex causa apud Thessalum paratum repe-
9 titumque convivium est. Philippus et Iollas, praegustare
ac temperare potum regis soliti, in aqua frigida vene-
num habuerunt, quam praegustatae iam potioni supermi-
serunt.

1 Cap. XV. Quarto die Alexander, indubitatam mortem
sentiens, *agnoscere se fatum domus maiorum suorum*
ait: *nam plerosque Aeacidarum intra trigesimum annum*
2 *defunctos.* Tumultuantes deinde milites, insidiis perisse
regem suspicantes, ipse sedavit; eosque omnes, quum
prolatus in editissimum urbis locum esset, ad conspectum
suum admisit, osculandamque dextram suam flentibus por-

nica profectos) *homo* igitur *acutus causam non obtinens, repugnante natura, verba versare coepit. Gronov* zu *Liv. l. c.* vergleicht noch *Cic. Tusc.* II, 1, 3. Ueberhaupt wird *igitur*, wenn auch nicht gerade die Construction gestört wird, nach Digessionen gebraucht, um in die abgebrochene Erzählung wieder einzulenken. So XXXII, 4, 1, wo *igitur* den Faden der Erzählung von *c.* 3, 6 wieder aufnimmt. Vergl. XI, 7, 15. XIII, 8, 11. Andere Stellen bieten sich im *Iustin* überall dar. Vergl. die *Anmerk.* zu III, 4, 5 und zu *Cic. Cat.* III, 2, 3.

Cap. XV. §. 1. *plerosque Aeacidarum. Plerique* steht hier als ein Partitivum mit dem Genitiv; welcher Gebrauch im bestimmten Genus sich nur in der spätern Sprache findet. *Plin. H. N.* XXI, 15: pleraeque *gentium.* Häufiger wird das Neutrum mit dem Genitiv gebraucht, wie *Iustin.* XLI, 1, 12: *Parthiae* pleraque *finium*, wo die Anmerkung nachzusehen ist.

rexit. Quum lacrimarent omnes, ipse non sine lacrimis 3
tantum, verum etiam sine ullo tristioris mentis argumento fuit, ut quosdam impatientius dolentes consolatus sit; quibusdam mandata ad parentes eorum dederit: adeo, sic- 4
uti in hostem, ita et in mortem invictus animus fuit. Dimissis militibus, amicos circumstantes percontatur, *videanturne similem sibi reperturi regem?* Tacentibus cunctis, tum ipse, *ut hoc nesciat, ita illud scire vaticinarique se, ac paene oculis videre* dixit, *quantum sit in hoc certamine sanguinis fusura Macedonia; quantis caedibus, quo cruore mortuo sibi parentatura.* Ad po- 7
stremum corpus suum in Hammonis templo condi iubet. Quum deficere eum amici viderent, quaerunt, *quem imperii faciat heredem.* Respondit, *dignissimum.* Tanta 9
illi magnitudo animi fuit, ut, quum Herculem filium,

§. 3. *parentes eorum.* Ich habe zu XI, 11, 11 über den Gebrauch des Reciprokums bemerkt, dass dasselbe angewendet werde, wenn in dem einfachen Satze ein Gegenstand vorhanden sei, auf welchen sich dasselbe beziehe; wobei es gleichgültig sei, ob dieser Gegenstand grammatisches Subject oder Object wäre. Darnach müsste es an unserer Stelle *suos* statt *eorum;* so wie *c.* 13, 1: suum *adventum* statt eius *adventum* heissen, da, hinsichts der letzten Stelle, der Accusativ c. Infinitiv im Lateinischen ebenfalls nur einen einfachen Satz bildet. Allein wenn der Schriftsteller in einer demonstrirenden Erzählungsweise, mehr von seinem Standpunkt, als Referenten, aus, als desjenigen, von dem er spricht, redet, so setzt er gemeiniglich das Demonstrativum. *Corn. Nep. Han.* 7, 2: *His enim magistratibus legati Carthaginienses Romam venerunt, qui senatui populoque Romano gratias agerent, quod cum* his *pacem fecissent ob eamque rem corona aurea eos donarent simulque peterent, ut obsides* eorum *Fregellis essent captivique redderentur. Cic. Senect.* 16: *Q. Cincinnato in agro aranti nuntiatum est,* eum *dictatorem esse factum.* Auch pflegt das Demonstrativum *is* gesetzt zu werden, wenn das Reciprokum vorangegangen und dasselbe ohne besondern Nachdruck hätte wiederholt werden müssen. *Liv.* I, 54: *Tarquinius e suis unum sciscitatum Romam ad patrem misit, quidnam* se *facere vellet, quandoquidem, ut omnia unus Gabiis posset,* ei *dii dedissent. Caes. B. G.* V, 27: sese *pro Caesaris in se beneficiis plurimum ei confiteri debere, quod eius opera stipendio liberatus esset, quod Aduatucis, finitimis suis, pendere consuesset, quodque* ei *et filius et fratris filius ab Caesare remissi essent.* Ueberhaupt vergl. *Ramshorn Gr. p.* 350 und die daselbst angeführten Beispiele.

quum fratrem Aridaeum, quum Roxanen uxorem praegnantem relinqueret, oblitus necessitudinum, dignissimum
10 nuncuparet heredem: prorsus quasi nefas esset, viro forti alium quam virum fortem succedere; aut tanti regni opes
11 aliis, quam probatis relinqui. Hac voce veluti bellicum inter amicos cecinisset, aut malum discordiae misisset, ita omnes in aemulationem consurgunt, et ambitione vulgi
12 tacitum favorem militum quaerunt. Sexto die praeclusa voce, exemptum digito annulum Perdiccae tradidit: quae
13 res gliscentem amicorum dissensionem sedavit. Nam etsi non voce nuncupatus heres, iudicio tamen electus esse videbatur.

1 Cap. XVI. Decessit Alexander, mensem unum, annos tres et triginta natus; vir supra humanam potentiam ma-
2 gnitudine animi praeditus. Qua nocte eum mater Olympias concepit, visa per quietem est cum ingenti serpente volutari; nec decepta somnio est; nam profecto maius

§. 9. *Roxanen uxorem.* In den gewöhnlichen Ausgaben wird falsch *Roxanem*, so wie XIII, 2, 5: *Roxanis exspectare partum*, statt *Roxanes* gelesen Nicht selten sind die Casus obliqui von Nominibus auf *e* von den Abschreibern falsch nach der dritten Declination formirt worden, worüber besonders *Muncker* zu *Hygin. Fab.* CXXXVII. *p.* 204 nachzusehen ist.

§. 11. *tacitum favorem.* Die Herausgeber haben das Adjectiv *tacitum* anstössig gefunden, weshalb auch der besonnene *Graevius* zu der Aenderung *tacite* veranlasst wurde. Wenn überhaupt unser Schriftsteller in der Verbindung des Adjectivs mit einem Substantiv etwas freier zu Werke geht, so gebraucht er namentlich das Adjectivum *tacitus* oft da, wo man das Adverbium erwarten sollte. XXXIV, 3, 8: *Quum se non dimitti animadverteret a senatu*, tacido iudicio, *tutius apud pupillum, quam apud eum regnum futurum arbitrante, specie venandi ab urbe profectus;* vergl. I, 10, 16; XVI, 4, 7; XXI, 2, 8; XXXI, 4, 3; XXXVIII, 8, 11; *c.* 9, 4. Auch kann unter *tacitus favor* die Gunst verstanden werden, um welche sie sich bewerben, von welcher aber Niemand spricht; jeder thut, als wenn er sich um dieselbe nicht bekümmere.

Cap. XVI. §. 2. *volutari.* Die Lesart schwankt zwischen *voluptari.* S. darüber *Heinsius Adversar. p.* 706. *Oudendorp.* zu *Appulei. Met.* IX, 179. *p.* 601. und *Gruter* zu *Appulei. Append. p.* 433. *ed. Oud.*

humana mortalitate opus utero tulit: quam quum Aeaci- 3
darum gens ab ultima seculorum memoria, et regna patris, fratris, mariti, ac deinceps maiorum omnium illustraverint, nullius tamen nomine, quam filii clarior fuit. Prodigia magnitudinis eius in ipso ortu nonnulla appa- 4
ruere. Nam ea die, qua natus est, duae aquilae tota 5
die perpetes supra culmen domus patris eius sederunt, omen duplicis imperii, Europae Asiaeque, praeferentes. Eadem quoque die nuntium pater eius duarum victoria- 6
rum accepit: alterius, belli Illyrici; alterius, certaminis Olympiaci, in quod quadrigarum currus miserat: quod 7
omen universarum terrarum victoriam infanti portendebat. Puer acerrimus literarum studiis eruditus fuit. Exacta 8
pueritia, per quinquennium sub Aristotele doctore, inclyto omnium philosophorum, crevit. Accepto deinde 9
imperio, *regem se terrarum omnium ac mundi* appel-

opus utero tulit. Ich glaube, dass durchaus *onus* gelesen werden müsse, wie auch schon andere Herausgeber geurtheilt haben. Schwerlich wird *opus* vertheidigt werden können, und die Verwechselung beider Wörter ist nicht ungewöhnlich. *Onus*, so wie andere Substantiva, welche *Bürde*, *Last* bezeichnen, wird in dieser Verbindung gemeiniglich gebraucht. *Ovid. Met.* IX, 481: *Vixque* uteri *portabat* onus. Beispiele in Menge liefern die Interpreten zu *Phaed. Fab.* I, 18, 5 und *Heinsius* zu *Ovid. Fast.* III, 718.

§. 3. *quam quum* etc. Dieselbe Attraction XIII, 5, 14: qui quum *venire cum exercitu nuntiatus esset, obvii ei Athenienses cum instructis copiis fuere.* S. die *Anmerk.* zu I, 4, 12: Quem *ubi in manum mulier accepit, veluti ad notam allusit.*

§. 8. *doctore, inclyto omnium philosophorum.* Diese Stelle ist von *Scheffer* und *Faber* angegriffen worden, indem darin die lächerliche Behauptung ausgesprochen werde, dass Aristoteles der Lehrer aller Philosophen gewesen wäre; es müsse also *omnium philosophorum* als fremdes Einschiebsel gestrichen werden. Allein der Genitiv ist hier partitiv zu nehmen, und von *inclyto* abhängig zu machen. Besonders setzen die Dichter und spätern Prosaiker nach griechischer Sitte zu einem Adjectiv im Positiv einen Genitivus partitivus. *Tacit. An.* XV, 56: praecipui *amicorum. Stat. Theb.* I, 606: Lecti *iuvenum. Curt.* IV, 12: *cum* delectis *equitum.* S. *Drakenb.* zu *Liv.* XXX, 9, 1. *Zumpt. Gr.* §. 73, 3. *Anmerk.* 1.

10lari iussit: tantamque fiduciam sui militibus fecit, ut, illo praesente, nullius hostis arma nec inermes timuerint. 11Itaque cum nullo hostium umquam congressus est, quem non vicerit; nullam urbem obsedit, quam non expugna- 12verit; nullam gentem adiit, quam non calcaverit. Victus denique ad postremum est, non virtute hostili, sed insidiis suorum et fraude civili.

LIBER XIII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Luctus post Alexandri M. excessum: Macedonum ingratus animus: ducum ambitio, militumque avaritia.
2. De Alexandri successore ducum exercitus sententiae pugnantes.
3. Perdiccae sententiae reclamant pedites, quorum tumultum sedat Perdicca.
4. Aridaeo rege designato, Perdicca et alii duces seu principes provincias dividunt.
5. Bellum pro Graeciae libertate ab Atheniensibus et Aetolis reparatum. Demosthenis in patriam merita: Antipatri obsidio et liberatio.
6. Perdicca Cappadoces proelio fatigat. Bellum inter Antigonum et Perdiccam. Ptolemaei sollers industria.
7. De origine urbis Cyrenes digressio.
8. Ptolemaeus bellum parat in Perdiccam. Eumenis res fortiter et feliciter gestae.

CAPUT I.

Exstincto in ipso aetatis ac victoriarum flore Alexandro 1
Magno, triste apud omnes tota Babylone silentium fuit.
Sed nec devictae gentes fidem nuntio habuerunt, quod 2
ut invictum regem, ita immortalem esse crediderant: re- 3
cordantes, quoties praesenti morti ereptus esset; quam
saepe pro amisso repente se non sospitem tantum suis, ve-
rum etiam victorem obtulisset. Ut vero mortis eius fides 4
adfuit, omnes barbarae gentes, paullo ante ab eo devi-
ctae, non ut hostem, sed ut parentem luxerunt. Mater 5

Lib. XIII.

Cap. I. §. 4. *non ut hostem etc.* Es ist auffallend, dass *Faber* hier nicht angestossen ist, da er doch vorher hinter *invictum regem* ein *senserant* einschieben wollte; denn auch hier passt das Verbum *luxerunt*

quoque Darii regis, quam, amisso filio, a fastigio tantae maiestatis in captivitatem redactam, indulgentia victoris, in eam diem vitae non poenituerat, audita morte Alexan-
6 dri, mortem sibi ipsa conscivit; non quod hostem filio praeferret, sed quod pietatem filii in eo, quem ut hostem
7 timuerat, experta esset. Contra Macedones versa vice, non ut civem, ac tantae maiestatis regem, verum ut hostem amissum, gaudebant; et severitatem nimiam, et as-
8 sidua belli pericula exsecrantes. Huc accedebat, quod principes regnum et imperia, vulgus militum thesauros et

nicht zu *hostem*. Es ist nämlich oft der Fall, dass das Prädikat nur zu dem zunächst stehenden Satze passt, und aus dem Zusammenhange zu dem andern das passende Prädikat hinzugedacht werden muss. Diese Figur heisst *Synezeugmenon*, welche von einigen Grammatikern auch *Zeugma* genannt wird. So heisst es gleich nachher §. 7: *non ut civem, ac tantae maiestatis regem, verum ut hostem amissum* gaudebant, wo zu dem ersten Satz das Oppositum *lugebant* hinzugedacht werden muss. XVIII, 3, 8: *dominos non truci feritate, sed piae misericordiae humanitate* respiceret, wo mehrere alte Ausgaben hinter *feritate* ein unpassendes *trucidavit* eingeschoben haben. *Cic. p. Rosc. Am.* 8, 22: *quum eodem tempore et ea, quae praeterita sunt, et ea, quae videntur instare*, praeparet, wo *praeparet* nur zu dem zunächt stehenden Satze passt; bei *ea, quae praeterita sunt*, muss man sich etwa *curet* hinzudenken; vergl. *Matthiae* zu dieser Stelle; *Bremi* zu *Corn. Nep. Alc.* 3, 5. *Thrasyb.* 4, 1. *Dat.* 8, 4. *Eum.* 8, 2 und meine *Bemerk.* zu *Iustin.* I, 9, 12.

§. 7. *Contra Macedones versa vice.* Entweder konnte *contra* oder *versa vice* wegbleiben; denn eins war hinreichend. Allein man würde sehr unrecht thun, wenn man mit *Scheffer* und *Faber* eins von beiden streichen wollte. Die Lateiner und Griechen reihen oft zwei gleichbedeutende Partikeln zusammen, wo eine allein hinreichen konnte. Indess wird durch diese Häufung ein stärkerer Nachdruck bewirkt, wie an unserer Stelle, wo dadurch die ganz entgegengesetzte Gesinnung der Makedonier besonders grell hervorgehoben wird. So haben wir auf ähnliche Weise XLI, 4, 8: *Non magno* deinde post *tempore*; XII, 16, 12: *Victus* denique ad postremum *est*, welches XXXVII, 1, 9 wiederkehrt, und daselbst von *Faber* ebenfalls angegriffen worden ist. Dafür heisst es bei *Pseudo-Cic. post Red. ad Q.* 7, 16: *denique ad extremum*, und bei *Appulei. Met.* IV, 80: *tandem denique.* Auf dieselbe Weise finden sich Zusammenstellungen, wie *deinde deinceps, postea deinceps, deinde postea*, worüber *Drakenborch* zu *Liv.* II, 47, 11 nachzusehen ist.

grande pondus auri, velut inopinatam praedam, spectabant; illi successionem regni, hi opum ac divitiarum hereditatem cogitantes. Erant enim in thesauris quinqua- 9
ginta millia talentûm, et in annuo vectigali tributo tricena millia. Sed nec amici Alexandri frustra regnum spe-10
ctabant: nam eius virtutis ac venerationis erant, ut singulos reges putares. Quippe ea formae pulchritudo, et11
proceritas corporis, et virium ac sapientiae magnitudo in omnibus fuit, ut qui eos ignoraret, non ex una gente, sed

§. 9. *vectigali tributo.* Einige Herausgeber haben mit Unrecht *tributum vectigale* als unlateinisch verworfen. Dafür sagt *Cic. in Verr.* I, 35, 88: *pecunia vectigalis.* Statt *tricena* sollte eigentlich *triginta* stehen, wie auch *Budaeus* ohne Noth ändern wollte, da die Eintheilung schon durch das hinzugefügte *annuo* bestimmt ist. Allein sehr oft werden die Distributiva auch dann noch gesetzt, wenn schon durch irgend eine Hinzufügung die Eintheilung der Zahl angezeigt ist. *Corn. Nep. Han.* 7, 4: *Carthagine* quotannis *annui* bini *reges creantur. Liv.* XLV, 43, 7: *Militibus in* singulos quadragenos quinos *denarios dedit.* Eine sehr grosse Menge Beispiele hat *Drakenb.* zu *Liv.* XXXIV, 45, 1; *c.* 50, 6 und zu XXXIX, 38, 11 gesammelt.

§. 10. *regnum spectabant.* So ist sicher die richtige Lesart, nicht *exspectabant*, wie andere Ausgaben lesen; vergl. vorher §. 8. *Liv.* XLV, 31, 8: *qui nihil praeter imperium Romanorum* spectarent. S. die *Anmerk.* zu XII, 3, 2.

reges putares. Der Anfänger bemerke hier den Conjunctiv Imperfecti, den der Lateiner immer setzt, wo wir in diesem Fall das Plusquamperfectum haben: „*ich hätte geglaubt.*“ Daher XI, 6, 6: *ut non tam milites, quam magistros militiae electos* putares; II, 9, 12: *pugnatum est enim tanta virtute, ut hinc viros, inde pecudes* putares. Selbst unabhängig wird das Imperfectum so gebraucht, wie II, 12, 24: *quippe ut in viro muliebrem timorem, ita in muliere virilem audaciam* cerneres, und man würde einen Germanismus begehen, wenn man unser „ich hätte nicht geglaubt“ durch *non putassem* ausdrückte. Vergl. *Zumpt Gr.* §. 78, 3. *A.* 2.

§. 11. *qui eos ignoraret. Ignorare aliquem* wird gemeiniglich in Beziehung auf Charakter und Denkungsart gebraucht; das Gegentheil davon ist *intelligere aliquem*, wie II, 8, 2. S. *Ruhnken* zu *Rutil. Lup.* p. 16. So erklärt *Gronov* es auch hier von den Vorzügen des Geistes. Allein diese Erklärung hat an unserer Stelle gar keine Anwendung. Vielmehr wird *ignorare* hier in Beziehung auf die äussere Abkunft gebraucht: „*Wer nicht gewusst hätte, aus welchem Lande sie wären.*“ Indess ist der Gebrauch des *ignorare aliq.* von der Person, von der

12ex toto terrarum orbe electos iudicaret. Neque enim umquam ante Macedonia, vel ulla gens alia, tam clarorum 13virorum proventu floruit: quos primo Philippus, mox Alexander tanta cura legerat, ut non tam ad societatem belli, quam in successionem regni, electi viderentur. 14Quis igitur miretur, talibus ministris orbem terrarum victum; quum exercitus Macedonum tot, non ducibus, sed 15regibus regeretur? qui numquam sibi reperissent pares, si non inter se concurrissent: multosque Macedonia pro uno Alexandros habuisset, nisi fortuna eos aemulatione virtutis in perniciem mutuam armasset.

1 Cap. II. Ceterum, occiso Alexandro, non ut laeti, ita et securi fuere, omnibus unum locum competentibus; 2 nec minus milites, quam invicem se, timebant, quorum 3 et libertas solutior, et favor incertus erat. Inter ipsos vero aequalitas discordiam augebat, nemine tantum cete- 4 ros excedente, ut ei aliquis se submitteret. Armati ita-

äussern Gestalt des Menschen, *einen von Person nicht kennen*, *de facie non nosse*, nicht gar häufig. *Phaedr. Fab.* V, 1, 9: *In quis Menander, nobilis comoediis, Quas, ipsum* ignorans, *legerat Demetrius. Sueton. Vit. c.* 17: *sciscitantes, quis esset* (*nam* ignorabatur). *Corn. Nep. Arist.* 1, 4: *ille respondit, se* ignorare *Aristidem*, wo *Bremi* nachzusehen ist.

§. 15. *multosque Macedonia pro uno Alexandros habuisset.* In einigen alten Ausgaben wird *Alexandro* gelesen. Beide Lesarten sind gleich gut und die Handschriften müssen entscheiden. So heisst es bei *Liv.* III, 14, 4: *mille pro uno* Kaesones *exstitisse*; aber II, 24, 1: *duas ex una* civitate *discordia fecerat*, wie auch nach der Auctorität der Handschtiften III, 9, 4: *duos pro uno* domino *acceptos*, von *Drakenborch* gelesen wird, der von beiden Verbindungen zu dieser Stelle viele Beispiele gesammelt hat.

Cap. II. §. 1. *competentibus.* S. die *Anmerk.* zu II, 3, 16: *denuntiantibus.*

§. 2. *quam invicem se. Graevius* hat diese Stelle nicht verstanden, indem er *quam* strich, und dadurch den *Iustin* eine Aeusserung thun liess, welche dem Zusammenhang durchaus widerspricht. Es ist hier und im Folgenden von dem Verhältniss der Feldherrn untereinander und zu ihren Soldaten, nicht aber von dem der Soldaten untereinander die Rede. Für *invicem* haben alte Ausgaben *inter*, was in dieser Verbindung häufiger gebraucht wird.

§. 3. *ceteros excedente. Excedere* für *antecellere* von Personen ist

que in regiam coëunt, ad formandum rerum praesentium statum. Perdicca censet, *Roxanes exspectari partum, quae exacto mense octavo matura iam ex Alexandro erat; et, si puerum peperisset, hunc dari successorem patri.* Meleager negat, *differenda in partus dubios consilia: nec exspectandum, dum reges nascerentur, quum iam genitis uti liceret. Seu puer illis placeat, esse Pergami filium Alexandri, natum ex Barsine, nomine Herculem: seu mallent iuvenem, esse in castris fratrem Alexandri Aridaeum, comem, et cunctis non suo tantum, verum et patris Philippi nomine acceptissimum. Ceterum Roxanen esse originis Persicae: nec esse fas, ut Macedonibus ex sanguine eorum, quorum regna deleverint, reges constituantur: quod nec ipsum Alexandrum voluisse* dicit. *Denique morientem nullam de eo mentionem habuisse.* Ptolemaeus recusabat regem Aridaeum, *non propter maternas modo*

selten; doch leicht erklärlich aus den Redensarten, *modum, fidem etc. excedere. Virg. Aen.* V, 380: *alacris* cunctosque *putans* excedere *palma.* Vergl. *Bentley* zu *Manil.* II, 617.

§. 5. *censet — exspectari.* Statt *exspectandum esse. Liv.* XLV, 16. 1: Censuere *patres, duas provincias Hispaniam rursus* fieri; II, 5, 1: *De bonis regiis, quae* reddi *ante* censuerant, *res integra ad patres refertur,* wo *Drakenb.* mehrere Beispiele liefert. Vergl. *Oudend.* zu *Caes. B. G.* II, 32, 3.

matura. Burmann zu *Phaedr. Fab.* I, 18, 5 sagt: „*Nimirum ut* maturi *et* immaturi *pueri et puellae respectu pubertatis dicuntur, ita ratione partus mulieres* maturae;" womit *Scheffer's* Aenderung *cui* statt *quae* zurückgewiesen ist. *Ovid. Met.* IX, 282:

Tunc quum matura *vocabis*
Praepositam timidis parientibus Illithyiam.

§. 10. *dicit.* Mir ist *dicit* verdächtig; es folgt zu schal hinten nach. Ebenso urtheilte schon *Duker* zu *Liv.* X, 33, 3. An unzähligen Stellen ist in der Oratio indirecta von den Abschreibern ein *ait, inquit, dicit,* und dergleichen eingeschoben worden. S. *Drakenb.* zu *Liv.* XXIII, 45, 6. *Corte* zu *Sall. Cat.* 21, 3. *Bremi* zu *Sueton. Calig.* 34. Dagegen werden diese Verba oft in der Oratio directa gesetzt, wo sie durch ein anderes vorhergegangenes Wort überflüssig gemacht sind; worüber ich zu I, 8, 13 gesprochen habe.

mentionem habuisse. Für das gewöhnlichere *facere;* doch scheint *mentionem habere* die Berücksichtigung einer Sache bei ihrer Erwähnung

sordes, quod ex Larissaeo scorto nasceretur: sed etiam propter valetudinem maiorem, quam patiebatur; ne 12 *ille nomen regis, alius imperium teneret: melius esse ex his legi, qui pro virtute regi suo proximi fuerint, qui provincias regant, quibus bella mandentur, quam sub persona regis indignorum subiiciantur imperio.* 13 Vicit Perdiccae sententia consensu universorum. Placuit 14 itaque Roxanes exspectari partum: et si puer natus fuisset, tutores Leonatum, et Perdiccam, et Crateron, et Antipatrum constituunt; confestimque in tutorum obsequia iurant.

1 Cap. III. Quum equites quoque idem fecissent, pedites indignati, nullas sibi consiliorum partes relictas, Aridaeum, Alexandri fratrem, regem appellant, satellitesque illi ex tribu sua legunt, et nomine Philippi patris vo-

zu bezeichnen; eine Sache erwähnen, um sie zu berücksichtigen. *Vellei. Pat.* II, 62, 5: *Caesaris adeo nulla* habita mentio, *ut legati, qui ad exercitum eius missi erant, iuberentur summoto eo milites adloqui;* wo *mentionem habere* nahe an *rationem habere* hinstreift.

§. 11. *nasceretur.* Man sollte *natus esset* erwarten; indess wird durch diesen nicht seltenen Gebrauch des Imperfectums im Conjunctiv die Lebhaftigkeit der Erzählung befördert; der Schriftsteller führt dadurch den Leser in die Vergangenheit zurück, und vergegenwärtigt ihm den Augenblick, in welchem etwas geschah. *Caes. B. G.* V, 10: *equites a Q. Atrio ad Caesarem venerunt, qui nuntiarent, superiore nocte, maxima coorta tempestate, prope omnes naves afflictas atque in litore eiectas esse, quod neque ancorae funesque* subsisterent, *neque nautae gubernatoresque vim pati tempestatis* possent. I, 40: *factum etiam nuper in Italia servili tumultu, quos tamen aliquid usus ac disciplina, quam a nobis accepissent,* sublevarent, wo *Morus* gegen die richtige Latinität *sublevarint* ändern wollte.

valetudinem maiorem. Man erklärt dies gemeiniglich durch *morbum comitialem*, die fallende Sucht, welche auch von *Celsus* III, 23: *morbus maior* genannt wird. Vergl. *Appulei. Apolog. Mag. n.* 485. *seq. p.* 507 *ed. Oud.* Der Comparativ *maior* scheint insofern gesetzt zu sein, als diese Krankheit als grösser und bedeutender, als alle übrigen angesehen wurde, indem durch dieselbe selbst die Comitien verhindert werden konnten.

Cap. III. §. 1. *ex tribu sua. Bernegger* hat eine andere Lesart *turba* aufgenommen, wogegen mit Recht *Gronov. Observatt.* IV, 10 erinnert, dass nicht selten die römischen Schriftsteller Ausdrücke, welche eigentlich nur auf ihre Staatseinrichtung sich bezogen, auch auf Ge-

cari iubent. Quae quum nuntiata equitibus essent, lega- 2
tos ad mitigandum eorum animos, duos ex proceribus, Attalum et Meleagrum, mittunt: qui potentiam ex vulgi adulatione quaerentes, omissa legatione, militibus consentiunt. Statim et seditio crevit, ubi caput et consilium 3
habere coepit. Tunc ad delendum equitatum cuncti ar- 4
mati in regiam irrumpunt: quo cognito, equites trepidi 5
ab urbe discedunt; castrisque positis, et ipsi pedites terrere coeperunt. Sed nec procerum inter se odia cessa- 6
bant. Attalus ad interficiendum Perdiccam, ducem par- 7
tis alterius, mittit: ad quem armatum, et ultro vocantem, 8
quum accedere percussores ausi non fuissent, tanta constantia Perdiccae fuit, ut ultro ad pedites veniret, et in concionem vocatos edoceret, *quod facinus molirentur: respicerent, contra quos arma sumpsissent: non illos* 9
Persas, sed Macedonas; non hostes, sed cives esse; plerosque etiam cognatos eorum, certe commilitones, eorumdem castrorum ac periculorum socios: edituros 10
deinde egregium hostibus suis spectaculum, ut, quorum armis victos se doleant, eorum mutuis caedibus gaudeant, parentaturosque sanguine suo manibus hostium a se interfectorum.

Cap. IV. Haec quum pro singulari facundia sua Per- 1
dicca perorasset, adeo movit pedites, ut, probato consilio eius, dux ab omnibus legeretur. Tum equites in con- 2
cordiam revocati in Aridaeum regem consentiunt. Ser- 3

Arrhidaeum

genstände bei fremden Völkern wegen der Aehnlichkeit übergetragen hätten. So heisst es *c.* 4, 17: *summus castrorum tribunatus;* XXXI, 2, 6 wird Hannibal der Consul der Karthager genannt; und XXII, 1, 10 Agathokles *tribunus militum.* Andere Stellen zur Vergleichung sind: XIX, 1, 7; XXI, 5, 7.

§. 2. *militibus consentiunt.* *Faber* wollte *peditibus* lesen; allein im Gegensatz von *eques* ist *miles* oft soviel als *pedes.* Der Grund scheint darin zu liegen, dass der Kampf in früherer Zeit nur zu Fuss geführt ward, und überhaupt auch das Fussvolk die Stärke des Heeres ausmachte. Beispiele findet man bei *Gronov* und *Drakenborch* zu *Liv.* XXVI, 19, 3; XXVIII, 1, 5.

Cap. IV. §. 2. *in Aridaeum regem consentiunt.* Ebenso XL, 1, 3: *omnes* in Tigranem, *regem Armeniae,* consensere. XXVI, 2:

4 vata est portio regni Alexandri filio, si natus esset. Haec agebant, posito in medio corpore Alexandri, ut maiestas
5 eius testis decretorum esset. His ita compositis, Macedoniae et Graeciae Antipater praeponitur: regiae pecuniae custodia Cratero traditur: castrorum, exercitus, et
6 rerum cura Meleagro et Perdiccae assignatur: iubeturque Aridaeus rex corpus Alexandri in Hammonis templum
7 deducere. Tunc Perdicca infensus seditionis auctoribus, repente, ignaro collega, lustrationem castrorum, pro-
8 pter mortem regis, in posterum edicit. Postquam armatum exercitum in campo constituit, consentientibus universis, evocatos dum transit, de singulis manipulis sedi-
9 tiosos supplicio tradi occulte iubet. Reversus inde inter principes provincias dividit, simul ut et removeret aemu-
10 los, et munus imperii, beneficii sui faceret. Prima Ptolemaeo Aegyptus, et Africae Arabiaeque pars, sorte ve-

dii consensisse in exitium parricidarum viderentur. *Liv.* XXVI, 36, 10: In haec *tanto animo* consensum est, *ut etc.* IX, 7, 7: *Sine ulla auctoritate publica* consensum in omnem formam *luctus est.*

§. 8. *consentientibus universis.* Dies stimmt mit dem folgenden *occulte* nicht überein; weshalb *Freinsheim* lesen wollte: non *sentientibus;* was aber nicht annehmlich scheint. In einigen Handschriften, welche *consentientibus* weglassen, ist wohl die richtige Lesart aufbewahrt: *ibi universis evocatis* etc.

§. 9. *beneficii sui faceret.* I. e. *faceret, ut esset sui beneficii.* Sie mussten die erhaltene Herrschaft als eine Gnadenbezeugung von ihm betrachten. So steht oft *facere* mit einem Genitiv von dem Besitzthum einer Sache. XXIV, 2, 4: *cum quibus non ideo se armis contendisse, quoniam eripere his regnum, sed quod id* facere sui muneris *vellet. Sueton. Tib.* c. 12: *per quosdam* beneficii sui *centuriones. Tacit. An.* XV, 52: *dilecto imperatore alio* sui muneris *rempublicam* faceret.

§. 10. *Prima Ptolemaeo Aegyptus.* Andere Ausgaben *primo.* Vergl. *Liv.* XLIX, 19, 6: Primi *Alexandrini legati ab Ptolemaeo et Cleopatra regibus vocati sunt.* Nach derselben Construction hätte an unserer Stelle auch *primo*, auf *Ptolemaeo* bezogen, stehen können, wenn die Reihenfolge der Vertheilung der Provinzen von den Personen aus befolgt würde, wie in der Verbesserung *Gronov's* bei *Liv.* VIII, 26, 7: *Duo singularia haec ei viro* primo *contigere.* Da aber an unserer Stelle die Reihenfolge von den Ländern aus gemacht wird, so ist *prima* die rich-

nit, quem ex gregario milite Alexander virtutis causa pro-
vexerat: cui ad tradendam provinciam Cleomenes, qui 11
Alexandriam aedificaverat, datur. Confinem huic pro- 12
vinciae Syriam Laumedon Mitylenaeus, Ciliciam Philo-
tas, Philo Illyrios, accipiunt. Mediae maiori Atropatus, 13
minori socer Perdiccae praeponitur. Susiana gens Scy- 14
no, Phrygia maior Antigono, Philippi filio, assignatur.

tigere Lesart. Ueber diesen Gebrauch des Adjectivs vergl. *Drakenb.* zu *Liv.* XXXIV, 14, 6. *Zumpt. Gr. Cap.* 84. 5. §. 686.

sorte venit. Einige Herausgeber haben *evenit* ändern wollen, und das ist allerdings das Gewöhnliche, wie §. 16 und *c.* 5, 8; und auch im *Livius* fast überall von den Herausgebern aufgenommen. *Graevius* hat indess durch Stellen, in welchen *venire* auch bisweilen für *evenire* gesetzt worden sei, die alte Lesart zu schützen gesucht; worin ihm *Duker* zu *Liv.* XXIX, 20, 4 beistimmt. Es ist jedoch zu bemerken, dass unter allen den Stellen, welche jener Gelehrte angeführt hat, keine einzige ist, in welcher *venire* mit *sorte* stände, in welcher Verbindung *evenire* ausschliesslich angewendet zu sein scheint. Leicht konnte übrigens das *e* durch das vorhergehende verloren gehen.

§. 12. *Laumedon.* Statt dieser handschriftlichen Orthographie und XV, 4, 3: *Laudice*, geben einige alte Ausgaben *Laomedon* und *Laodice*, welches wohl etwas zu voreilig von den neuern Herausgebern aufgenommen worden ist. In der ältern Latinität wurde oft statt des griechischen *o* und *ω* ein *u* gesetzt, *Ulysses*, *Ὀδυσσεύς*, und viele dieser Formen sind beständig geblieben, wie *cothurnus*, *κόθορνος*. Selbst in lateinischen Wörtern ist *o* oft in *u* verwandelt worden, wie *adhuc* statt *ad hoc* (tempus); und so findet man nicht selten in Handschriften neben *adolescens* auch *adulescens*, neben *soboles* auch *suboles* etc., worüber *Drakenb.* zu *Liv.* VI, 7, 1 zu vergleichen ist. Hinsichts der Schreibart *Laumedon*, *Laudica* etc. bemerkt dagegen *Tzschucke* zu *Pomp. Mel.* I, 12, 5. *Vol.* II. *P.* III. *p.* 419: „Lau *primae syllabae posterioris est aetatis, quae* Laudicia *frequentabat. Cf. Antonin. Itiner. p. m.* 147. *tabula Peuting. segm.* 10. *Geogr. Raven.* 5, 7 *et quos producit Wesseling. ad Antonin. l. c.*“ Ueber die Verwandtschaft des *o* und *u* ist besonders nachzulesen *Quintil.* I, 4, 16 und *Schneider's Elementarlehre der lat. Spr. p.* 27.

§. 14. *Scyno.* Für eine künftige kritische Bearbeitung des *Iustin* ist in Bezug auf die Lesart unserer Stelle *Drakenborch's Anmerk.* zu *Liv.* XLIV, 35, 10: *Perrhaebos mercatores*, Schoenum *et Menophilum*, wo *Gronov* ändern wollte *Coenum*; denn dies sei ein Makedonischer Name, wie dies aus *Curtius* und *Iustin* bekannt sei, — nicht zu übersehen: „*Locus Iustini, quem Gronovius innuit, exstat* XIII, 4, *ubi Scaliger per* Scyno *legebat* Coeno *et intelligebat* Coenum, *toties inter duces*

15 Lyciam et Pamphyliam Nearchus, Cariam Cassander, Ly-
16 diam Menander sortiuntur. Leonato minor Phrygia eve-
nit: Thracia et regiones Pontici maris Lysimacho, Cap-
17 padocia cum Paphlagonia Eumeni data. Summus ca-
18 strorum tribunatus Seleuco, Antiochi filio, cessit. Sti-
patoribus regis satellitibusque Cassander, filius Antipatri,
19 praeficitur. In Bactriana ulteriore, et Indiae regionibus,
20 priores praefecti retenti. Terras inter amnes Hydaspem
21 et Indum Taxiles habebat. In colonias in Indis conditas
Pithon, Agenoris filius, mittitur. Paropamisios, et fines
22 Caucasi montis, Extarches accepit. Arachosii Gedrosi-
23 que Sibyrtio traduntur: Drancae et Arei Stasanori. Ba-
ctrianos Amyntas sortitur, Sogdianos Scythaeus, Nicanor
Parthos, Philippus Hyrcanos, Phrataphernes Armenios,
Tlepolemus Persas, Peucestes Babylonios, Archon Pe-
24 lasgos, Arcesilaus Mesopotamiam. Quum haec divisio,

Alexandri Magni apud Diodorum et Curtium memoratum. Verum quum Coenum illum ante Alexandrum obisse referant Curt. IX, 3. *et Arrian.* VI, 1, *aliud potius nomen reponendum putat Berneccerus. Contra Gronovius Scaligerum quidem in homine designando errasse, at non in illius vocabulo, existimat Observatt. lib.* IV, *c.* 15. *p.* 243. Coenum *enim, non* Scynum, *esse nomen Macedonicum. Id facile in* Scynus *corrumpi potuisse, docet Perizonius in Animadv. Hist. c.* 10. *p.* 439. *Nam medio aevo diphthongum* oe *mutatam fuisse in* y, *et ita ex* Coenus *factum esse* Cynus, *deinde ultimam literam vocis praecedentis* gens *perperam initio huius adhaesisse et hinc enatum esse* Scynus..... *Ceterum* Coenus *etiam dictus est secundus Macedonum rex, qui Cranao gentis conditori successit. Vide Hieronym. Chron. Euseb. an. MCCXXXI. Is vero unde nomen acceperit, ex Etym. Magn. ibidem docuit Scaliger. p.* 67."

§. 17. *Summus castorum tribunatus.* Auch hier, wie *c.* 3, 1: *ex tribu sua*, ist der römische, um zu sagen, Local-Ausdruck von einer ähnlichen Sache bei einer auswärtigen Nation gebraucht. Was bei den Römern eigentlich *castrorum tribunatus* gewesen sei, darüber sind die Meinungen ungewiss; denn dieser Ausdruck kommt nur noch bei *Vellei. Pat.* II, 104, vor, wo *Burmann* nachzulesen ist. An unserer Stelle ist ohne Zweifel die *praefectura castrorum* zu verstehen.

§. 23. *Archon Pelasgos.* Die Angaben hinsichts der Eintheilung der Provinzen sind bei den einzelnen Schriftstellern verschieden; sicherlich haben die unbekannten Namen die Abschreiber zu vielen Unrichtigkeiten verleitet. Beachtungswerth ist die Bemerkung des *Palmerius* zu *Diodor. Sic.* XVIII, 3: „*Ceterum ex hoc loco deprehenditur foedissimum*

veluti fatale munus, singulis contigisset, ita magna incrementorum materia plurimis fuit: siquidem non magno post tempore, quasi regna, non praefecturas divisissent, sic reges ex praefectis facti, magnas opes non sibi tantum paraverunt, verum etiam posteris reliquerunt.

CAP. V. Dum haec in Oriente aguntur, in Graecia Athenienses et Aetoli bellum, quod iam vivo Alexandro moverant, summis viribus instruebant. Causae belli erant, quod reversus ab India Alexander epistolas in Graeciam scripserat, quibus omnium civitatium exsules, praeter caedis damnati, restituebantur. Quae recitatae praesente universa Graecia in mercatu Olympiaco magnos motus fecerunt; quod plurimi non legibus pulsi patria, sed per factionem principum fuerant, verentibus iisdem principibus, ne revocati potentiores in republica fierent. Palam igitur iam tunc multae civitates libertatem bello vindicandam fremebant. Principes tamen omnium Athenienses et Aetoli fuere. Quod quum nuntiatum Alexandro esset,

apud Iustin. XIII, 4 *ulcus, quod et olim Eutropio fraudem fecit. Sic autem habet Iustinus, ubi provinciarum praefectos post mortem Alexandri recenset:* Phrataphernes Armenios, Tlepolemos Persas, Peucestes Babylonios, Archos Pelasgos etc. *Paulo melius Eutropius:* Archon Pelasgos. *At nulli unquam fuerunt Pelasgi in Oriente. Ideo ex hoc Diodori loco et ex Arriano emendetur Iustinus et legatur:* Phrataphernes Armenios, Tlepolemus Carmanos. Persas Peucestes, Babylonios Archon Pellaeus. *Haec sana sunt; nam apud Diodorum infra Lib.* XIX, 28 *et Arrianum Lib.* VI, 27 *Tlepolemus Carmaniae praefectus dicitur et ibid. c.* 30 *Peucestes Persarum, et libro de Indic. c.* 18 *Archon Cliniae Pellaeus vocatur; ideo nihil certius nostra emendatione.*" Hierzu fügt *Wesseling* berichtigend hinzu: „*Quae vir doctissimus, ut Iustinum iuvaret, commentabatur, maximam partem occupata sunt a Freinshemio ad Curt.* X, 10. *p.* 815, *qui et Orosio, pro quo Eutropium memoriae peccato Palmerius posuit, simili medicina subveniendum esse docuit.*"

CAP. V. §. 2. *praeter caedis damnati. Praeter* steht hier adverbialiter, soviel als *nisi, praeterquam. Sall. Cat.* 36, 2: *ceterae multidudini diem statuit, ante quam sine fraude liceret ab armis discedere,* praeter *rerum capitalium* condemnatis. *Cic. Off.* II, 2, 5: *nec quidquam aliud est philosophia, si interpretari velis,* praeter studium *sapientiae.* S. die *Anmerk.* I, 10, 13. *Drakenb.* zu *Liv.* V, 52, 13.

mille naves longas sociis imperari praeceperat, quibus in Occidente bellum gereret; excursurusque cum valida ma-
8 nu fuerat ad Athenas delendas. Igitur Athenienses, contracto triginta millium exercitu, et ducentis navibus, bellum cum Antipatro, cui Graecia sorte evenerat, gerunt; eumque detractantem proelium, et Heracleae urbis moe-
9 nibus tuentem se, obsidione cingunt. Eodem tempore Demosthenes, Atheniensis orator, pulsus patria ob crimen accepti ab Harpalo auri: qui crudelitatem Alexandri fugerat, quod civitatem in eiusdem Alexandri bellum im-
10 pelleret, forte Megaris exsulabat: qui ut missum ab Atheniensibus Hyperidem legatum cognovit, qui Peloponnenses in societatem armorum sollicitaret, secutus eum, Sicyona, Argos et Corinthum, ceterasque civitates, elo-
11 quentia sua Atheniensibus iunxit. Ob quod factum missa
12 ab Atheniensibus obviam nave, ab exsilio revocatur. Interim in obsidione Antipatri, Leosthenes, dux Athenien-
13 sium, telo e muris in transeuntem iacto, occiditur. Quae res tantum animorum Antipatro dedit, ut etiam vallum
14 rescindere auderet. Auxilium deinde a Leonato per legatos petit: qui quum venire cum exercitu nuntiatus esset, obvii ei Athenienses cum instructis copiis fuere, ibique
15 equestri proelio gravi vulnere ictus exstinguitur. Antipater, tametsi auxilia sua videret victa, morte tamen Leonati laetatus est: quippe et aemulum sublatum, et vires
16 eius accessisse sibi gratulabatur. Statim igitur exercitu eius recepto, quum par hostibus etiam proelio videretur,
17 solutus obsidione, in Macedoniam concessit. Graecorum quoque copiae, finibus Graeciae hoste pulso, in urbes dilapsae.

§. 8. *detractantum proelium.* So lesen einige alte Ausgaben, statt *detrectantem.* Die aufgenommene Form, welche sich nach *Pierius* zu *Virg. Georg.* III, 57 in den ältesten Handschriften der einzelnen Schriftsteller findet, ist von den gelehrten Herausgebern als die ältere und echte gemeiniglich aufgenommen worden. S. *Drakenb.* zu *Liv.* XXXIV, 15, 9. *Corte* zu *Sall. Iug.* 53, 8. Ueber die Veränderung des Wurzellauts in der Zusammensetzung ist *Bremi* zu *Corn. Nep. Alc.* 6, 5 zu vergleichen.

§. 14. *qui quum* etc. S. die *Anmerk.* zu XII, 16, 3.

Cap. VI. Interea Perdicca, bello Ariarathi regi Cap- 1
dŏcum illato, proelio victor, nihil praemii praeter vul-
nera et pericula retulit: quippe hostes ab acie in urbem 2
recepti, occisis coniugibus et liberis, domos quisque suas
cum omnibus copiis incenderunt. Eodem congestis etiam 3
servitiis, et semetipsos praecipitant, ut nihil hostis victor
suarum rerum, praeter incendii spectaculum frueretur. In- 4
de, ut viribus auctoritatem regiam acquireret, ad nuptias
Cleopatrae, sororis Alexandri Magni, et alterius Alexandri
quondam uxoris, non aspernante Olympiade matre eius,
intendit: sed prius Antipatrum sub affinitatis obtentu ca- 5
pere cupiebat. Itaque fingit se in matrimonium filiam eius 6
petere, quo facilius ab eo supplementum tironum ex Ma-
cedonia obtineret. Quem dolum praesentiente Antipatro, 7
dum duas eodem tempore uxores quaerit, neutram obti-
nuit. Post haec bellum inter Antigonum et Perdiccam 8
oritur. Antigono Crateros et Antipater auxilium ferebant; 9
qui, facta cum Atheniensibus pace, Polyperchonta Grae-
ciae et Macedoniae praeponunt. Perdicca, alienatis rebus, 10

Cap. VI. §. 3. *congestis etiam servitiis et* etc. Die Stelle ist verdorben; darauf deutet das *etiam — et* hinlänglich hin, das bei der jetzigen Lesart höchst anstössig ist und vermuthen lässt, dass etwas herausgefallen sei. Statt *servitiis* wird die Lesart *opibus* angegeben; wonach *Scheffer* die Stelle so herstellen wollte: *Eodem congestis etiam opibus servitia et semetipsos praecipitant.*

semetipsos praecipitant. Einige neuere Herausgeber haben die Lesart *semet ipsi* aufgenommen. Ueber die Würdigung derselben ist die *Anmerk.* zu XII, 8, 15 nachzusehen.

§. 3. *spectaculum frueretur.* Ich habe die Lesart mehrerer Handschriften aufgenommen. *Spectaculo*, wie man gewöhnlich lies't, scheint eine geregelte Aenderung eines Abschreibers zu seyn. Dass *frui* in der alten Latinität mit dem Accusativ construirt worden sei, ist bekannt; bei *Cicero* indess findet sich nur *fruendus.* Auch *vesci* wird bei *Iustin.* XLIV, 4, 11 mit dem Accusativ verbunden.

§. 10. *alienatis rebus.* *Scheffer* stiess sich an diese Lesart, und wollte *reliquis* lesen, wogegen *Graevius* dieselbe erklärte durch: *remotis omnibus aliis curis et negotiis*, und *relictis* oder *omissis rebus*, verglich. Ebenso urtheilte *Gronov* zu *Liv.* XXVIII, 7, 10, der es durch τἆλλα μεθεὶς, ἅπαντα μεθεὶς, τἆλλα πάντα ἀφεὶς wiedergab. Allein auch zugestanden, dass *alienare* in der Bedeutung von *removere* nicht selten sei, wie dies mit mehreren Beispielen von *Wasse* zu *Sall. Cat.* 36.

Aridaeum, et Alexandri Magni filium in Cappadocia,
quorum cura illi mandata fuerat, de summa belli in con-
11silium adhibet. Quibusdam placebat bellum in Macedo-
niam transferri, ad ipsum fontem et caput regni, ubi et
12Olympias esset, mater Alexandri, non mediocre momen-
tum partium, et civium favor, propter Alexandri Phi-
13lippique nomina: sed in rem visum est, ab Aegypto inci-
pere, ne in Macedoniam profectis, Asia a Ptolemaeo
14occuparetur. Eumeni, praeter provincias, quas acceperat, Paphlagonia, et Caria, et Lycia, et Phrygia adii-
15ciuntur. Ibi Crateron et Antipatrum opperiri iubetur:
adiutores ei dantur cum exercitibus frater Perdiccae Alce-
16tas, et Neoptolemus: Clito cura classis traditur: Cilicia
Philotae adempta, Philoxeno datur: ipse Perdicca Aegy-
17ptum cum ingenti exercitu petit. Sic Macedonia, in duas
partes discurrentibus ducibus, in sua viscera armatur; fer-

p. 305. seq. (*c.* 35, 3. *ed. Cort.*) dargethan, so ist doch bei obiger Erklärung von *Graevius* diese Formel an unserer Stelle ein gleich überflüssiges und unnützes Einschiebsel. Und wenn man auch dies noch übersehen wollte, so würde man mindestens noch ein *aliis* zu *rebus* verlangen, das in allen den Stellen, welche *Graevius* hier und *Drakenb.* zu *Liv.* XXXVII, 37, 4 zu *omissis rebus* gesammelt haben, entweder hinzugefügt ist, oder die *res* sind schon durch den ganzen Zusammenhang deutlich bezeichnet, ohne dass es der Hinzufügung eines Adjectivs noch bedurfte, wie bei *Terent. Andr.* II, 5, 1: *Herus me* relictis rebus *iussit Pamphilum hodie observare*, wo sich von selbst die gewöhnlichen Geschäfte des Sclaven ergeben. Demnach erkläre ich *alienatis rebus* durch: da die Lage der Dinge sich geändert, ein fremdartiges, feindliches Ansehn erhalten hatten; wozu verglichen werden könnte: *Plaut. Amph.* I, 1, 243: *Certe edepol, tu me* alienabis *nunquam, quin noster siem.* *Cic. ad Att.* I, 17: *incommoditate* alienati *illius animi et offensi.* Vergl. *Tacit. Hist.* IV, 49.

§. 12. *non mediocre momentum.* S. die *Anmerk.* zu XI, 4, 12.

§. 13. *in rem visum est. In rem esse* ist soviel als *utile esse, prodesse.* *Liv.* XXXV, 35, 13: *monendique eum, quae* in rem esse videbantur. *Tacit. Hist.* III, 8: *Coloniam copiis validam auferri Vitellio,* in rem *famamque* videbantur. Vergl. *Corte* zu *Sall. Cat.* 20, 1. Dafür sagt man auch *e re esse*, und so oft in der Verbindung *e republica esse*, wobei jedoch zu bemerken, dass hier nicht *in* angewendet werden darf, so dass es also unlateinisch seyn würde, *esse in rempublicam*, statt *e republica* zu sagen.

rumque ab hostili bello in civilem sanguinem vertit, exemplo furentium, manus ac membra sua ipsa caesura. Sed Pto- 18
lemaeus in Aegypto sollerti industria magnas opes parabat: quippe et Aegyptios insigni moderationes in favorem 19
sui sollicitaverat, et reges finitimos beneficiis obsequiisque devinxerat: terminos quoque imperii, acquisita Cyrene 20
urbe, ampliaverat, factusque iam tantus erat, ut non tam timeret hostes, quam timendus ipse hostibus esset.

Cap. VII. Cyrene autem condita fuit ab Aristaeo, cui 1
nomen Battos propter linguae obligationem fuit. Huius 2

Cap. VII. §. 1. *cui nomen Battos.* Nach *Graevius* Vorgange haben mehrere Herausgeber die Lesart der Ed. Iunt. *Batto* aufgenommen, obgleich fast alle Handschriften für die Endung *os* übereinstimmen. Die Formel *nomen mihi est* erlaubt drei Constructionsarten. Der Nominativ wird dann gebraucht, wenn der Name ganz *genau* und *bestimmt in seiner eigentlichen Form*, die durch die Deklinationsform des Dativs in etwas verwischt würde, angegeben werden soll. Daher *Cic. Brut.* 62, 225: *Quos Sex. Titius consecutus, homo loquax sane et satis acute, sed tam solutus et mollis in gestu, ut saltatio quaedam nasceretur, cui saltationi* Titius nomen *esset;* und so musste wegen des Gegensatzes sagen *Liv.* IX, 27, 14: *qui* Maleventum, *cui nunc urbi* Beneventum *nomen est, perfugerunt.* Ebenso steht der Nominativ auch dann, wenn der Name von irgend einer Sache, Eigenschaft oder einem Ereigniss hergenommen ist. *Gell. N. A.* XVII, 21: *Tarquinii filio, cui cognomentum* Superbus *fuit.* IX, 13: *Ei cognomentum factum est* Torquatus. *Corn. Nep. Phoc.* 1, 2: *ex quo cognomine* Bonus *appellatus est. Liv.* XXV, 2, 6: *P. Cornelius Scipio, cui post* Africanus *fuit cognomen*, wo *Gronov*, welchem *Drakenborch* gefolgt ist, durch die Aenderung *Africano* wohl den Sprachgebrauch verkannt hat. Auch findet sich die handschriftliche Lesart bei *Sall. Iug.* 5, 4: *P. Scipione, cui postea* Africanus *cognomen ex virtute fuit*, wie bei *Front.* II, 3, 4: *cui postea* Africanus *cognomen fuit.* Die Stelle bei *Vellei. Pat.* II, 10, 2: *Fabio, Paulli nepoti, ex victoria cognomen* Allobrogico *inditum*, hat bei dem handschriftlichen Mangel für Velleius kein Gewicht, zumal da in diesem Falle derselbe häufig die eigentlich natürliche Construction mit dem Genitiv anwendet. *S. Ruhnken* zu II, 11, 2. Der Genitiv steht auch bei *Iustin.* XLII, 2, 3: *cui res gestae* Magni *cognomen dedere*, wo einige Ausgaben aber, wie bei *Appulei. Flor.* I, 7: *cui ex rebus actis et auctis cognomen* Magno *inditum est*, lesen *Magnum;* an der letzten Stelle ist wohl nach der Ed. Ald. et Iunt. *Magni*, wie auch *Heinsius* schon vermuthete, als das Richtigere festzustellen. — Endlich wird, wiewohl davon sich Ausnahmen finden, der Nomi-

pater Grinus, rex Therae insulae, quum ad oraculum Delphos, propter dedecus adolescentis filii nondum loquentis, Deum deprecaturus venisset, responsum accepit, quo iubebatur filius eius Battos *Africam petere, et urbem Cyrenen condere, usum linguae ibi accepturus.* 3 Quum responsum ludibrio simile videretur, propter solitudinem Therae insulae, ex qua coloni ad urbem condendam in Africam tam vastae regionis proficisci iubebantur, 4 res omissa est. Interiecto deinde tempore, velut contumaces, pestilentia Deo parere compelluntur: quorum tam insignis paucitas fuit, ut vix unam navem complerent. 5 Quum venissent in Africam, pulsis accolis, montem Cyram, et propter amoenitatem loci, et propter fontium 6 ubertatem, occupavere. Ibi Battos, dux eorum, linguae nodis solutis, loqui primum coepit: quae res animos eorum, ex promissis Dei iam parte percepta, in reliquam 7 spem condendae urbis accendit. Positis igitur castris,

nativ bei fremden, nicht lateinischen Namen gesetzt, da dieselben dem Leser durch die Deklinationsform hätten unkenntlich werden können. Aus diesen Gründen wird an unserer Stelle *Battos*, wie I, 4, 14: *Nutrici* Spaco *postea nomen fuit*, und XXXIX, 1, 9: *cui propter nasi magnitudinem cognomen* Grypus *fuit*, und XXIX, 1, 5: *cui ex facinoris crimine cognomentum* Philopator *fuit*, gelesen werden müssen. Vergl. noch die *Anmerk.* zu XII, 4, 11. — In allen übrigen Fällen, und den lateinischen Namen steht nach einer Attraction der Dativ; wobei es auffallend ist, dass in der Griechischen Sprache, in welcher doch das Feld der Attraction ausgebreiteter, als in der lateinischen ist, der Gebrauch des Dativs ganz ungewöhnlich ist. S. *Matth. Gr. Gr. p.* 425. und *Heindorf* zu *Plat. Theaet. p.* 307. Auch wird bei Nominibus abstractis im Lateinischen nicht der Dativ, sondern nur der Nominativ gesetzt; daher *Cic. Tusc.* IV, 11: *ei morbo nomen est* avaritia; allenfalls auch der Genitiv, wie bei *Cic. Part.* 22: *cui* (virtuti) temperantiae *nomen est.* Vergl. *Oudendorp.* zu *Appulei. Met.* II, *p.* 122. und *Hoffmann* in der mehrmals schon erwähnten Recension *p.* 13 seq.

§. 2. *propter dedecus. Dedecus* wird gewöhnlich in moralischer Hinsicht gebraucht; hier aber in physischer, von einem körperlichen Fehler; *Verunstaltung* passt nicht ganz genau. In diesem Sinne ist das Wort selten; ich wenigstens erinnere mich nur der einzigen Stelle bei *Appulei. Met.* II, 41: *capillli hinc inde laterum deiectis aurium vulnera celavi;* nasi *vero* dedecus *linteolo isto pressim agglutinato decenter obtexi.*

opinionem veteris fabulae accipiunt, Cyrenen, eximiae pulchritudinis virginem, a Thessaliae monte Pelio ab Apolline raptam, perlatamque in eiusdem montis iuga, cuius collem occupaverant, a Deo repletam, quatuor pueros peperisse, Nomium, Aristaeum, Autochum, Agreum: missos a patre Hypseo, rege Thessaliae, qui perquirerent virginem, loci amoenitate captos in iisdem terris cum virgine resedisse: ex his pueris tres adultos in Thessaliam reversos avita regna recepisse: Aristaeum in Arcadia late regnasse, eumque primum et apium et mellis usum, et lactis ad coagula, hominibus tradidisse, solstitialesque ortus sideris primum invenisse. Quibus auditis Battos, virginis nomine ex responsis agnito, urbem Cyrenen condidit. 8 9 10 11

Cap. VIII. Igitur Ptolemaeus huius urbis auctus viribus, bellum in adventum Perdiccae parabat. Sed Perdiccae plus odium arrogantiae, quam vires hostium nocebant: quam exosi etiam socii, ad Antipatrum gregatim profugiebant. Neoptolemus quoque, in auxilium Eumeni relictus, non solum transfugere, verum etiam prodere partium exercitum voluit. Quam rem quum praesensisset Eumenes, cum proditore decernere proelio necesse habuit. Victus Neoptolemus ad Antipatrum et Polyperchonta profugit; hisque persuadet, ut continuatis mansionibus, laeto ex victoria et securo fugae suae Eumeni superveniant. Sed res Eumeni non latuit. Itaque insidiae 1 2 3 4 5 6

Cap. VIII. §. 3. *partium exercitum.* Mir ist *partium* anstössig; wenigstens finde ich keine genügende Erklärung. Es steht zu unbestimmt da, und man verlangt durchaus noch ein Adjectiv oder Pronomen. *Peyraredus* wollte *partem* ändern. Doch scheint die Stelle sich rechtfertigen zu lassen durch XIII, 6, 11: ubi *Olympias esset, mater Alexandri, non mediocre momentum* partium *et civium favor.*

§. 6. *Eumeni non latuit.* Ich habe unbedenklich die Lesart von vier Handschriften aufgenommen; sie rührt gewiss nicht von den Abschreibern her, welche eher dieselbe nach der bekannten Construction in *Eumenem non latuit* umänderten. Doch haben wir XXXI, 2, 2: *Sed res* Annibalem *non diu latuit*, welche Stelle für die gewöhnliche Lesart stimmen könnte. Dass *latet mihi* nach der Analogie von *patet mihi* dem Genius der lateinischen Sprache gemäss, dagegen *latet me* ein Gräcismus, λανθάνει με, sei, der späterhin allerdings den frühern

in insidiatores versae: et qui securum aggressuros se putabant, securis in itinere, et pervigilio noctis fatigatis occursum est. In eo proelio Polyperchon occiditur. Neoptolemus quoque, cum Eumene congressus, diu mutuis vulneribus acceptis colluctatus est: in summa victus, occumbit. Victor igitur duobus proeliis continuis, Eumenes, afflictas partes transitione sociorum paullulum sustentavit. Ad postremum tamen, Perdicca occiso ab exercitu, hostis cum Pithone, et Illyrio, et Alceta, fratre Perdiccae, appellatur; bellumque adversus eos Antigono decernitur.

echten lateinischen Ausdruck verdrängt habe, sich aber nirgends im Cicero mit Sicherheit nachweisen lasse, der *latere* immer nur persönlich ohne Hinzufügung eines Accusativs der Person gebrauche, ist von mir, wie ich glaube, genügend zu *Cic. Cat.* I, 6, 15. *p.* 65 dargethan worden. Ich habe an der angeführten Stelle nur *p. Sull.* 23, 65: *populum Romanum latuit* angeführt, wo die Abkürzungszeichen *P. R.* von Abschreibern in die bekanntere Construction des Accusativs verändert seien; *Abr. Gronov* citirt noch *de Orat.* II, 79: *Populum Romanum non latuit*, wo aber diese Worte nicht stehen, und vielmehr aus der von mir citirten Stelle hergenommen zu seyn scheinen. Ueberhaupt vermuthe ich, dass noch an andern Stellen, wo eine Verschiedenheit der Lesart stattfindet, von den Abschreibern die Construction nach ihrer gewöhnlichen Schulkenntniss geformt seyn möchte.

§. 7. *Polyperchon occiditur.* Nach allen übrigen historischen Angaben fiel nicht Polyperchon, sondern *Kraterus.* Es scheint also hier sowohl, als §. 5 entweder ein Irrthum der Abschreiber, oder ein Gedächtnissfehler des Iustin selbst Statt zu finden, da er *c.* 6, 15 sagt: *Ibi* Crateron *et Antipatrum opperiri iubetur*, und im folgenden Buche *c.* 5, 1 den Polyperchon aus Griechenland nach Makedonien zurückkehren lässt.

§. 10. *ab exercitu.* In den gewöhnlichen Ausgaben wird falsch interpungirt, und hinter *occiso* ein Komma gesetzt, so dass *ab exercitu* mit dem Folgenden verbunden würde, was keinen passenden Sinn giebt. Perdikkas war von seinem eigenen Herrn getödtet worden.

LIBER XIV.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Eumenis in bello adversus Antigonum prudentia et fortitudo.
2. Idem proelio victus obsidetur, liberatur, ad Argyraspidas decurrit, eosque ad suas partes pertrahit.
3. Dum Argyraspides Eumenis imperia contemnunt, hostium virtute superantur; et deinde eum hosti prodere parant.
4. Eumenis captivi ad Argyraspidas oratio, qua petit, ut sibi inter eos mori liceat. Petitione frustratus, proditorum capita devovet, et Antigono vinctus traditur.
5. Cassander, Aridaei vices gerens, Graeciae civitates opprimit, et in Macedoniam adversus Olympiadem proficiscitur.
6. Olympias fugit, obsidetur, victori Cassandro se tradit; cuius iussu interficitur.

CAPUT I.

EUMENES, ut Perdiccam occisum, se hostem a Macedo- 1
nibus iudicatum, bellumque Antigono decretum cognovit,
ultro ea militibus suis indicavit, ne fama aut rem in maius 2
extolleret, aut militum animos rerum novitate terreret;
simul ut, quomodo circa se animati essent, cognosceret, 3
sumpturus consilium ex motu universorum. Constanter 4
tamen praefatus est, *si cui haec terrori essent, habere eum discedendi potestatem.* Qua voce adeo cunctos in 5
studium partium suarum induxit, ut ultro bellum omnes
hortarentur, *rescissurosque se ferro decreta Macedonum*

CAP. I. §. 3. *Circa se animati essent.* Gewöhnlich wird *animatus* mit *in* verbunden; *circa* ist hier so viel als in *Ansehung*, in *Betreff*, wie auch wir bisweilen unser *um* gebrauchen. Besonders häufig ist dieser Gebrauch bei Spätern. *Sueton: Claud. c.* 45: *Mors eius celata est, donec* circa *successorem omnia ordinarentur.*

§. 5. *bellum omnes hortarentur.* Dies ist wohl die richtigere Lesart der Handschriften: als das gewöhnliche *illum* der Ausgaben; welche

6 affirmarent. Tunc exercitu in Aetuliam promoto, pecunias civitatibus imperat; recusantes dare, hostiliter diripit.
7 Inde Sardis profectus est ad Cleopatram, sororem Alexandri Magni, ut eius voce centuriones principesque confirmaret, existimaturos, ibi maiestatem regiam verti,

auch *Gronov* zu *Senec. Ep.* 12. als solche anerkennt. *Hortari* wird, wiewohl selten, auch mit dem Accusativ der Sache verbunden. *Sallust. Iug.* 49: pauca *pro tempore milites hortatus*, wo *Corte* aus Tacitus Annalen anführt: hortantibus quibusdam inediam *et* lenem exitum, wo dann *hortari* soviel als *suadere* ist. Darnach wird auch bei *Cic. ad Att.* VII, 14: *Equidem* pacem *hortari non desino*, statt *ad pacem* gelesen, wo aber *Graevius* nichtsbeweisende Stellen beibringt, wie *Cic. ad Att.* VI, 2: quod *quidem illum soleo hortari*; indem sehr oft der Accusativ der Sache bei *hortari* und ähnlichen Verbis gesetzt wird, wenn dieselbe unbestimmt durch das Neutrum eines Pronomens oder Adjectivs ausgedrückt wird; worüber *Zumpt. Gr.* §. 17, 5. *Anm.* 1. nachzulesen ist.

§. 6. *in Aetuliam.* Man verwechsele diese Landschaft nicht mit *Aetolia*, wie in einigen Ausgaben auch gelesen wird. *Aetulia*, Αἰτουλανή, war ein Theil von Klein-Armenien, einer Landschaft in Asien.

§. 7. *Sardis profectus est.* Bei den Wörtern, welche im Griechischen den Nominativ, Accusativ und Vokativ in εις zusammenzogen, wofür auch ionisch ις bisweilen gesetzt wurde, findet auch im Lateinischen die entsprechende Endung *eis* oder *is* in den angegebenen Casus statt. Zwar sehen wir diese Form in den heutigen Ausgaben der Schriftsteller nur noch selten; doch ist sicher anzunehmen, dass von den Abschreibern dieselbe meistentheils aus Unwissenheit verwischt worden sei; wiewohl die Spätern auch wohl mehr ihrem Ohre folgen mochten. Namentlich führt *Priscian* diese Form von *Sardes* an; und wenn auch an mehreren Stellen *Sardes* steht, so scheint doch *Sardis* die echte Form zu sein, da auch im Griechischen namentlich bei Herodot der Accusativ Σάρδις oft vorkommt. Daher ist auch mit Recht dieselbe bei *Cic. Senect.* 17, 59. *Corn. Nep. Milt.* 4, 1, *Ages.* 3, 5. vorgezogen worden; so wie auch *Liv.* XXXVII, 44, 5. nach einer Handschrift die richtige Lesart herzustellen ist, wenn gleich *c.* 31, 3 nach den jetzigen Ausgaben, *Sardes* vorhergeht. Diese Form des Accusativs auf *is* kann aber natürlich nur bei solchen Wörtern statt finden, die den Genitiv Plur. auf *ium* bilden. Daher würde die von *Heusinger* bei *Corn. Nep. Con.* 5, 2: *inter omnes Graeciae* civitatis aufgenommene Form des Accusativs nicht unrichtig sein. Selbst im Nominativ wurde diese Form bisweilen gebraucht. Unrichtig setzte aber *Goerenz* diese Form des Nominativs bei *Cic. Fin.* III, 5, 18: *plumae versicoloris columbis*, da das Wort *versicolor* nicht einmal den Accusativ auf *is* erlaubt.

unde soror Alexandri staret. Tanta veneratio magnitudi- 8
nis Alexandri erat, ut etiam per vestigia mulierum favor
sacrati eius nominis quaereretur. Quum reversus in castra 9
esset, epistolae totis castris abiectae inveniuntur, quibus
iis, qui Eumenis caput ad Antigonum detulissent, magna
praemia definiebantur. His cognitis, Eumenes vocatis ad 10
concionem militibus, primo gratias agit, *quod nemo in-*
venius esset, qui spem cruenti praemii fidei sacramenti
anteponeret: deinde callide subnectit, *confictas has a se* 11
epistolas ad experiundos suorum animos esse. Ceterum 12
salutem suam in omnium potestate esse; nec Antigo-
num, nec quemquam ducum sic velle vincere, ut ipse
in se exemplum pessimum statuat. Hoc facto et in prae- 13
senti labantium animos retinuit, et in futurum providit, ut,

unde — staret. I. e. *quibuscum sentiret Alexandri soror. Liv.* XXI, 10: *Eventus belli, velut aequus iudex,* unde *ius* stabat, *ei victoriam dedit.* S. die *Anmerk.* zu V, 4, 12: unde stetisset, *eo se victoria transferret.*

§. 10. *fidei sacramenti.* Eine andere Lesart ist *sacramento*; dass auch diese unbeschadet des Sinnes stehen könne, ergiebt sich aus der *Anmerk.* zu VIII, 3, 7. Indess sprechen für die aufgenommene Lesart, nicht allein die meisten Handschriften, sondern auch die sonst gewöhnlichen Zusammenstellungen, *religio sacramenti, religio iurisiurandi,* wie oben XXXV, 2, 3: *prioris* sacramenti religionem *novi regis superbiae praeferentes. Cic. Off.* III, 29, 107: fides iurisiurandi *saepe cum hoste servanda.* Vergl. *Cronov. Observatt.* IV, 17.

§. 17. *in praesenti. Faber* wollte *in praesens* ändern, wegen des folgenden *in futurum.* Allerdings findet zwischen *in praesens* und *in praesenti* ein Unterschied Statt, wozu noch *in praesentia* gefügt werden muss. *In praesentia* heisst *in der Gegenwart,* indem der Moment der gegenwärtigen Zeit bezeichnet wird, wo gemeiniglich der Gegensatz durch einen Ablativ oder ein Adverbium gegeben wird, welches sich in einen Ablativ auflösen lässt. *Cic. Tusc.* V, 35: *Vestrae coenae non solum* in praesentia, *sed etiam* postero die *iucundae sunt.* Dagegen wird durch *in praesens,* wofür die Schriftsteller des silbernen Zeitalters auch *ad praesens* gebrauchen (Iustin. I, 5.) eine *Beziehung* auf die Gegenwart bezeichnet, welche Beziehung sich aus dem jedesmaligen Zusammenhang der Rede ergiebt; soviel als *für jetzt, in Bezug auf die Gegenwart. Liv.* XXV, 35, 7: *id modo esse salutare* in praesens *credebat; in Bezug auf die Gegenwart,* für *jetzt* hält er es für heilsam. Es leuchtet dabei ein, dass es in vielen Fällen gleichgültig sei, je nachdem dies der Zusammenhang gestattet, der allein, nicht

si quid simile accidisset, non se ab hoste corrumpi, sed ab
14duce tentari arbitrarentur. Omnes igitur operam suam
certatim ad custodiam salutis eius offerunt.

1 Cap. II. Quum interim Antigonus cum exercitu super-
venit, castrisque positis, postera die in aciem procedit.
2 Nec Eumenes moram proelio fecit; qui victus in munitum
3 quoddam castellum confugit: ubi quum videret se fortu-
nam obsidionis subiturum, maiorem exercitus partem di-
misit, ne aut consensu multitudinis hosti traderetur, aut
4 obsidio ipsa multitudine gravaretur. Legatos deinde ad
Antipatrum, qui solus par Antigoni viribus videbatur,
supplices mittit: a quo quum auxilia Eumeni missa Anti-
5 gonus didicisset, ab obsidione recessit. Erat quidem so-
lutus ad tempus metu mortis Eumenes; sed nec salutis,

aber der Gegensatz, wie *Faber* hier meint, entscheidet, ob man *in praesens* oder *in praesentia* setzt, wie auch wir unser *jetzt* und *für jetzt* gebrauchen; und so könnte an unserer Stelle eben so wohl *in praesens* als *in praesentia* stehen. *Sallust. Cat.* 16, 3: *Si causa peccandi* in praesens *minus suppetebat. Liv.* VII, 37, 2: *Milites, qui in praesidio simul fuerant, duplici frumento* in perpetuum, in praesentia *singulis bubus binisque privis tunicis donati.* Dadurch wird aber der angegebene Unterschied nicht aufgehoben, wie *Corte* zu *Sall. l. c.* meint, und an manchen Stellen wird nach dem Gesagten jene Vertauschung nicht statt finden können, wie *Corn. Nep. Att.* 10, 5: *id, quod* in praesentia *vestimentorum fuit, arripit*, wo nicht leicht *in praesens* gesetzt werden könnte. Was nun *in praesenti* anbetrifft, so ist es seiner syntactischen Form nach gleich mit *in praesentia*, der Bedeutung nach aber verschieden. *In praesentia* hat eine blosse Zeitbedeutung; in *praesenti* aber heisst *bei der gegenwärtigen Lage der Dinge*, *bei den gegenwärtigen Zeitumständen*, wie sehr richtig *Bremi* die Stelle bei *Corn. Nep. Att.* 12, 5: *Quod in* praesenti *utrum ei laboriosius an gloriosius fuerit, difficile fuit iudicare* erklärt; so dass sich *in praesentia* mit *hoc tempore*, dagegen *in praesenti* mit *in hoc tempore* vergleichen lässt. Ueber den Unterschied der angegebenen Wörter ist besonders zu vergleichen *Doederlein: Lateinische Synonymen. Erster Theil pag.* 139. Leipz. 1826; welche schätzbare Schrift Studirenden mit Recht empfohlen zu werden verdient.

Cap. II. §. 1. *Quum interim.* S. die *Anmerk.* zu VI, 7, 9.

§. 5. *ad tempus.* Dies kann verschieden erklärt werden, je nachdem *tempus* aufgefasst wird. Entweder ist *ad tempus zur bestimmten Zeit*, wie *Liv.* XXXVIII, 25, 2: *Tempus in posterum diem constituitur locusque, qui maxime medius inter castra Gallorum et Ancyram est visus.*

dimisso exercitu, magna spes erat. Omnia igitur circum- 6
spicienti optimum visum est, ad Alexandri Magni Argy-
raspĭdas, invictum exercitum, et tot victoriarum praeful-
gentem gloria, decurrere. Sed Argyraspides post Ale- 7
xandrum omnes duces fastidiebant, sordidam militiam sub
aliis, post tanti regis memoriam, existimantes. Itaque 8
Eumenes blandimentis agere, suppliciter singulos alloqui,
nunc *commilitones suos*, nunc *patronos* appellans, nunc
periculorum et operum Orientalium socios; nunc *re-*
fugia salutis suae, *et unica praesidia* commemorans:
solos esse, *quorum virtute Oriens sit domitus; solos*, 9
qui militiam Liberi patris, *qui Herculis monumenta*
superarint: per hos Alexandrum magnum factum; per 10
hos divinos honores, *et immortalem gloriam consecu-*
tum: orat, *ut non tam ducem se*, *quam commilitonem* 11
recipiant, *unumque ex corpore suo esse velint.* Rece- 12
ptus hac lege, paullatim imperium, primum monendo
singulos, mox, quae perperam facta erant, blande cor-
rigendo, usurpat: nihil in castris sine illo agi, nihil ad-
ministrari sine sollertia illius poterat.

Cap. III. Ad postremum, quum Antigonum venire 1
cum exercitu nuntiatum esset, compellit eos in aciem de-
scendere. Ibi dum ducis imperia contemnunt, hostium 2
virtute superantur. In eo proelio non gloriam tantum tot 3

Quo quum consul ad tempus *cum praesidio quingentorum equitum venisset;* oder *zu rechter Zeit, der dermaligen Lage der Dinge entsprechend*, wie *Cic. p. Planc.* 30, 74: *praetermitto, ne aut proferre videar* ad tempus; oder endlich bedeutet es *auf eine Zeit, eine Zeit lang*, wo die Länge der Zeit unbestimmt bleibt, so dass jedoch grade durch diese Unbestimmtheit mehr auf eine kurze Zeit hingedeutet wird. *Cic. de Off.* I, 8, 27: *perturbatione aliqua animi, quae plerumque brevis et* ad tempus. *Phaedr. Fab.* IV, 18: *Qui malis fert auxilium,* post tempus *dolet;* wofür es in der vorhergehenden Fabel v. 16: *post aliquod tempus* hiess; vergl. die Interpreten zu der Stelle. Für die letzte Erklärung an unsrer Stelle entscheidet sich *Duker* zu *Liv.* XXIII, 48, 10, wo er bemerkt: *Ad tempus non solum est temporis caussa, vel prout ratio temporis postulabat, verum etiam ad aliquod, ad breve tempus.*

§. 11. *unumque ex corpore suo.* Ebenso XVIII, 8, 9: *regem* ex suo corpore *creari.* Vergl. *Drakenb.* zu *Liv.* I, 17, 2: sui corporis *creari regem volebant.*

bellorum cum coniugibus et liberis, sed et praemia longa
4 militia parta, perdiderunt. Sed Eumenes, qui auctor
cladis erat, nec aliam spem salutis reliquam habebat, vi-
5 ctos hortabatur. Nam *et virtute eos superiores fuisse* affirmabat: *quippe ab his quinque millia hostium caesa; et si in bello perstent, ultro hostes pacem petituros.*
6 *Damna, quibus se victos putent, duo millia mulierum, et paucos infantes, et servitia esse, quae melius vincendo possint reparare, quam deserendo victoriam.*
7 Porro Argyraspides *neque fugam se tentaturos* dicunt, *post damna patrimoniorum, et post coniuges amissas,*
8 *neque bellum gesturos contra liberos suos;* ultroque eum conviciis agitant, *quod se post tot annos emeritorum stipendiorum, redeuntes domum cum praemiis tot bellorum, ab ipsa missione rursus in novam militiam im-*
9 *mensaque bella revocaverit, et a laribus iam quodammodo suis, et ab ipso limine patriae abductos, inanibus*
10 *promissis deceperit: nunc quoque amissis omnibus felicis militiae quaestibus, ne victos quidem in misera et*
11 *inŏpi senecta quiescere sinat.* Ignaris deinde ducibus, confestim ad Antigonum legatos mittunt, petentes, *ut sua reddi iubeat.* Is *redditurum se* pollicetur, *si Eu-*
12 *menem sibi tradant.* Quibus cognitis, Eumenes cum paucis fugere tentavit; sed retractus, desperatis rebus,

Cap. III. §. 4. *victor hortabatur.* S. zu XI, 9, 13.

§. 7. *post damna patrimoniorum.* So ist schon früher die richtige Lesart hergestellt; das gewöhnliche *matrimoniorum* enthält eine unerträgliche Tautologie. *Patrimonium* ist nicht immer das *ererbte* Gut, sondern auch bisweilen im weitern Sinne alles das, was Jemand an Vermögen besitzt. S. IX, 2, 7: *quae non* patrimoniis *ditet Scythas.* Hygin. Fab. CXCIV: *qui* (Arion) *quum a rege petiisset, per civitatem artem suam illustrare et* magnum patrimonium *acquisisset, consensere famuli cum nautis, ut eum interficerent.* Vergl. *Iustin.* III, 3, 3.

§. 8. *post tot annos emeritorum stip.* Eine nur bei spätern Schriftstellern vorkommende Umstellung, statt *tot annis post emerita stipendia.* Ebenso XVIII, 3, 5; *urbem* ante annum *Troianae cladis,* statt *anno ante Troianem cladem,* vergl. XXXVIII, 8, 1: *Sic excitatis militibus* post annos tres et viginti sumpti regni *in Romana bella descendit.*

quum concursus multitudinis factus esset, petit, ut postremum sibi alloqui exercitum liceret.

Cap. IV. Iussus ab universis dicere, facto silentio laxatisque vinculis, prolatam, sicut erat catenatus, manum ostendit: *Cernitis, milites*, inquit, *habitum atque ornamenta ducis vestri, quae mihi non hostium quisquam imposuit: nam hoc etiam solatio foret. Vos me ex victore victum, vos me ex imperatore captivum fecistis; quater intra hunc annum in mea verba iureiurando obstricti estis. Sed ista omitto: neque enim miseros convicia decent. Unum oro, si propositorum Antigoni in meo capite summa consistit, inter vos me velitis mori. Nam neque illius interest, quemadmodum aut ubi cadam; et ego fuero ignominia mortis liberatus. Hoc si impetro, solvo vos iureiurando, quo toties vos [sacramento] mihi devovistis. Aut si ipsos pudet roganti vim adhibere, ferrum huc date, et permittite, quod vos facturos pro imperatore iurastis, imperatorem pro vobis sine religione iurisiurandi facere.* Quum non obtineret, preces in iram vertit. *At vos*, ait, *devota capita,*

Cap. IV. §. 3. *obstricti estis.* Dafür heisst es XI, 3, 10: *quod iureiurando* se *omnes* obstrinxerint.

§. 7. [*sacramento*] *mihi devovistis.* Ich habe *sacramento* in Haken eingeschlossen, denn so schreibt nicht der mittelmässigste Schriftsteller. Zwar wird oft das vorhergehende Substantiv beim Relativ wiederholt, worüber *Drakenb.* zu *Liv.* I, 3, 9 und *Duker* zu I, 53, 4 unzählige Beispleie gesammelt haben; und darnach würde man *iureiurando* wiederholt nicht unangemessen finden. Niemals aber möchte wohl die Wiederholung durch ein synonymes Substantiv ausgedrückt werden können. Nicht uneben ist *Gronov's* Vermuthung, nach welcher *qui* statt *quo* zu lesen wäre.

§. 8. *si ipsos pudet.* Für *vos ipsos.* S. die *Anmerk.* zu II, 4, 10.

§. 10. *At vos* etc. *At* wird oft gebraucht bei Aeusserungen des *Unwillens*, *der Verwünschung* und *des Fluches* mit dem Conjunctiv. *Virgil. Aen.* II, 535:

> At *tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis*
> *Di, si qua est coelo pietas, quae talia curet,*
> *Persolvant grates dignas* etc.

Liv. I, 28, 9: *Nunc quoniam tuum insanabile ingenium est*, at *tu tuo supplicio doce humanum genus ea sancta credere, quae a te violata sunt.*

respiciant Dii periuriorum vindices; talesque vobis exi-
11*tus dent, quales vos ducibus vestris dedistis. Nempe*
vos iidem paullo ante et Perdiccae sanguine estis ad-
12*spersi, et in Antipatrum eadem moliti. Ipsum denique*
Alexandrum, si fas fuisset eum mortali manu cadere,
interemturi; quod maximum erat, seditionibus agita-
13*stis. Ultima nunc ego perfidorum victima has vobis diras*
14*atque inferias dico, ut inopes extorresque omne aevum*
in hoc castrensi exsilio agatis; devorentque vos arma
vestra, quibus plures vestros, quam hostium duces ab-
15*sumpsistis.* Plenus deinde irae custodes suos praecedere
16ad Antigoni castra coepit. Sequitur exercitus, prodito
imperatore suo et ipse captivus, triumphumque de se ipso
17ad victoris sui castra ducit; omnia auspicia regis Alexan-
dri, et tot bellorum palmas laureasque una secum victori
18tradens: et ne quid deesset pompae, elephanti quoque et
19auxilia Orientalia subsequuntur. Tanto pulchrior haec
Antigono, quam Alexandro tot victoriae fuerunt; ut quum
ille Orientem vicerit, hic etiam eos, a quibus Oriens vi-
20ctus fuerat, superaverit. Igitur Antigonus domitores illos
orbis exercitui suo dividit, redditis, quae in victoria cepe-
21rat. Eumenem vero, verecundia prioris amicitiae, in
conspectum suum venire prohibitum, assignari custodibus
praecepit.

1 Cap. V. Interea Eurydice, uxor Aridaei regis, ut Po-
lyperchonta a Graecia redire in Macedoniam cognovit,
2 et ab eo arcessitam Olympiada; muliebri aemulatione per-
culsa, abutens valetudine viri, cuius officia sibi vindica-
3 bat, scribit regis nomine Polyperchonti, *Cassandro*
exercitum tradat, in quem regni administrationem rex
transtulerit: eadem in Asiam Antigono per epistolas nun-
4 tiat. Quo beneficio devinctus Cassander, nihil non ex
5 arbitrio muliebris audaciae gerit. Deinde profectus in
6 Graeciam multis civitatibus bellum infert: quarum exsci-
dio, veluti vicino incendio, territi Spartani urbem, quam
semper armis, non muris defenderant, tum contra responsa

Terent. Andr. IV, 1, 42: At *tibi Di dignum factis exitium duint;* Eu-
nuch. III, 1, 41: At *te Dii perdant.*

fatorum et veterem maiorum gloriam, armis diffisi, mu-
rorum praesidio includunt. Tantum eos degeneravisse a 7
maioribus, ut, quum multis seculis murus urbi civium vir-
tus fuerit, tunc cives salvos se fore non existimaverint,
nisi intra muros laterent. Dum haec aguntur, Cassandrum 8
a Graecia turbatus Macedoniae status domum revocavit.
Namque Olympias, mater Alexandri Magni regis, quum 9
Epiro in Macedoniam, prosequente Aeacide, rege Mo-
lossorum, veniret, prohiberique finibus ab Eurydice et
Aridaeo rege coepisset, seu memoria mariti, seu magni-10
tudine filii, et indignitate rei moti Macedones ad Olym-
piada transiere: cuius iussu et Eurydice, et rex occiditur,
sex annis post Alexandrum potitus regno.

Cap. VI. Sed nec Olympias diu regnavit. Nam quum 1
principum passim caedes muliebri magis, quam regio
more fecisset, favorem sui in odium vertit. Itaque audito 2
Cassandri adventu, diffisa Macedonibus, cum nuru Ro-
xane, et nepote Hercule, in Pydnam urbem concedit.
Proficiscenti Deidamia, Aeacĭdae regis filia, et Thessa- 3
lonice privigna, et ipsa clara Philippi patris nomine, mul-
taeque aliae principum matronae, speciosus magis, quam
utilis grex, comites fuere. Haec quum nuntiata Cassandro 4
essent, statim citato cursu Pydnam venit, et urbem obsi-
dione cingit. Quum fame ferroque urgeretur Olympias, 5
longae obsidionis taedio, pacta salute, victori se tradidit.
Sed Cassander, ad concionem vocato populo, sciscitatu- 6
rus, *quid de Olympiade fieri velint*, subornat parentes
interfectorum, qui sumpta lugubri veste, crudelitatem
mulieris accusarent. A quibus accensi Macedones, sine 7
respectu pristinae maiestatis, occidendam decernunt; im- 8
memores prorsus, quod per filium eius virumque non so-
lum vitam ipsi inter finitimos tutam habuissent, verum
etiam tantas opes imperiumque orbis quaesissent. Sed 9

Cap. V. §. 7. *Tantum eos degeneravisse* etc. Ueber diesen Acc. c. Inf. s. die *Anmerk.* zu II, 14, 9.

§. 9. *Epiro in Macedoniam.* Ueber die Auslassung der Präposition bei Ländernamen siehe die *Anmerk.* zu III, 3, 12.

Olympias ubi obstinatos venire ad se armatos vidit, veste
10 regali, duabus ancillis innixa, ultro obviam procedit. Qua visa, percussores attoniti fortuna maiestatis prioris, et tot in ea memoriae occurrentibus regum suorum nominibus,
11 substiterunt; donec a Cassandro missi sunt, qui eam confoderent, non refugientem gladium, nec vulnera, aut muliebriter vociferantem, sed virorum more fortium, pro gloria veteris prosapiae, morti succumbentem, ut Alexan-
12 drum posses etiam in moriente matre cognoscere. Compsisse insuper exspirans capillos et veste crura contexisse fertur, ne quid posset in corpore eius indecorum videri.
13 Post haec Cassander Thessalonicen, regis Aridaei filiam, uxorem ducit: filium Alexandri cum matre in arcem Amphipolitanam custodiendos mittit.

Cap. VI. §. 9. *Sed Olympias.* *Scheffer* wollte *sed* unnöthiger Weise streichen; es dient hier zur Fortsetzung der Rede. S. z. XI, 5, 2.

§. 12. *Compsisse insuper exspirans capillos.* So lesen mehrere Handschriften, andere *cooperuisse*, oder *composuisse*, wobei es auffallend ist, dass die Herausgeber noch immer die geschmacklose Lesart *insuper exspirans capillis* im Text haben stehen lassen, da die Handschriften zur Genüge zeigen, dass zu Anfange ein Verbum gestanden habe. Ich habe vorläufig *compsisse* aufgenommen, ungeachtet der Bemerkung *Scheffer's:* An ista trucidatione tempus habuerit comendi capillos, ego nescio; multum certe dubito; indem dieser Gelehrte zugleich lesen will: Cooperuisse — *capill*is, os etc. *Oudendorp* zu *Lucan.* VIII, 620 will so lesen: Confossa insuper et exspirans capillis os, *veste crura contexisse fertur.*

§. 13. *regis Philippi filiam.* Ich habe unbedenklich *Philippi* in den Text gesetzt, statt des gewöhnlichen *Aridaei.* Thessalonike war die Tochter Philipps, weshalb Diodorus XIX, 52 dieselbe *τὴν Φιλίππου μὲν θυγατέρα, Ἀλεξάνδρου δὲ ἀδελφὴν ὁμοπάτριον* nennt; vergl. daselbst *c.* 35. Unmöglich kann dieser Irrthum an unserer Stelle von *Iustin* herrühren, da er selbst kurz vorher §. 3 durch *et ipsa clara Philippi patris nomine* dieselbe deutlich als die Tochter Philipps bezeichnet hat.

LIBER XV.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Antigoni bellum adversus socios, in quo Demetrius F. superatur.
2. Cassandri in familiam Alexandri M. saevitia. Antigoni prosperi successus in bello.
3. Lysimachi, Antigono oppositi, virtutes et praeclare gesta.
4. Novus hostis Antigono accedit Seleucus: cuius origo et res gestae subiiciuntur. Antigonus in proelio occumbit.

CAPUT I.

PERDICCA, et fratre eius, Eumene ac Polyperchonte, 1
ceterisque ducibus diversae partis occisis, finitum certamen inter successores Alexandri Magni videbatur; cum repente inter ipsos victores nata discordia est: quippe po- 2
stulantibus Ptolemaeo, et Cassandro, et Lysimacho, *ut pecunia in praeda capta provinciaeque dividerentur*, Antigonus negavit, *se in eius belli praemia socios admissurum, in cuius periculum solus descenderit.* Et ut 3

Lib. XV.

CAP. I. §. 1. *diversae partis.* *Diversus* ist hier nicht *verschieden*, sondern soviel als *contrarius*, *oppositus*, *entgegengesetzt*, *gegenüberstehend*, also *Gegenpartei*, wofür bald darauf §. 9 diversae *factionis* steht. *Sueton*, *Aug.* 51: *quot et quos* diversarum partium *venia et incolumitate donatos.* Vergl. *Herzog.* zu *Sall. Cat.* 5, 8.

§. 2. *in cuius periculum solus descenderit.* *Descendere* wird im figürlichen Sinne oft gebraucht, wenn von einem Uebergang von etwas Besserm zum Schlechtern, von etwas Vortheilhaften zum minder Vortheilhaften, von etwas Leichtern, zum Schwerern und dergleichen die Rede ist, indem hier gleichsam ein Herabsteigen von etwas Höhern zum Niedern statt findet. *Iustin.* XXI, 5, 3: *Ibi humillima quaeque tutissima existimans, in sordidissimam vitae genus* descendit. Daher wird denn *descendere* auch bisweilen von den Leuten gesagt, die an etwas

honestum adversus socios bellum suscipere videretur, divulgat, *se Olympiadis mortem, a Cassandro interfectae, ulcisci velle, et Alexandri regis sui filium cum*
4 *matre obsidione Amphipolitana liberare.* His cognitis, Ptolemaeus et Cassander, inita cum Lysimacho et Seleuco
5 societate, bellum terra marique enixe instruunt. Tenebat Ptolemaeus Aegyptum cum Africae parte maiore, et Cypro, et Phoenice. Cassandro parebat Macedonia cum
6 Graecia. Asiam et partes Orientis occupaverat Antigonus, cuius filius Demetrius prima belli congressione a Pto-
7 lemaeo apud Gamalam vincitur. In quo proelio maior Ptolemaei moderationis gloria, quam ipsius victoriae fuit.
8 Siquidem et amicos Demetrii non solum cum suis rebus, verum etiam additis insuper muneribus, dimisit; et ipsius Demetrii privatum omne instrumentum ac familiam reddi-
9 dit, adiecto honore verborum, *non se propter praedam,*

Schweres gehen, wozu sie sich oft nur ungern und gezwungen entschliessen; oder wie *Gronov* dem *Ernesti* in den Clavis, ohne ihn zu nennen, folgt, zu *Liv. Cp.* 5 sagt: *qui ad gravem aliquam conditionem inviti necessitate veniunt;* wo dieser unter andern folgende Stellen anführt. *Cic. p. Quint.* 16: *Viri boni quum palam fraudantur, quum experiundi potestatis non est, timide tamen et pedetentim istuc* descendunt, *necessitate coacti, inviti;* de Invent. II, 58: *Qua in re vel concedere alteri, vel ad conditionem alterius* descendere, *et in praesentia quiescere, atque aliud tempus exspectare oportebit;* *Liv.* XXIII, 14, 3: *Ad ultimum prope desperatae reipublicae auxilium, quum honesta utilibus cedunt,* descendit. Aus dem Gesagten sind auch die Redensarten *descendere in aciem, proelium, pugnam* etc. zu erklären, weil man von einem sichern Ort an den Ort der Gefahr kommt. Vergl. *Held* zu *Caes. B. G.* V, 29.

§. 8. *adjecto honore verborum.* Gewöhnlich nimmt man *honor verborum* für *verba honorifica* und übersetzt es durch *Compliment*, nach meiner Ansicht unrichtig; denn das würde durch *Verba honoris* bezeichnet werden; auch ist in der Aeusserung des Ptolemäus kein Compliment für den Demetrius enthalten. *Honor verborum* ist die *Ehrenbezeigung, Achtung*, die man durch Worte ausdrückt, insofern man mit Jemanden spricht, oder an ihn schreibt, oder sonst seiner erwähnt. *Sueton. Aug.* 66: *Amicorum tamen suprema iudicia morosissime pensitavit; neque dolore dissimulato, si parcius aut citra* honorem verborum, *neque gaudio, si grate pieque quis se prosecutus fuisset,* d. h. wenn Jemand seine Ehrenbezeigung nicht ausgesprochen hätte. Daher *Liv.*

sed propter dignitatem inisse bellum; indignatum, quod Antigonus, devictis diversae factionis ducibus, solus communis victoriae praemia corripuisset.

Cap. II. Dum haec aguntur, Cassander ab Apollonia 1
rediens, incidit in Autariatas, qui, propter ranarum muriumque multitudinem relicto patriae solo, sedes novas quaerebant: veritus, ne Macedoniam occuparent, facta 2
pactione in societatem eos recipit; agrosque iis ultimos Macedoniae assignat. Deinde, ne Hercules, Alexandri 3
filius, qui fere annos quatuordecim excesserat, favore paterni nominis in regnum Macedoniae vocaretur, occidi eum tacite cum matre Barsine iubet, corporaque eorum terra obrŭi, ne caedes sepultura proderetur; et quasi pa- 4
rum facinoris in ipso primum rege, mox in matre eius Olympiade ac filio admisisset, alterum quoque filium cum 5
matre Roxane pari fraude interficit: scilicet quasi regnum Macedoniae, quod affectabat, aliter consequi, quam scelere non posset. Interea Ptolemaeus cum Demetrio navali 6
proelio, iterato congreditur; et amissa classe, hostique concessa victoria, in Aegyptum refugit. Demetrius filium 7
Ptolemaei Leontiscum, et fratrem Menelaum, amicosque eius cum privati instrumenti ministerio, pari provocatus
antea munere, Aegyptum remittit: et, ut appareret, eos 8
non odio, sed dignitatis gloria accensos, donis muneribusque inter ipsa bella contendebant. Tanto honestius 9
tunc bella gerebantur, quam nunc amicitiae coluntur. Hac victoria elatus Antigonus regem se cum Demetrio 10
filio appellari a populo iubet. Ptolemaeus quoque, ne 11
minoris apud suos auctoritatis haberetur, rex ab exercĭtu cognominatur. Quibus auditis, Cassander et Lysimachus 12
et ipsi regiam sibi maiestatem vindicaverunt. Huius ho- 13

XXV, 17, 5: *Hannibale* omni rerum *et* verborum honore *exsequias celebrante*, er feierte das Leichenbegängniss indem er durch That und Wort seine Ehrenbezeigung ausdrückte; *Liv.* XXVIII, 4, 2, *Scipio, conlaudato fratre, quum, quanto poterat* verborum honore: *Carthagini ab se captae captam ab eo Oringin aequasset* etc.; XXXVII, 37, 3: *Iliensibus* in omni rerum verborum honore *ab se oriundos Romanos praeferentibus.*

noris ornamentis tamdiu omnes abstinuerunt, quamdiu filii
14 regis sui superesse potuerunt. Tanta in illis verecundia
fuit, ut, quum opes regias haberent, regum tamen no-
minibus aequo animo caruerint, quoad Alexandro iustus
15 heres fuit. Sed Ptolemaeus et Cassander, ceterique fa-
ctionis alterius duces, quum carpi se singulos ab Anti-
gono viderent, dum privatum singulorum, non commune
universorum bellum ducunt, nec auxilium ferre alter alteri
16 volunt, quasi victoria unius, non omnium foret; per epi-
stolas se invicem confirmantes, tempus et locum coëundi
17 condicunt, bellumque communibus viribus instruunt. Cui
quum Cassander interesse propter finitimum bellum non
posset, Lysimachum cum ingentibus copiis in auxilium
sociis mittit.

1 Cap. III. Erat hic Lysimachus illustri quidem Mace-
doniae loco natus, sed virtutis experimentis omni nobili-
2 tate clarior: quae tanta in illo fuit, ut animi magnitudine,
philosophia ipsa, viriumque gloria omnes, per quos
3 Oriens domitus est, vicerit. Quippe quum Alexander
Magnus Callisthenem philosophum, propter salutationis
Persicae interpellatum morem, insidiarum, quae sibi pa-
4 ratae fuerant, conscium fuisse iratus finxisset; eumque,
truncatis crudeliter omnibus membris, abscisisque auribus,

Cap. II. §. 15. *bellum ducunt.* Man hüte sich *bellum ducere* für *bellum gerere* nehmen zu wollen, wie dies einige Gelehrte wirklich gethan haben, *bellum ducere* heisst bei den classischen Schriftstellern immer *den Krieg in die Länge ziehen*, niemals *Krieg führen*, was durch *bellum gerere* ausgedrückt wird. *Corn. Nep. Alcib.* 8, 1: *qui in eo erat occupatus, ut bellum cum diutissime* duceret. Da nun aber *bellum ducere* in der angegebenen Bedeutung hier nicht passend gesetzt ist, so trete ich der Meinung *Scheffer's* bei, welcher *ducunt* durch *putant* erklärt, wie II, 9, 10 vorkommt. Sie glaubten, dass der Krieg, den Antigonus mit einem von ihnen führte, nicht sie alle betreffe, und leisteten deshalb keiner dem andern Hülfe.

Cap. III. §. 4. *abscissisque auribus.* Gewöhnlich wird *abscissis*, von *abscindo*, gelesen, und so werden fast überall die Verba *abscindere* und *abscidere* an den einzelnen Stellen verwechselt. Den Unterschied dieser beiden Verba hat *Herzog* zu *Caes. B. G.* III, 14 sehr richtig angegeben. *Abscidere*, wird von dem *Abschneiden*, *Abhauen*, überhaupt von jeder Trennung durch ein *scharfes* Instrument; *abscindere* dagegen vom

ac naso, labiisque, deforme ac miserandum spectaculum reddidisset, insuper cum cane in cavea clausum, ad me- 5
tum ceterorum, circumferret: tunc Lysimachus, audire 6
Callisthenem, et praecepta ab eo virtutis accipere solitus, misertus tanti viri, non culpae, sed libertatis poenas pendentis, venenum ei in remedium calamitatium dedit. Quod 7
adeo aegre Alexander tulit, ut eum obiici ferocissimo leoni iuberet. Sed quum ad conspectum eius concitatus 8
leo impetum fecisset, manum amiculo involutam Lysimachus in os leonis immersit, adreptaque lingua, feram exanimavit. Quod quum nuntiatum regi esset, admiratio in 9
satisfactionem cessit; carioremque eum propter constantiam tantae virtutis habuit. Lysimachus quoque magno animo 10
regis, veluti parentis, contumeliam tulit. Denique omni 11
ex animo huius facti memoria exturbata, postea in India insectanti regi quosdam palantes hostes, quum a satellitum turba equi sui celeritate desertus esset, solus ei per immensas arenarum moles cursus comes fuit. Quod idem 12
antea Philippus frater eius quum facere voluisset, inter manus regis exspiraverat. Sed Lysimachum desiliens equo 13
Alexander hastae cuspide ita in fronte vulneravit, ut sanguis aliter cludi non posset, quam diadema sibi demptum rex, alligandi vulneris causa, capiti eius imponeret. Quod 14
auspicium primum regalis maiestatis Lysimacho fuit. Sed 15
et post mortem Alexandri, quum inter successores eius provinciae dividerentur, ferocissimae gentes quasi omnium

Abreissen gebraucht. Demnach wird an unserer Stelle *abscisis*, wie in alten Ausgaben und nach *Duker* zu *Liv.* XXXI, 34, 4 in einer Duisburger Handschrift steht, vorgezogen werden müssen. Vergl. *Drakenborch* zu *Liv.* XXXI, 34, 4. *Duker* zu *Flor.* II, 2, 2. *Ruhnken* zu *Velleii. Pat.* II, 27, *p.* 159.

§. 8. *adreptaque lingua.* Andere Herausgeber haben eine andere Lesart, a b*reptaque lingua* aufgenommen; man hat nicht nöthig, von der aufgenommenen abzugehen.

§. 11. *cursu comes.* Diese Lesart ist, obgleich sie nur in einer Handschrift gefunden wird, sicher die richtigere. Die folgende Zusammenstellung mit Philipp, von dessen Begleitung des Alexander zu Fuss *Curt.* VIII, 2 umständlichere Nachricht giebt, zeigt deutlich, dass auch Lysimachus den Alexander zu Fuss begleitete.

16 fortissimo assignatae sunt: adeo etiam consensu universorum palmam virtutis inter ceteros tulit.

1 Cap. IV. Priusquam bellum inter Ptolemaeum sociosque eius adversus Antigonum committeretur, repente ex Asia maiore digressus Seleucus, novus Antigono hostis ac-
2 cesserat. Huius quoque et virtus clara, et origo admira-
3 bilis fuit. Siquidem mater eius Laudice, quum nupta esset Antiocho, claro inter Philippi duces viro, visa est sibi
4 per quietem ex concubitu Apollinis concepisse: gravidamque factam, munus concubitus annulum a Deo accepisse, in cuius gemma ancora sculpta esset; iussaque do-
5 num filio, quem peperisset, dare. Admirabilem fecit hunc visum et annulus, qui postera die, eiusdem sculpturae, in lecto inventus est; et figura ancorae, quae in fe-
6 more Seleuci nata cum ipso parvulo fuit. Quamobrem Laudice annulum Seleuco, eunti cum Alexandro Magno
7 ad Persicam militiam, edocto et origine sua, dedit. Ubi post mortem Alexandri, occupato regno Orientis, urbem condidit, ibique geminae originis memoriam consecravit.
8 Nam et urbem ex Antiochi patris nomine Antiochiam vo-
9 cavit, et campos vicinos urbi Apollini dicavit. Originis

§. 16. *palmam virtutis inter ceteros tulit.* S. d. *Anmerk.* zu XII, 6, 3.

Cap. IV. §. 4. *gravidamque factam — iussaque.* Eine sonderbare Verbindung: Man sollte entweder *gravida que facta*, oder nachher *iussam que* erwarten. Der Acc. c. Inf. ist entstanden, dass der Schriftsteller dem Sinne nach construirte, und weniger auf das vorhergehende *visa sibi est* Rücksicht nahm. Auch wir fangen oft in solchen Fällen dergleichen Sätze mit einem *dass* an; so dass uns dieser Accusativ weit weniger auffällt, als der folgende Nominativ *iussa*, der sich nun wieder an *visa est* anschliesst. *Cic. Tusc.* V, 8: *Mihi non* videbatur quisquam *esse beatus posse, quum in malis esset; in malis autem* sapientem *esse posse. Sueton. Oth. c.* 7: Dicitur — pavefactus *gemitus maximos* edidisse — *postridie quoque — graviter* prolapsum *itidem obmurmurasse.* Ebenso im Griechischen. *Parthen. c.* 31: λέγεται Δεμοίτην ἁρμόσασθαι μὲν Εὐῶπιν, αἰσθανόμενος δὲ συνοῦσαν αὐτὴν τἀδελφῷ δηλῶσαι. Apollon. hist. mir. c. 5: ἱστορεῖται — τούτου συμβάντος, μεγάλην δόξαν αὐτὸν ἀπενέγκασθαι· πάλιν δὲ εἰς Σάμον πορευόμενος εἰς τὸ τῆς Ἥρας ἱερὸν, ἰδεῖν πλοῖον, welche Stellen *Krüger* über die Attraction *p.* 433 anführt, welcher überhaupt zu vergleichen ist.

eius argumentum etiam in posteris mansit: siquidem filii nepotesque eius ancoram in femore, veluti notam generis naturalem habuere. Multa in Oriente, post divisionem10 inter socios regni Macedonici, bella gessit. Principio11 Babyloniam cepit: inde auctis ex victoria viribus, Bactrianos expugnavit. Transitum deinde in Indiam fecit, quae12 post mortem Alexandri, veluti cervicibus iugo servitutis excusso, praefectos eius occiderat. Auctor libertatis San-13 drocottus fuerat; sed titulum libertatis post victoriam in servitutem verterat: siquidem occupato regno, populum,14 quem ab externa dominatione vindicaverat, ipse servitio premebat. Fuit hic quidem humili genere natus, sed ad15 regni potestatem maiestate numinis impulsus: quippe16 quum procacitate sua Alexandrum regem offendisset, interfici a rege iussus, salutem pedum celeritate quaesierat.17 Ex qua fatigatione quum somno captus iaceret, leo ingentis formae ad dormientem accessit, sudoremque profluentem lingua ei detersit, expergefactumque blande reliquit. Hoc prodigio primum ad spem regni impulsus,18 contractis latronibus, Indos ad novitatem regni sollicitavit. Molienti deinde bellum adversus praefectos Alexandri,19 elephantus ferus infinitate magnitudinis ultro se obtulit, et veluti domita mansuetudine eum tergo excepit, duxque belli et proeliator insignis fuit. Sic acquisito regno, San-20 drocottus ea tempestate, qua Seleucus futurae magnitu-

§. 19. *domita mansuetudine.* Mirum epitheton, sagt *Scheffer*, num enim mansuetudo etiam indomita? Demnach vermuthet dieser Gelehrte dass Iustin *domitus a mansuetudine* geschrieben habe. Ansprechender mindestens ist die Aenderung eines andern Gelehrten, *domitus ad mansuetudinem*, wie es heisst bei *Curt.* IX, 8: *utrumque animal ad mansuetudinem domitum.* Ich wage nicht die Stelle zu ändern.

§. 20. *ea tempestate.* So steht *tempestas* häuffg bei *Iustin* und den übrigen Historikern für *tempus*, von dem es aber darin unterschieden ist, dass es gemeiniglich einen *Zeitraum*, *eine Periode* bezeichnet, wofür Cicero *tempora* (his temporibus) gebraucht, obgleich er diesen Gebrauch von *tempestas* in seinem Werke *de Orat.* III, 38 nicht verwirft. Indess muss man gestehen, dass auch diese Bedeutung eines *Zeitraums* nicht immer darin liegt. *Corte* zu *Sall. Iug.* 73, 7 führt schon eine Stelle an aus *Varro.* VI, 3: *Libri augurum pro tempore* tempestatem

21 dinis fundamenta iaciebat, Indiam possidebat: cum quo facta pactione Seleucus, compositisque in Oriente rebus, 22 in bellum Antigoni descendit. Adunatis igitur omnium sociorum copiis, proelium committitur: in eo Antigonus 23 occiditur, Demetrius filius eius in fugam vertitur. Sed socii, profligato hostili bello, denuo in semet ipsos arma verterunt; et, quum de praeda non convenirent, iterum 24 in duas factiones diducuntur. Seleucus Demetrio, Ptolemaeus Lysimacho, iunguntur. Cassandro defuncto Phi- 25 lippus filius succedit. Sic quasi ex integro nova Macedoniae bella nascuntur.

dicunt; itaque in XII tabulis: solis occasus diei suprema tempestas *est.*

§. 23. *in duas factiones diducuntur.* S. d. *Anmerk.* zu XXXX, 4, 2: diductis *Macedonibus in bellum civile.*

LIBER XVI.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Antipater, Cassandri filius, fit parricida. Demetrius Alexandrum, Cassandri filium, interficit, et Macedoniam occupat.
2. Demetrius proelio fusus fugatur. Antipater parricida foede perit. In Cassandri familiam numinis vindicta. Ptolemaei placidum fatum.
3. Bellum Pyrrhi et Lysimachi. De Heracleae origine et statu digressio.
4. Clearchi, tyranni Heracliensis, artes.
5. Quibus rationibus Clearchus tyrannidem firmaverit. Clearchus tandem a Chione et Leonide, iuvenibus nobilissimis, obtruncatur. Post Clearchi supplicium Heracleae conditio.

CAPUT I.

Post Cassandri regis filiique eius Philippi continuas mortes, Thessalonice regina, uxor Cassandri, non magno 1
post tempore, ab Antipatro filio, quum vitam etiam per ubera materna deprecaretur, occiditur. Causa parricidii 2
fuit, quod post mortem mariti, in divisione inter fratres regni, propensior fuisse Alexandro videbatur. Quod fa- 3
cinus eo gravius omnibus visum est, quod nullum maternae fraudis vestigium fuit. Quamquam in parricidio nulla 4
satis iusta causa ad sceleris patrocinia praetexi potest. Ob 5
haec igitur Alexander, in ultionem maternae necis gesturus cum fratre bellum, auxilium a Demetrio petit: nec 6
Demetrius, spe invadendi Macedonici regni, moram fecit.

Lib. XVI.

Cap. I. §. 2. *Propensior fuisse Alexandro.* So ist jetzt die richtige Lesart aus den Handschriften hergestellt; sonst fand sich hier der Barbarismus pro *Alexandro.* Gemeiniglich wird *propensus* mit *in* und dem Accusativ, bei Personen; bei Sachen aber mit *ad* construirt; doch findet sich bisweilen auch der Dativ. *Valer. Max.* I, 8, 2: *ut ceterorum quoque Deorum* propensum huic urbi numen *exsequamur.*

7 Cuius adventum verens Lysimachus, persuadet genero suo
Antipatro, ut malit cum fratre in gratiam reverti, quam
8 paternum hostem in Macedoniam admitti. Inchoatam
igitur inter fratres reconciliationem quum praesensisset De-
9 metrius, per insidias Alexandrum interficit; occupatoque
Macedoniae regno, caedem apud exercitum excusaturus,
10in concionem vocat. Ibi *priorem se petitum ab Alexan-*
11*dro* allēgat; *nec fecisse se, sed occupasse insidias. Re-*
gem autem se Macedoniae vel aetatis experimentis, vel
12*causis iustiorem esse. Patrem enim suum et Philippo*
regi et Alexandro Magno socium in omni militia fuisse;
13*liberorum deinde Alexandri ministrum, et ad perse-*
14*quendos defectores ducem exstitisse. Contra, Antipa-*
trum, avum horum adolescentium, amariorem semper
15*ministrum regni, quam ipsos reges fuisse. Cassandrum*
vero patrem, exstinctorem regiae domus, non feminis,
non pueris pepercisse; nec cessasse, quoad omnem stir-
16*pis regiae subolem deleret. Horum scelerum ultionem,*
quia nequisset ab ipso Cassandro exigere, ad liberos
17*eius translatam. Quamobrem etiam Philippum, Ale-*
xandrumque, si quis manium sensus est, non interfe-

§. 9. *in concionem vocat.* Dafür heisst es vollständiger XIV, 1, 10: *vocatis ad concionem militibus.* Man hüte sich aber die Präposition *in* mit *Faber* streichen zu wollen; denn oft wird *vocare in concionem* absolut, ohne Objectsaccusativ gebraucht, für *convocare concionem.* Auf dieselbe Weise findet man *in senatum, ad consilium vocare*, welche Redensarten von *Gronov* an mehreren Stellen dem Livius wiedergegeben worden sind. Siehe diesen Gelehrten zu *Liv.* II, 55, 10; XXIV, 28, 1; XLIV, 37, 13.

§. 15. *stirpis regiae subolem.* Andere Ausgaben lesen *stirpem regiae subolis.* Dagegen vergl. *Liv.* XXXIX, 24: *Non* subolem *tantum* stirpis *parabat. Curt.* IV, 14: *Matrem meam, duas filias, Ochum in spem huius imperii genitum, illos principes,* illam subolem regiae stirpis, *duces vestros regum instar vinctos habet.*

§. 17. *si quis manium sensus est.* Wir würden *esset* setzen; und so wollte auch *Faber* wirklich lesen. Allein dieser Gelehrte übersah, dass Iustin oft die Oratio indirecta und directa vermische. So hatten wir XI, 15, 9: *Quamobrem gratiam illis eam futuram, quam ipse victor* volet. *Alexandro se referre, quam solam moriens* potest, *gratiam.* S. die *Anmerk.* zu IX, 2, 11.

ctores suos, ac stirpis suae, sed ultores eorum, Macedoniae regnum tenere malle. Per haec mitigato po- 18
pulo, rex Macedoniae appellatur. Lysimachus quoque, 19
quum bello Dromichaetis, regis Thracum, premeretur, ne eodem tempore et adversus eum dimicare necesse haberet, tradita ei altera parte Macedoniae, quae Antipatro eius genero obvenerat, pacem cum eo fecit.

Cap. II. Igitur Demetrius, totis Macedoniae regni vi- 1
ribus instructus, quum Asiam occupare statuisset, iterato Ptolemaeus, Seleucus, et Lysimachus, experti priore certamine, quantae vires essent concordiae, pacta societate adunatisque exercitibus, bellum adversus Demetrium transferunt in Europam. His comitem se et belli socium 2
iungit Pyrrhus, rex Epiri, sperans non difficilius Demetrium amittere Macedoniam posse, quam acquisierat. Nec 3
spes frustra fuit: quippe exercitu eius corrupto, ipsoque in fugam acto, regnum Macedoniae occupavit. Dum 4
haec aguntur, Lysimachus generum suum Antipatrum, regnum Macedoniae ademtum sibi fraude soceri querentem, interficit; filiamque suam Eurydicen, querelarum sociam, in custodiam tradit: atque ita universa Cassandri 5
domus Alexandro Magno seu necis ipsius, seu stirpis exstinctae poenas, partim caede, partim supplicio, partim parricidio luit. Demetrius quoque a tot exercitibus cir- 6
cumventus, quum posset honeste mori, turpiter se dedere Seleuco maluit. Finito bello, Ptolemaeus cum magna rerum gestarum gloria moritur. Is contra ius gentium mi- 7
nimo natu ex filiis ante infirmitatem regnum tradiderat, eiusque rei populo rationem reddiderat: cuius non minor 8
favor in accipiendo, quam patris in tradendo regno, fuerat. Inter cetera patris et filii mutuae pietatis exempla, 9
etiam ea res amorem populi iuveni conciliaverat, quod pater, regno in publice tradito, privatus officium regi inter satellites fecerat, omnique regno pulchrius regis esse patrem duxerat.

Cap. III. Sed inter Lysimachum et Pyrrhum regem, 1
socios paullo ante adversus Demetrium, assiduum inter pares discordiae malum bellum moverat. Victor Lysima- 2

3 chus, pulso Pyrrho, Macedoniam occupaverat. Inde Thraciae, ac deinceps Heracleae bellum intulerat, cuius
4 urbis et initia et exitus admirabiles fuere: quippe Boeotiis pestilentia laborantibus oraculum Delphis responderat, *coloniam in Ponti regione sacram Herculi conderent.*
5 Quum propter metum longae ac periculosae navigationis, mortem in patria omnibus praeoptantibus, res omissa es-
6 set, bellum his Phocenses intulerunt: quorum quum adversa proelia paterentur, iterato ad oraculum decurrunt: responsum, *idem belli quod pestilentiae remedium fore.*
7 Igitur conscripta colonorum manu, in Pontum delati, urbem Heracleam condiderunt; et quoniam fatorum auspiciis in eas sedes delati erant, brevi tempore magnas
8 opes paravere. Multa deinde huius urbis adversus finitimos bella, multa etiam domesticae dissensionis mala fuere. Inter cetera magnifica vel praecipue illud memorabile fuit.
9 Quum rerum potirentur Athenienses, victisque Persis Graeciae et Asiae tributum in tutelam classis descripsissent, omnibus cupide ad praesidium salutis suae conferentibus, soli Heraclienses ob amicitiam regum Persicorum
10 collationem abnuerant. Missus itaque ab Atheniensibus Lamachus cum exercitu ad extorquendum quod negabatur, dum, relictis in litore navibus, agros Heracliensium populatur, classem cum maiore parte exercitus naufragio
11 repentinae tempestatis amisit. Itaque quum neque mari posset, amissis navibus, neque terra auderet cum parva manu inter tot ferocissimas gentes reverti; Heraclienses honestiorem beneficii, quam ultionis occasionem rati, in-

Cap. III. §. 9. *in tutelam classis.* *Vorstius* fasst hier den Begriff von *tutela classis* zu enge, indem er darunter die blosse *Instandhaltung*, *Reparirung* der Flotte versteht. So wie von dem Staate *tueri classem* gesagt wird, insofern derselbe dafür sorgt, dass zur Ausrüstung und Bemannung der Flotte alles Nöthige angeschafft, und dieselbe überhaupt mit allen dem versehen wird, wodurch sie ihre Bestimmung erreichen kann, so begreift auch *tutela classis* alles das in sich, was zur völligen Ausrüstung und Erhaltung der Flotte gehört. Häufiger wird das Verbum *tueri* in dem Sinne der Erhaltung, Unterhaltung gebraucht, seltener und nur bei spätern Schriftstellern das Substantiv *tutela*. Vergl. *Duker* zu *Liv.* XXXIV, 6, 12.

structos commeatibus auxiliisque dimittunt; bene agrorum 12
suorum populationem impensam existimantes, si quos hostes habuerant, amicos reddidissent.

CAP. IV. Passi sunt inter plurima mala etiam tyranni- 1
dem: siquidem quum plebs et novas tabulas, et divisio- 2
nem agrorum divitum impotenter flagitaret, diu re in se- 3
natu tractata, quum exitus rei non inveniretur, ad postremum adversus plebem nimio otio lascivientem auxilia a Timotheo Atheniensium duce, mox ab Epaminonda Thebanorum petivere. Utrisque negantibus, ad Clearchum, 4
quem ipsi in exsilium egerant, decurrunt. Tanta cala- 5
mitatum necessitas fuit, ut, cui patriam interdixerant, eum ad tutelam patriae revocarent. Sed Clearchus exsilio fa- 6
cinorosior redditus, et dissensionem populi occasionem invadendae tyrannidis existimans, primo tacitus cum Mithridate, civium suorum hoste, colloquitur, et inĭta societate paciscitur, et revocatus in patriam, prodita ei urbe, praefectus eius constitueretur. Postea autem insidias, quas 8
civibus paraverat, in ipsum Mithridatem verterat. Nam- 9
que quum velut arbiter civilis discordiae de exsilio reversus

CAP. IV. §. 3. *exitus rei.* *Gronov* wollte *rei* streichen, wahrscheinlich, weil es kurz vorher gegangen war. Allein dergleichen Wiederholungen eines und desselben Wortes sind nicht selten. So XXIX, 4, 9: *Quibus tot tantisque* rebus *obsessus, cui* rei *primum occurreret, ambigebat.* *Liv.* I, 24, 1: *Nec ferme* res *antiqua alia est nobilior; tamen in* re *tam clara nominum error manet.* *Auct. ad Her.* IV, 3: *Non ausim dicere, sed tamen vereor, ne, qua in* re *laudem modestiae venentur, in ea ipsa* re *sint impudentes.* Mehrere Beispiele liefert *Drakenb.* zu *Liv.* I, 3, 9; *c.* 53, 4; II, 18. *p.* 150; XLII, 17, 7.

ad postremum. In den gewöhnlichen Ausgaben fehlt hier, wie XXXIX, 2, 8 die Präposition, indem die Herausgeber beides für gleich gehalten haben. *Ad postremum* heisst *zuletzt;* aber *postremum zum letzten Mal,* wie XIV, 3, 12: *petit, ut* postremum *sibi alloqui exercitum liceret.* *Terent. And.* II, 1, 22: *Si id facis, hodie* postremum *me vides.* Ebenso wird *ultimum* gebraucht. *Curt.* V, 12, 8: ultimum *illum visurus amplectitur.* Indess steht bisweilen *postremum* auch für *ad postremum.* Aus Justin sind mir keine sicheren Beispiele erinnerlich; denn die Stelle XXXI, 5, 1: *omnibusque perrogatis* postremum *interrogasse,* darf nicht hierher gerechnet, sondern kann anders aufgefasst werden. S. *Drakenb.* zu *Liv.* XL, 42, 10; XLV, 19, 15. *Oudendorp.* zu *Appulei. Met.* VIII, 172. *p.* 581.

esset, statuto tempore, quo urbem Mithridati traderet, ipsum cum amicis suis cepit; captumque, accepta ingenti pecunia, dimisit. Atque ut in illo subitum se ex socio fecit hostem, sic ex defensore senatoriae causae repente patronus plebis evasit; et adversus auctores potentiae suae, a quibus revocatus in patriam, per quos in arce collocatus fuerat, non solum plebem accendit, verum etiam nefandissima quaeque tyrannicae crudelitatis exercuit. Igitur populo ad concionem vocato, *neque se adfuturum amplius grassanti in populum senatui* ait; *intercessurum etiam, si in pristina saevitia perseveret: quod si pares se crudelitati senatorum arbitrarentur, abiturum cum militibus suis, neque civilibus discordiis interfuturum: sin vero diffidant viribus propriis, vindictae se civium non defuturum. Proinde consulant sibi ipsi: iubeant abire se, an malint causae popularis socium remanere.* His verbis sollicitata plebs summum ad eum imperium defert; et dum senatus potentiae irascitur, in servitutem se tyrannicae dominationis cum coniugibus et liberis tradit. Igitur Clearchus sexaginta senatores comprehensos (nam ceteri in fugam dilapsi erant) in vincula compingit. Laetari plebs, quod a duce potissimum senatorum senatus deleretur, versaque vice auxilium eorum in exitium conversum esset. Quibus dum mortem passim omnibus minatur, cariora eorum pretia facit: siquidem Clearchus magna pecunia, quasi minis populi occulte eos subtracturus, accepta, spoliatos fortunis vita quoque spoliavit.

1 Cap. V. Cognito deinde, quod bellum sibi ab iis, qui profugerant, misericordia in auxilium sollicitatis civi-
2 tatibus, pararetur, servos eorum manumittit; et, ne quid mali afflictis honestissimis domibus deesset, uxores eorum

Cap. V. §. 2. *ne quid mali — deesset.* Durch diese Formel wird gleichsam auf das möglichst vollständige Maass eines Zustandes hingedeutet, wie X, 3, 5: *Darii nomine*, ne quid regiae maiestati deesset, *honoratus.* XXIX, 1, 7: ne qua temporibus mutatio deesset, *apud Carthaginienses quoque aetate immatura dux Annibal constituitur.* Und so wird diese Formel besonders zur Bezeichnung eines grossen Uebelstandes angewendet, wie an unserer Stelle. Vergl. XXXV, 1, 7: *ne quid contumeliae deesset. Flor.* II, 19, 3: *ne quid tur-*

filiasque nubere servis suis, proposita recusantibus morte, compellit, ut eos sibi fidiores, et dominis infestiores red- 3
derent. Sed matronis tam lugubres nuptiae graviores re-
pentinis funeribus fuere. Itaque multae se ante nuptias, 4
multae in ipsis nuptiis, occisis prius novis maritis, interfi-
ciunt, et se tam funestis calamitatibus, virtute ingenui
pudoris, eripiunt. Proelium deinde committitur: quo 5
victor tyrannus captivos senatores in triumphi modum per
ora civium trahit. Reversus in urbem, alios vincit, tor- 6
quet alios, alios occidit: nullus locus urbis a crudelitate
tyranni vacat. Accedit saevitiae insolentia, crudelitati ar- 7
rogantia. Interdum ex successu continuae felicitatis obli- 8
viscitur se hominem: interdum Iovis se filium dicit. Eunti 9
per publicum aurea aquila velut argumentum generis
praeferebatur: veste purpurea, et cothurnis regum tragi-10
corum, et aurea corona utebatur: filium quoque suum11
Ceraunon vocat, ut Deos non mendacio tantum, verum
etiam nominibus illūdat. Haec illum facere duo nobilis-12
simi iuvenes Chion et Leonides indignantes, patriam libe-
raturi in necem tyranni conspirant. Erant hi discipuli13
Platonis philosophi, qui virtutem, ad quam quotidie
praeceptis magistri erudiebantur, patriae exhibere cupien-
tes, quinquaginta cognatos, veluti clientes, in insidiis lo-
cant. Ipsi more iurgantium ad tyrannum, veluti ad regem,14

pitudini desit: III, 19, 6: *regiisque*, ne quid malis deesset, *de-coratus insignibus;* vergl. IV, 5, 52. *Vellei. Pat.* II, 26, 2: Ne quid usquam malis publicis deesset, *in qua civitate semper virtutibus certatum est, certabatur sceleribus*, wo *Ruhnken* diese und ähnliche Formeln mit mehreren Beispielen erläutert hat.

§. 5. *per ora civium.* Vor den Augen, zur Schau der Bürger. Ebenso heisst es XXXVI, 1, 5: *Ad postremum tamen pacis simulatione deceptus capitur traductusque* per ora *civitatium populis, qui desciverant, in ludibrium favoris ostenditur;* und bei *Sall. Iug.* 31, 10: *Incedunt* per ora *vestra magnifice.* Daher bei *Senec. de Benef.* VII, 19: in ore *parentum filios iugulat. Virg. Aen.* I, 95: *Quis* ante *ora patrum — contigit oppetere. Cic. Verr.* II, 33, 81: in ore *atque in oculis provinciae gesta sunt. p. Rosc. Am.* 6, 16: *in foro et* in ore *omnium quotidie versabatur. p. Deiot.* 2, 5: *In tuis oculis*, in tuo ore *vultuque acquiesco.* Und so ist *in ore agere* bei Tacitus oft soviel, als *in conspectu esse.* S. *Lipsius* zu *Tacit. Hist.* III, 36.

15 in arcem contendunt: qui iure familiaritatis admissi, dum alterum priorem dicentem intentus audit tyrannus, ab al-
16 tero obtruncatur. Sed et ipsi, sociis tardius auxilium
17 ferentibus, a satellitibus obruuntur. Quare factum est, ut tyrannus quidem occideretur, sed patria non liberare-
18 tur. Nam frater Clearchi Satyrus eadem via tyrannidem invadit; multisque annis, per gradus successionis, Heraclienses regnum tyrannorum fuere.

§. 15. *qui iure familiaritatis admissi.* *Gronov* wollte *quibus — admissis* ändern. Allein es findet hier ein Anakoluthon statt; der Schluss des Satzes passt nicht zu dem Anfange; man hätte erwarten sollen: *qui admissi* — tyrannum obtruncant. Ebenso *Corn. Nep. Ages.* 6, 1: Quo ne proficisceretur, *quum a plerisque ad exeundum premeretur, ut si de exitu divinaret, exire noluit.* Vergl. *Bremi* zu *Corn. Nep. Epam.* 4, 3. Zur Vergleichung ist *Eumen.* 2, 1 nachzulesen.

§. 18. *regnum tyrannorum.* Gewöhnlich lies't man *sub regno;* die aufgenommene Lesart geben die meisten und besten Handschriften. Auf gleiche Weise sagt *Liv.* XXIX, 32, 14: *Masaesylorumque fines* (id *Syphacis* regnum *erat*) *vastaret.* XXX, 11, 1: Massyli, regnum *paternum Masinissae.*

LIBER XVII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Lysimachi regis tragoedia.
2. Idem amissis quindecim liberis in proelio occumbit. Seleucus per insidias occiditur a Ptolemaeo. Ptolemaeus principum amicitiam, praesertim Pyrrhi, sibi conciliat.
3. De Epirotarum regno, eiusdemque origine ac regibus digressio. Pyrrhi varia fortuna.

CAPUT I.

Per idem ferme tempus in Hellesponti et Chersonesi re- 1
gionibus terrae motus fuit: maxime tamen Lysimachia 2
urbs, ante duos et viginti annos a Lysimacho rege condita,
eversa est. Quod portentum dira Lysimacho stirpique 3
eius, ac regni ruinam cum clade vexatarum regionum por-
tendebat. Nec ostentis fides defuit: nam brevi post tem- 4
pore Agathoclem filium suum, quem in successionem
regni ordinaverat, per quem multa bella prospere gesse-
rat, non solum ultra patrium, verum etiam humanum
ultra morem perosus, ministra Arsinoë noverca, veneno
interfecit. Haec illi prima mali labes, hoc initium im- 5
pendentis ruinae fuit. Nam parricidium principum secutae 6
caedes sunt, luentium supplicia, quod occisum iuvenem
dolebant. Itaque et hi, qui caedibus superfuerant, et 7

Lib. XVII.

Cap. I. §. 3. *portentum — portendebat.* Gegen *Faber's* unnöthige Aenderung *significabat*, vergl. XII, 16, 6: quod omen *universarum terrarum victoriam infanti* portendebat. XL, 2, 1: Quod prodigium *mutationem rerum* portendere *aruspices responderunt.*

§. 7. *superfuerant.* Statt *supererant*, das Plusquamperfectum statt des Imperfectums. *Bremi* zu *Corn. Nep. Them.* 8, 3: *ad Admetum, Molossorum regem, cum quo ei hospitium* fuerat, *confugit,* bemerkt: „*Fue-*

hi, qui exercitibus praeerant, certatim ad Seleucum de-
8 ficiunt; eumque pronum iam ex aemulatione gloriae, bel-
9 lum Lysimacho inferre compellunt. Ultimum hoc certa-
men commilitonum Alexandri fuit, et, velut ad exemplum
10 fortunae, par reservatum. Lysimachus quatuor et septua-
ginta annos natus erat, Seleucus septem et septuaginta.
11 Sed in hac aetate utrique animi iuveniles erant, imperii-
12 que cupiditatem insatiabilem gerebant: quippe quum or-
bem terrarum duo soli tenerent, angustis sibi metis in-
clusi videbantur, vitaeque finem non annorum spatio, sed
imperii terminis metiebantur.

1 Cap. II. In eo bello Lysimachus, amissis ante variis
casibus quindecim liberis, non instrenue moriens, postre-
2 mus domus suae ruinae cumulus accessit. Laetus tanta
victoria Seleucus, et quod maius victoria putabat, solum
se de cohorte Alexandri remansisse, victoremque victo-
rum exstitisse, *non humanum esse opus, sed divinum*
3 *munus*, gloriatur; ignarus prorsus, non multo post fragili-
4 tatis humanae se ipsum exemplum futurum: quippe post
menses admodum septem a Ptolemaeo, cuius sororem
Lysimachus in matrimonio habuerat, per insidias circum-
5 ventus occiditur; regnumque Macedoniae, quod Lysima-
6 cho eripuerat, cum vita pariter amittit. Igitur Ptole-
maeus quum et in gratiam memoriae magni Ptolemaei pa-

rat ist hier was *erat*. *Fr. Heusinger* macht zu *Cic. Off.* III, 21, 4 die Bemerkung *fuo* habe nach der Analogie seines griechischen Stammwortes φύω im Plusquamperfectum etwa die Bedeutung *eram*, wie ἐπεφύκειν. Er führt zu viele Beispiele an, als dass eine besonnene Kritik sie verwerfen könnte. Auch unser Schriftsteller liefert uns wenigstens noch ein Beispiel. *Att.* 7, 1: *Quae amicis suis opus* fuerant *ad Pompeium proficiscentibus, omnia ex sua re familiari dedit.*" Indess scheint doch bei diesem Plusquamperfectum ein früherer Zeitpunkt ohne Schwierigkeit angenommen werden zu können. So offenbar an der oben angeführten Stelle aus Cornel; wo *fuerat* auf den frühern gastfreundlichen Umgang deutet. *Iustin* XVIII, 7, 2: *ducem suum Malchum — cum parte exercitus quae* superfuerat, *exulare iusserunt*; vergl. XII, 1, 2; XIX, 2, 10; XXVIII, 4, 12. *Cic. Off.* II, 1, 4: *Posteaquam honoribus inservire coepi meque totum reipublicae tradidi, tantum erat philosophiae loci, quantum* superfuerat *amicorum et reipublicae temporibus.*

tris, et in favorem ultionis Lysimachi ambitiosus ad popu-
lares esset, primo Lysimachi filios conciliare sibi statuit;
nuptiasque Arsinoës sororis suae, matris eorum, petit, 7
puerorum adoptione promissa; ut, quum in locum patris 8
eorum successisset, nihil illi moliri vel verecundia matris,
vel appellatione patris auderent. Fratris quoque regis 9
Aegypti concordiam per epistolas deprecatur, professus,
deponere se offensam erepti paterni regni, neque am-
plius a fratre quaesiturum, quod honestius a paterno 10
hoste perceperit: omnique arte adulatur Eumeni et An-
tigono, Demetrii filiis, Antiocho, filio Seleuci, cum qui-
bus bellum habiturus erat, ne tertius sibi hostis accederet.
Sed nec Pyrrhus rex Epiri omissus, ingens momentum 11
futurus, utri parti socius accessisset: qui et ipse spoliare 12
singulos cupiens, omnibus se partibus venditabat. Itaque 13
Tarentinis adversus Romanos laturus auxilium, ab Anti-
gono naves ad exercitum in Italiam deportandum mutuo
petit, ab Antiocho pecuniam, qui opibus, quam militi-

Cap. II. §. 6. *ad populares.* So lies't man jetzt statt *apud.* *Ad* ist oft soviel als *apud*, insofern es die Nähe, oft die höchste Nähe bezeichnet. *Liv.* II, 10, 11: *Rem ausus plus famae habituram* ad *posteros, quam fidei.* XXIX, 22, 8: *Memoria absentis Scipionis favorem* ad *vulgum concialabat.* XXXIII, 46, 7: *Quantam eo facto* ad *plebem inierat gratiam.* Daher bisweilen bei Ortsbestimmungen fast gleichbedeutend mit *in.* *Cic. p. Rosc. Am.* 15, 44: *ut esset in agro ac tantummodo aleretur* ad *villam*, wo *Matthiae* zu vergleichen ist. Mehrere Beispiele bei *Drakenb.* zu *Liv.* VII, 7, 4 und *Abr. Gronov* zu unserer Stelle.

§. 10. *adulatur Eumeni etc.* Die Verdorbenheit der Stelle leuchtet auf den ersten Blick ein. *Fr. Gronov* wollte lesen: *Adulatur Nicomedi, ne cum Antigono Demetrii, Antiocho Seleuci filiis bellum habituro tertius sibi hostis accederet.* Ohne das Anstössige dieser Lesart, was in *filiis* liegt, weiter urgiren zu wollen, füge ich noch die Conjectur von *Abr. Gronov* bei: *Adulatur eum* (fratrem, regem Aegypti) *ne Antigono, Demetrii, Antiochoque, filio Seleuci, cum quibus bellum habiturus erat, tertius sibi hostis accederet*; wobei wenigstens das Anstössige jener Lesart vermieden ist.

§. 11. *ingens momentum.* S. die *Anmerk.* zu XI, 4, 12.

§. 13. *mutuo petit.* Gewöhnlich sagt man *rem mutuam* oder *mutuum sumere, accipere* etc., weshalb *mutuo* in dieser Verbindung als schlecht lateinisch verworfen wird. Doch steht auch bei *Cic. Orat.* 24, 80: *sumptum aliunde, ut* mutuo, wo *Lambin* freilich *mutuum* ändern

bus instructior erat; a Ptolemaeo Macedonum militum au-
14xilia. Sed Ptolemaeus, cui nulla dilationis ex infirmitate
virium venia esset, quinque millia peditum, equitum qua-
tuor millia, elephantos quinquaginta, non amplius quam
15in biennii usum dedit. Ob haec Pyrrhus, filia Ptolemaei
in matrimonium accepta, vindicem eum regni reliquit,
pacificatus cum omnibus finitimis, ne, abducta in Italiam
iuventute, praedam hostibus regnum relinqueret.

1 Cap. III. Sed quoniam ad Epiri mentionem ventum
2 est, de origine regni eius pauca narranda sunt. Molos-
3 sorum primum in ea regione regnum fuit. Post Pyrrhus,
Achillis filius, amisso per absentiam Troianis temporibus
paterno regno, in his locis consedit, qui *Pyrrhĭdae* pri-
4 mo, postea *Epirotae* dicti sunt. Sed Pyrrhus, quum in
templum Dodonaei Iovis ad consulendum venisset, ibi La-
nassam, neptem Herculis, rapuit: ex cuius matrimonio
5 octo liberos sustulit. Ex his nonnullas virgines nuptum
finitimis regibus tradidit, opesque affinitatium auxilio ma-
6 gnas paravit: atque ita Heleno, filio Priami regis, ob in-
dustriam singularem, regnum Chaŏnum, et Andromachen
Hectoris e matrimonio suo, quam ipse in divisione
7 Troianae praedae acceperat, uxorem tradidit; brevique
post tempore Delphis insidiis Orestis, filii Agamemnonis,
8 inter altaria Dei interiit. Successor huic Pielus filius fuit.
9 Per ordinem deinde regnum ad Arrybam descendit: cui,

will. Auch bei *Sall. Cat.* 24, 2: *pecuniam sua aut amicorum fide sumptam* mutuam, haben mehrere Handschriften *mutuo*.

§. 15. *pacificatus cum omnibus finitimis.* Diese Worte, welche in den gewöhnlichen Ausgaben fehlen, sind von mehreren Herausgebern mit Recht nach vielen Handschriften aufgenommen worden. Ebenso XXIII, 1, 1: *Agathocles, rex Siciliae,* pacificatus *cum Carthaginiensibus;* und VI, 1, 2: pacificari *cum altero statuit.*

Cap. III. §. 6. *e matrimonio suo, quam ipse in divisione etc.* Nicht ohne Grund sind die Herausgeber bei der gewöhnlichen Lesart, *quam et ipse matrimonio suo in divisione etc.*, angestossen; denn *matrimonio accipere*, für *in matrimonium accipere*, wie es *c.* 2, 14 heisst, ist ohne Beispiel, und *et ipse* unpassend. Auch *Gronov* wollte ändern: *e matrimonio suo*, quos etc., wobei jedoch misfällt, dass *quos* auch auf das weit vorhergehende *Heleno* bezogen werden soll.

quoniam pupillus et unicus ex gente nobili superesset, in-10
tentiore omnium cura servandi eius educandique, publice
tutores constituuntur. Athenas quoque erudiendi gratia11
missus, quanto doctior maioribus suis, tanto et gratior
populo fuit. Primus itaque et leges, et senatum, annu-12
osque magistratus, et reipublicae formam composuit: et13
ut a Pyrrho sedes, sic vita cultior populo ab Arryba sta-
tuta. Huius filius Neoptolemus fuit: ex quo nata est14
Olympias, mater Alexandri Magni, et Alexander, qui
post eum regnum Epiri tenuit, et, in Italia bello gesto,15
in Bruttiis interiit. Post eius mortem frater Aeacides re-16
gno successit, qui assiduis adversus Macedonas bellorum
certaminibus populum fatigando offensam civium contraxit;
ac propterea in exsilium actus Pyrrhum filium unum ad-17

§. 10. *quoniam — superesset.* Der Conjunctiv steht hier in Rücksicht auf die Gedanken der Leute, welche dem Arrytas Vormünder setzen zu müssen glaubten: „Weil, wie sie sagten, er allein noch aus dem edlen Geschlechte übrig sei.“ Allerdings konnte auch hier der Indicativ *supererat* stehen; dann wäre dieser Satz als der Bericht des Geschichtschreibers zu betrachten. XXIII, 3, 10: quoniam *tamen* abiret, *pro victo fugere visus est.* XXXIX, 1, 9: *Alter ex filiis Seleucus,* quoniam *sine matris auctoritate diadema* sumpsisset, *ab eadem interficitur. Corn. Nep. Milt.* 7, 4: *Eo tempore aeger erat vulneribus, quae in oppugnando oppido acceperat. Itaque* quoniam *ipse pro se dicere non* posset, *verba fecit frater eius Tisagoras,* wo der Conjunctiv ebenfalls in Rücksicht auf die Gedanken oder Aeusserungen des Tisagoras steht. Vergl. daselbst die sehr richtige Bemerkung von *Bremi.* Auf gleiche Weise steht *quia* mit dem Conjunctiv oben XXIV, 3, 3.

§. 11. *erudiendi gratia.* Das Gerundium in passiver Bedeutung. S. die *Anmerk.* zur *Praefat.* §. 4.

§. 16. *frater Aeacides. Frater* ist hier, wie öfter, nicht blos bei Dichtern, sondern auch bei Prosaikern, soviel als *frater patruelis*; denn Aeacides war der Sohn des Arrybas, des Bruders des Neoptolemus, von welchem letztern Olympias und Alexander Kinder waren. Mithin waren Alexander und Aeacides Bruderskinder. Ebenso steht *frater* bei *Liv.* XXXV, 10, 9: *quem Africanus* frater *ducebat,* wo *Drakenborch* noch andere Stellen anführt.

§. 17. *filium unum.* Gewöhnlich lies't man *bimum*, und erklärt *admodum* durch *circiter*; dann ist aber *parvulum* eine unnütze Hinzufügung. Andere Herausgeber haben nach einer handschriftlichen Lesart, *vivum*, lesen wollen *suum.* Es ist bemerkenswerth, wie man die Les-

modum parvulum in regno reliquit. Qui et ipse quum a populo propter odium patris ad necem quaereretur, furtim subtractus in Illyrios defertur; traditusque est Beroae, Glauciae regis uxori, nutriendus, quae et ipsa genus Aeacidarum erat. Ibi eum, seu misericordia fortunae eius, seu infantilibus blandimentis inductus rex, adversum Cassandrum, Macedoniae regem, qui eum sub belli comminatione deposcebat, diu protexit, addito in auxilium etiam adoptionis officio. Quibus rebus moti Epirotae, odio in misericordiam verso, annorum undecim eum in regnum revocaverunt, datis tutoribus, qui regnum usque adultam eius aetatem tuerentur. Adolescens deinde multa bella gessit; tantusque rerum successu haberi coeptus est, ut Tarentinos solus adversus Romanos tueri posse videretur.

art *bimum* hat festhalten können, welche bei aller versuchten Erklärung nicht gefallen kann; zumal da die Handschriften das richtige *unum* geben, wodurch alles Gezwungene wegfällt. Auch ist es nicht nöthig, nach einer Handschrift dafür *unicum* zu setzen, denn ebenso ist *unus* gebraucht I, 10, 5: *Solem Persae* unum *deum esse credunt.*

§. 19. *genus Aeacidarum erat.* Andere lesen *generis;* wahrscheinlich eine Aenderung eines Abschreibers. Ebenso sagte *Iustin* II, 4, 27. *Auxilium deinde a Sagillo, rege Scythiae, petit:* Genus se Scytharum esse. *Propert.* II, 2, 9: *Qualis et Ischomache, Lapithae* genus *heroïnae. Senec. Med.* 179: *Medea Colchi noxium Aeëtae* genus.

LIBER XVIII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Pyrrho, Tarentinis adversus Romanos suppetias ferenti, Valerius Laevinus occurrit: unde proelia et strages.
2. Carthaginiensium auxilium Romani remittunt. Pax cum Pyrrho componitur. Romanorum continentia. Pyrrhus Siciliam occupat.
3. De Carthaginis origine et veteribus incolis digressio, in qua etiam de Sidonis et Tyri conditoribus.
4. Incolae Tyri, inter quos Elissa, quae a Pygmalione fratre recedit, ut rebus suis consuleret.
5. Elissa, agnomine Dido, Cyprum appellit: deinde in sinum Africae defertur, et Carthaginem condit.
6. Elissa propter Iarbae votum sibi vim infert. Carthaginiensium crudelis superstitio.
7. Clades Carthaginiensium in Sardinia. Superstites in exsilium pulsi, patriam armis recuperare nituntur: unde Malchi patris in Cartalonem filium severitas, et paullo post cruentus interitus.

CAPUT I.

Igitur Pyrrhus, rex Epiri, quum iterata Tarentinorum legatione, additis Samnitium et Lucanorum precibus, et ipsis auxilia adversus Romanos pollicentibus, fatigaretur,

Lib. XVIII.

Cap. I. §. 1. *Igitur Pyrrhus.* Mit *igitur* nimmt Iustin den Faden der Erzählung wieder auf, den er vom dritten Capitel des vorhergehenden Buches an durch die Erzählung der frühern Epirischen Geschichte abgebrochen hatte. Ueber diesen Gebrauch von *igitur* siehe die *Anmerk.* zu XII, 14, 1 und zu XX, 5, 1.

pollicentibus. Dies scheint richtiger zu seyn, als die gewöhnliche Lesart *indigentibus*, da nachher folgt: *Laevinus festinans, ut prius cum eo congrederetur, quam auxilia sociorum convenirent.* Ueber die Construction siehe die *Anmerk.* zu II, 3, 16.

non tam supplicum precibus, quam spe invadendi Italiae imperii inductus, venturum se cum exercitu pollicetur. 2 In quam rem inclinatum semel animum praecipitem agere coeperant exempla maiorum; ne aut inferior patruo suo Alexandro videretur, quo defensore iidem Tarentini adversus Bruttios usi fuerant; aut minores animos Magno Alexandro habuisse, qui tam longa a domo militia Orien- 3 tem subegit. Igitur relicto custode regni filio Ptolemaeo, annos quindecim nato, exercitum in portu Tarentino exponit, duobus parvulis filiis, Alexandro et Heleno, in so- 4 latia longinquae secum expeditionis adductis. Cuius audito adventu, consul Romanus Valerius Laevinus, festinans, ut prius cum eo congrederetur, quam auxilia so- 5 ciorum convenirent, exercitum in aciem educit. Nec rex, tametsi numero militum inferior esset, certamini moram 6 fecit. Sed Romanos vincentes iam invisitata ante elephantorum forma stupere primo, mox cedere proelio coëgit;

§. 3. *in solatia.* Mehrere Handschriften lesen *in solatio*, wie auch die Lesart schwankt bei *Phaedr. Fab.* I, 9, 8: *Lepus semianimis mortis* in solatio, wo andere Ausgaben *in solati*a geben. Der Unterschied besteht darin, dass *in* mit dem Ablativ durch *dum*, dagegen mit dem Accusativ durch *ut* aufzulösen ist. Also *dum solatium percipit*, und *ut solatium perciperet* oder *haberet.* Darnach wird man in der Stelle des *Phädrus in solatio*; an der unsrigen aber *in solatia* vorziehen müssen; wofür es heisst XXXVIII, 2, 6: *Mithridati Cappadociam et Nicomedi,* ad solatium *eius*, *Paphlagoniam ademit.* Ebenso steht *in* mit der Auflösung durch *ut* in vielen andern Verbindungen. II, 11, 16: *ut qui sciant se pugnare non spe victoriae, sed* in *mortis* ultionem, für *ut ulciscerentur mortem.* Vergl. XII, 10, 6: *Ibi* in monumenta *rerum a se gestarum urbem Barcen condidit*, für *ut monumentum esset.* XXIII, 3, 11: *Admirabilis utriusque rei casus* in exemplum *fuit;* und ebendaselbst §. 12: *velut* in ostentationem *fragilitatis humanae destruens, quae cumulaverat.*

§. 6. *invisitata — forma.* Ich habe hier, sowie XXV, 1, 6 unbedenklich die Verbesserung *Gronov's* aufgenommen, welche an der letzten Stelle auch durch eine Handschrift bestätigt wird. Die gewöhnliche Lesart inusitata — *forma* ist meiner Ueberzeugung nach durchaus unrichtig. *Liv.* XXVII, 39, 8: Invisitati *antea alienigenis, nec videre ipsi advenam in sua terra adsueti.* V, 35, 4: *quum* formas *hominum* invisitatas *cernerent;* zu welcher Stelle die gelehrten Herausgeber zu vergleichen sind.

victoresque iam nova Macedonum monstra repente vicerunt. Nec hostibus incruenta victoria fuit. Nam et ipse 7
Pyrrhus graviter vulneratus est, et magna pars militum eius caesa; maioremque gloriam eius victoriae, quam laetitiam habuit. Huius pugnae eventum multae civitates se- 8
cutae, Pyrrho se tradunt. Inter ceteras etiam Locri, pro- 9
dito praesidio Romano, ad Pyrrhum deficiunt. Ex ea 10
praeda Pyrrhus ducentos captivos milites Romam gratis remisit, ut, cognita virtute eius, Romani cognoscerent etiam liberalitatem. Interiectis deinde diebus, quum so- 11
ciorum exercitus supervenisset, iterato proelium cum Romanis facit, in quo par fortuna priori bello fuit.

Cap. II. Interea Mago, dux Carthaginiensium, in 1
auxilium Romanorum cum centum viginti navibus missus, senatum adiit, *aegre tulisse Carthaginienses* affirmans, *quod bellum in Italia a peregrino rege paterentur. Ob* 2
quam causam missum se, ut, quoniam externo hoste oppugnarentur, externis auxiliis iuvarentur. Gratiae 3
a senatu Carthaginiensibus actae, auxiliaque remissa. Sed 4
Mago Punico ingenio post paucos dies tacitus, quasi pacificator Carthaginiensium, Pyrrhum adiit, speculaturus consilia eius de Sicilia, quo eum arcessi fama erat. Nam 5
Romanis eadem causa mittendi auxilii Carthaginiensibus

§. 11. *par fortuna priori bello.* Statt *prioris belli* oder des vollständigeren, *prioris belli fortunae.* So werden oft ungleichartige Dinge nach einem häufigen Latinismus mit einander verglichen. S. die *Anm.* zu II, 14: *virtus ceteris praelata.*

Cap. II. §. 2. *externo hoste oppugnaretur.* Man hat hier die Präposition *ab* hinzufügen wollen; doch unnöthig, denn dieselbe wird auch bei Personen bisweilen ausgelassen. Bei Prosaikern ist indess diese Auslassung selten. *Senec. Controv.* II, 1: *Tunc et contra Stertinium Maximum*, quo *premebatur, dixit. Sall. Iug.* 21, 3: *quos ante praelium factum Romam* Adherbale *missos audiverat*, wo jedoch andere Ausgaben die Präposition hinzufügen.

§. 5. *Nam Romanis etc.* Die Wortstellung ist ungenau; wo *Romanis* steht, hätte *Carthaginiensibus*; wo letzteres, aber *Romanis* stehen sollen Gegen die Versuche einiger Herausgeber. die Stelle zu ändern, bemerkt *Vorstius*: „*Ego omnia recte se habere existimo et voces modo traiectas esse; id quod in scriptis veterum est perfrequens. Sensus quidem est, eamdem causam Carthaginiensibus fuisse, vel eandem causam*

fuerat, ut Romano bello, ne in Siciliam transire posset,
6 Pyrrhus in Italia detineretur. Dum haec aguntur, lega-
tus a senatu Romano Fabricius Luscinus missus, pacem
7 cum Pyrrho composuit. Ad quam confirmandam Cyneas
Romam cum ingentibus a Pyrrho donis missus, neminem,
8 cuius domus muneribus pateret, invenit. Huic continen-
tiae Romanorum simile exemplum iisdem ferme tempori-
9 bus fuit. Nam missi a senatu Aegyptum legati cum in-
gentia sibi a Ptolemaeo rege missa munera sprevissent, in-
teriectis diebus ad coenam invitatis aureae coronae missae
sunt: quas illi honoris causa receptas postera die statuis
10regis imposuerunt. Igitur Cyneas, quum turbatam cum
Romanis pacem ab Appio Claudio renuntiasset, interro-
gatus a Pyrrho, *qualis Roma esset*, respondit, *regum*
11*urbem sibi visam*. Post haec legati Siculorum super-
veniunt, tradentes Pyrrho totius insulae imperium, quae
12assiduis Carthaginiensium bellis vexabatur. Itaque reli-
cto Locris Alexandro filio, firmatisque sociorum civitati-
bus valido praesidio, in Siciliam exercitum traiecit.

1 Cap. III. Et quoniam ad Carthaginiensium mentio-
nem ventum est, de origine eorum pauca dicenda sunt,
repetitis Tyriorum paulo altius rebus, quorum casus etiam
2 dolendi fuerunt. Tyriorum gens condita a Phoenicibus

Carthaginienses habuisse auxilii Romanis mittendi.“ Eine gleich ungenaue Stellung der Wörter haben wir XX, 4, 7: *tantumque studium ad frugalitatem multitudinis provocavit*, wo man ebenfalls Umstellungen versuchen und *multitudinis* hinter *studium* setzen wollte. Vergl. XXIV, 8, 9: *confertissimi cunei non sine vulneribus hostium dissipati ruebant.* III, 3, 10: *Haec quoniam primo, solutis antea moribus, dura videbat esse, auctorem eorum Apollinem Delphicum fingit, et inde se ea ex praecepto numinis detulisse*, ut consuescendi taedium metus religionis vincat.

§. 9. *Nam missi a senatu etc.* Gewöhnlich wird die Stelle in den Ausgaben falsch interpungirt und ein Komma hinter *legati* gesetzt, wodann aller Zusammenhang wegfällt, und statt *invitatis — missae* gelesen werden müsste: *invitati sunt iisque — missae.* Wegen dieser falschen Interpunction vermuthete *Scheffer* sogar, dass hinter *sprevissent* etwas ausgefallen sei.

Aegyptum. Gewöhnlich in *Aegyptum;* doch fehlt die Präposition in zehn Handschriften. S. die *Anmerk.* zu III, 3, 12.

fuit; qui terrae motu vexati, relicto patriae solo, Assy- 3
rium stagnum primo, mox mari proximum litus incolue-
runt, condita ibi urbe, quam a piscium ubertate *Sidōna* 4
appellaverunt: nam piscem Phoenices *sidon* vocant. Post 5
multos deinde annos a rege Ascaloniorum expugnati, na-
vibus appulsi Tyron, urbem ante annum Troianae cladis
condiderunt. Ibi Persarum bellis diu varieque fatigati, 6
victores quidem fuere; sed, attritis viribus, a servis suis
multitudine abundantibus indigna supplicia perpessi sunt:
qui, conspiratione facta, omnem liberum populum cum 7
dominis interficiunt; atque ita potiti urbe, lares domino-
rum occupant, rempublicam invadunt, coniuges ducunt,
et, quod ipsi non erant, liberos procreant. Unus ex tot 8
millibus servorum fuit, qui miti ingenio, senis domini
parvulique filii eius fortuna moveretur, dominosque non
truci feritate, sed piae misericordiae humanitate respice-
ret. Itaque quum velut occisos alienasset, servisque de 9
statu reipublicae deliberantibus placuisset regem ex suo
corpore creari, eumque potissimum quasi acceptissimum
Diis, qui solem orientem primus vidisset, rem ad Strato-
nem (hoc enim ei nomen erat) dominum occulte latentem
detulit. Ab eo formatus, quum medio noctis omnes in 10
unum campum processissent, ceteris in Orientem spectan-

Cap. III. §. 3. *Assyrium stagnum.* I. e. *terras circa Assyrium stagnum.* So stehen bisweilen die Namen der Seen, Meerbusen und Flüsse für die Gegend um dieselben; wie II, 4, 26: *hortatur comites frustraque et* Ponti sinum *et Asiam edomitam esse dicit*, wo die Anmerkung nachzusehen ist.

§. 5. *ante annum Troianae cladis.* Für *anno ante Troianam cladem.* S. die *Anmerk.* zu XIV, 3, 8: *post tot annos emeritorum stipendiorum.*

§. 8. *non truci feritate.* Das folgende *respiceret* passt nicht gehörig zu diesem Gliede; mehrere alte Ausgaben schieben daher hinter *feritate* ein unpassendes *trucidavit* ein, das in anderen in ein grammatischeres *trucidaret* verändert worden ist. Allein beides ist sicherlich ein fremdes Einschiebsel, und es findet hier ein bei Iustin nicht seltenes Synezeugmenon statt, über welche Figur ich zu XIII, 1, 4 gesprochen habe.

§. 9. *alienasset.* I. e. *removisset e conspectu, occuluisset.* Nur höchst selten kommt *alienare* in dieser Bedeutung vor. S. die *Anmerk.* zu XIII, 6, 10 und *Wasse* zu *Sall. Cat.* 36. *p.* 305 seq.

11tibus, solus Occidentis regionem intuebatur. Id primum aliis videri furor, in Occidente solis ortum quaerere. Ubi 12vero dies adventare coepit, editissimisque culminibus urbis oriens splendere, exspectantibus aliis, ut ipsum solem adspicerent, hic primus omnibus fulgorem solis in sum- 13mo fastigio civitatis ostendit. Non servilis ingenii ratio visa; requirentibusque auctorem, de domino confitetur. 14Tunc intellectum est, quantum ingenua servilibus ingeniæ 15praestarent, malitiaque servos, non sapientia vincere. Igitur venia seni filioque data est: et velut numine quodam 16reservatos arbitrantes, regem Stratonem creaverunt. Post cuius mortem regnum ad filium, ac deinde ad nepotes 17transiit. Celebre hoc servorum facinus, metuendumque 18exemplum toto orbe terrarum fuit. Itaque Alexander Magnus, quum interiecto tempore in Oriente bellum gereret, velut ultor publicae securitatis, expugnata eorum urbe, omnes, qui proelio superfuerant, ob memoriam 19veteris caedis crucibus affixit: genus tantum Stratonis inviolatum servavit, regnumque stirpi eius restituit, inge-

§. 11. *Id primum aliis videri furor.* Nach der Regel der Grammatik würde man *is* erwarten, statt *id;* und so wollte *Gronov* ändern, der überhaupt zu *Senec. Cons. ad Marc.* 19 die gegen diese Regel verstossenden Stellen für verdächtig hält. Denn wenn zu einem Pronomen Demonstrativum oder Relativum in Bezug auf etwas Vorhergehendes noch ein Prädicatsnomen gesetzt wird, so soll das Pronomen in seiner Form sich nach diesem richten. Indess hat diese Regel Ausnahmen, und dieselbe scheint dahin eingeschränkt werden zu müssen, dass, wenn das vorhergehende Nomen der erheblichere Begriff ist, wenn bei diesem vorzüglich unsere Gedanken verweilen, das Pronomen auf dieses; dagegen auf das folgende Nomen bezogen werde, wenn das Gesagte bei diesem stattfindet. Daher bei *Liv.* III, 38, 3: *Spem in discordia Romana ponentes:* eam *impedimentum delectui fore.* Mehrere Stellen hat *Drakenb.* zu *Liv.* II, 35, 5: *si* hoc *profectio et non fuga est*, gesammelt. Lesenswerth ist die *Anmerkung* zu *Cic. Eclog.* von *Hottinger p.* 30.

§. 12. *fastigio civitatis. Civitas* steht hier, wie XXIV, 6, 6 und öfter im spätern Latein, für *urbs. Civitas* hat im goldenen Zeitalter immer Beziehung auf die Bürgerschaft, den Nebenbegriff des Staats. Daher lässt *Iustin.* II, 12, 14 den Themistokles sagen: *civitatem non in aedificiis, sed in civibus positam.* S. *Bremi* zu *Corn. Nep. Han.* 3, 2.

nuis et innoxiis incolis insulae attributis, ut exstirpato servili germine, genus urbis ex integro conderetur.

Cap. IV. Hoc igitur modo Tyrii Alexandri auspiciis conditi, parcimonia et labore quaerendi cito convaluere. Ante cladem dominorum quum et opibus et multitudine abundarent, missa in Africam iuventute, Uticam condidere; quum interim rex Mutgo Tyro decedit, filio Pygmalione, et Elissa filia, insignis formae virgine, heredibus institutis. Sed populus Pygmalioni admodum puero regnum tradidit. Elissa quoque Acerbae avunculo suo, sacerdoti Herculis, qui honos secundus a rege erat, nubit. Huic magnae, sed dissimulatae opes erant, aurumque metu regis non tectis, sed terrae crediderat; quam rem etsi homines ignorabant, fama tamen loquebatur. Qua incensus Pygmalion, oblitus iuris humani, avunculum suum, eumdemque generum, sine respectu pietatis occidit. Elissa diu fratrem propter scelus aversata, ad postremum dissimulato odio; mitigatoque interim vultu,

Cap. IV. §. 3. *Tyro decedit.* *Bongarsius* wollte *Tyri* ändern; allein ebenso hatten wir, ausser an andern Stellen, II, 13, 5: *quem ille* Abydo — *fecerat;* wo die *Anmerk.* nachzusehen ist.

§. 5. *qui honos.* So schliesst sich *qui* oft an ein dem vorhergehenden Concretum entsprechendes Abstractum. *Cic. in Verr.* IV, 6, 1: *Homo nobilis, qui sacerdos Iovis fuisset,* qui honos *apud Syracusanos est amplissimus, agit mecum. Iustin.* VI, 4, 4: *Primi igitur Thebani, auxiliantibus Atheniensibus, bellum his intulere;* quae civitas *ex infimis incrementis virtute etc.* VIII, 6, 12: *impuberes,* quae aetas *etiam hostium misericordiam provocat, aris admovebant. Liv.* VI, 37, 3: *Contemni iam tribunos plebis, quippe* quae potestas *iam suam ipsa vim frangat.* XXIII, 11, 10: *magistrum equitum,* quae consularis potestas *sit.*

§. 8. *eundemque generum. Idemque* dient dazu, zu einem Gegenstande noch einen an demselben ebenfalls zu bemerkenden Begriff hinzuzufügen. *Corn. Nep. Con.* 2, 1: *Itaque contulit se ad Pharnabazum, satrapen Ioniae et Lydiae,* eundemque *generum Regis. Iust.* XI, 9, 12: *Inter captivos castrorum mater et uxor* eademque *soror, et filiae duae Darii fuere.* XXVIII, 1, 1: *amisso marito* eodemque *germano fratre.* XXIX, 1, 2: *mortuo Antigono tutore* eodemque *vitrico.* XXX, 1, 7: *occisa Eurydice uxore* eademque *sorore sua.* Uebrigens ist *gener* hier, wie bei *Corn. Nep. Paus.* 1 der *Schwestermann.*

fugam tacita molitur, assumptis quibusdam principibus in societatem, quibus par odium in regem esse, eandemque
10 fugiendi cupiditatem arbitrabatur. Tunc fratrem dolo aggreditur: fingit, *se ad eum migrare velle, ne amplius ei mariti domus, cupidae oblivionis, gravem luctus imaginem renŏvet, neve ultra amara admonitio oculis*
11 *eius occurrat.* Non invitus Pygmalion verba sororis audivit, existimans cum ea et aurum Acerbae ad se ventu-
12 rum. Sed Elissa ministros migrationis a rege missos, navibus cum omnibus opibus suis prima vespera imponit, provectaque in altum, compellit eos onera arenae pro pe-
13 cunia involūcris involuta in mare deiicere. Tunc deflens ipsa lugubri voce Acerbam ciet: orat, *ut libens opes suas recipiat, quas reliquerat; habeatque inferias, quas ha-*
14 *buerat causas mortis.* Tunc ipsos ministros aggreditur: *sibi quidem* ait *optatam olim mortem; sed illis acerbos cruciatus et dira supplicia imminere, qui Acerbae opes, quarum spe parricidium rex fecerit, avaritiae tyranni*
15 *subtraxerint.* Hoc metu omnibus iniecto, comites fugae accepit. Iunguntur et senatorum in eam noctem praeparata agmina; atque ita sacris Herculis, cuius sacerdos Acerbas fuerat, repetitis, exsilio sedes quaerunt.

§. 10. *neve ultra.* Gewöhnlich wird *nec* gelesen; was gegen die grammatische Verbindung ist. S. *Zumpt Gr.* §. 78. 6. b. *A.* 1.

§. 13. *Tunc deflens ipsa lugubri etc.* In der gewöhnlichen Lesart der Ausgaben folgt hinter *lugubri* noch ein *que*, welches durchaus nicht passt. Ich habe deshalb dasselbe gestrichen; andere Herausgeber haben *ciens* lesen wollen. *Deflere* steht hier in neutraler Bedeutung, ohne Accusativ, was selten geschieht. *Propert.* I, 16, 13: *Has inter gravibus cogor* deflere *querelis. Appulei. Met.* IV, 88: *Psychen autem paventem ac trepidam et in ipso scopuli vertice* deflentem, wo *Oudendorp* noch vergleicht *Septim. B. Troi.* III, 9: *Tum apud Troiam circa Sarpedonis cadaver cunctis* deflentibus; und auch unsere Stelle nach der aufgenommenen Aenderung anführt.

§. 13. *quas reliquerat — habuerat.* Man sollte den Conjunctiv erwarten; doch muss man diese Zwischensätze nicht als zu der Rede der Elissa gehörig, sondern als erklärende und vervollständigende Zusätze des Iustin ansehen. S. die *Anmerk.* zu XI, 15, 2: *diis immortalibus iudicantibus, ut in terra eorum, qui successuri imperio* erant, *Persarum regnum finiretur.*

Cap. V. Primus illis appulsus terrae, Cyprus insula 1
fuit: ubi sacerdos Iovis cum coniuge et liberis, Deorum 2
monitu, comitem se Elissae sociumque fortunae praebuit,
pactus sibi posterisque perpetuum honorem sacerdotii. 3
Conditio pro manifesto omine accepta. Mos erat Cypriis, 4
virgines ante nuptias statutis diebus, dotalem pecuniam
quaesituras, in quaestum ad litus maris mittere, pro reli-
qua pudicitia libamenta Veneri soluturas. Harum igitur 5
ex numero octoginta admodum virgines raptas navibus im-
poni Elissa iubet, ut et iuventus matrimonia, et urbs sub-
olem habere posset. Dum haec aguntur, Pygmalion, co- 6
gnita sororis fuga, quum impio bello fugientem persequi
pararet, aegre precibus matris, et Deorum minis victus,
quievit: cui quum inspirati vates canerent, *non impune* 7
laturum, si incrementa urbis toto orbe auspicatissimae
interpellasset, hoc modo spatium respirandi fugientibus
datum. Itaque Elissa delata in Africae sinum, incolas 8
loci eius, adventu peregrinorum, mutuarumque rerum
commercio gaudentes, in amicitiam sollicitat: deinde em- 9
pto loco, qui corio bovis tegi posset, in quo fessos longa
navigatione socios, quoad proficisceretur, reficere posset,
corium in tenuissimas partes secari iubet, atque ita maius
loci spatium, quam petierat, occupat: unde postea ei
loco *Byrsae* nomen fuit. Confluentibus deinde vicinis 10
locorum, qui spe lucri multa hospitibus venalia inferebant,
sedesque ibi statuentibus, ex frequentia hominum velut in- 11
star civitatis effectum est. Uticensium quoque legati dona 12
ut consanguineis attulerunt, hortatique sunt, *urbem ibi*
conderent, ubi sedes sortiti essent. Sed et Afros deti- 13
nendi advenas amor cepit. Itaque, consentientibus omni- 14
bus, Carthago conditur, statuto annuo vectigali pro solo
urbis. In primis fundamentis caput bubulum inventum 15
est; quod auspicium quidem fructuosae terrae, sed labo-
riosae, perpetuoque servae urbis fuit: propter quod in
alium locum urbs translata. Ibi quoque equi caput re- 16

Cap. V. §. 17. *ad opinionem novae urbis.* *Opinio* ist hier der *Ruf.* S. die *Anmerk.* zu XII, 8, 2.

pertum, bellicosum potentemque populum futurum signi-
17 ficans, urbi auspicatam sedem dedit. Tunc ad opinio-
nem novae urbis concurrentibus gentibus, brevi et popu-
lus, et civitas magna facta.

1 Cap. VI. Quum successu rerum florentes Carthaginis
opes essent, rex Maxitanorum Iarbas, decem Poenorum
principibus ad se arcessitis, Elissae nuptias sub belli de-
2 nuntiatione petit. Quod legati reginae referre metuen-
tes, Punico cum ea ingenio egerunt, nuntiantes, *regem*
aliquem poscere, qui cultiores victus eum, Afrosque
3 *perdoceat: sed quem inveniri posse, qui ad barbaros*
et ferarum more viventes transire a consanguineis ve-
4 *lit?* Tunc a regina castigati, *si pro salute patriae aspe-*
riorem vitam recusarent, cui etiam ipsa vita, si res
exigat, debeatur; regis mandata aperuere, dicentes,
quae praecipiat aliis, ipsi facienda esse, si velit urbi
5 *consultum.* Hoc dolo capta, diu Acerbae viri nomine
cum multis lacrimis et lamentatione flebili invocato, ad
postremum, *ituram se, quo sua et urbis fata vocarent,*
6 respondit. In hoc trium mensium sumpto spatio, pyra
in ultima parte urbis exstructa, velut placatura viri manes,
inferiasque ante nuptias missura, multas hostias caedit, et
7 sumpto gladio pyram conscendit; atque ita ad populum
respiciens, *ituram se ad virum, sicut praeceperant,*
8 dixit, vitamque gladio finivit. Quamdiu Carthago invicta
9 fuit, pro Dea culta est. Condita est urbs haec septua-

Cap. VI. §. 4. *si pro salute.* *Si* steht hier für *si quidem, quoniam;* so dass es causale zu stehen scheint. Doch verliert *si* in dergleichen Fällen niemals ganz seine conditionale Bedeutung, und verleihet einer Aeusserung eine gewisse Zurückhaltung und Bescheidenheit. Wenn Tullius sagt bei *Liv.* VII, 13, 6: *Quamquam de gloria vix dicere ausim, si nos hostes haud secus quam feminas, abditos intra vallum omnibus contumeliis eludunt*, so drückt er sich über eine wirkliche Thatsache zurückhaltend aus: Wenn das wahr ist, was man sagt, hört oder sieht. Die Thatsache ist wirklich vorhanden; durch die Wendung mit *si* wird dieselbe aber mehr als ein nur möglicher Fall dargestellt. Mehrere Stellen zur Vergleichung liefert *Drakenborch* zu *Liv. l. c.* Auch im Griechischen wird *εἰ* nicht selten so gebraucht. S. *Viger. p.* 504 mit der *Anmerkung* von *Zeune;* und *Matthiae Gr. Gr.* §. 608.

ginta duobus annis ante, quam Roma: cuius virtus sicut bello clara fuit, ita domi status variis discordiarum casibus agitatus est. Quum inter cetera mala etiam peste laborarent, cruenta sacrorum religione, et scelere pro remedio usi sunt; quippe homines ut victimas immolabant, et impuberes, quae aetas etiam hostium misericordiam provocat, aris admovebant, pacem Deorum sanguine eorum exposcentes, pro quorum vita Dii rogari maxime solent.

CAP. VII. Itaque adversis tanto scelere numinibus,

CAP. VII. §. 1. *adversis tanto scelere.* Einige Herausgeber haben die Lesart mehrerer alten Ausgaben, *aversis*, vorgezogen, welcher auch *Muncker* zu den *Mythogr. Lat. T.* II. *p.* 326 den Vorzug giebt; wiewohl man bei dieser Wortfolge lieber *aversis* a *tanto scelere* erwarten möchte, wie es heisst bei *Cic. ad Brut. Ep.* 16: *Deos* aversos *esse* a *salute populi Romani*; und *Flor.* II, 6, 20: aversi a *Carthagine dii.* Dieses und der Unterschied zwischen *aversus* und *adversus*, bestimmen mich, dem Letztern den Vorzug zu geben. *Aversus* ist eigentlich derjenige, welcher *abgewandt* ist, denn, welcher auf etwas nicht Rücksicht nimmt, und demselben keine Aufmerksamkeit schenkt, und demnach nicht günstig ist; *adversus* dagegen ist derjenige, *welcher feindlich gegenüber steht*, soviel als *adversans.* So wie z. B. *aures aversae* solche Ohren sind, welche, wie *Drakenb.* zu *Liv.* I, 46, 2 sagt, non adtendunt ad sermonem loquentis, alio versae, so werden *aures adversae* den *aures secundae* entgegengesetzt bei *Liv.* VI, 40, 14: *Quae magistratus ille dicet* secundis auribus: *quae ab nostrum quo dicentur*, adversis *accipietis.* Daher bemerkt *Oudendorp* zu *Appulei. Met.* VII, 147: *feminas volutatas*, adversa Venere, *invitat ad nuptias*, sehr richtig: Aversi *sunt Dii, qui antea amici iuverunt, sed mutata sententia se averterunt, nec amplius favent, etiam cum destitutione hominum locorumque*; adversi *sunt simpliciter inimici, iniqui, noxii.* Offenbar ist nun der stärkere Ausdruck an unserer Stelle der passendere. Die Götter hatten sich nicht allein von den Karthagern abgewandt, sondern sie standen ihnen sogar *feindlich gegenüber.* Ebenso heisst es bei *Curt.* V, 9, 4: Diis adversis *bellum inimus. Flor.* III, 11, 2: Adversis *et diis hominibus cupiditas consulis Crassi, dum Parthico inhiat auro, undecim strage legionum et ipsius capite multata est. Ovid. Heroid.* VII, 3: adverso *movimus ista* Deo, wo *Heinsius* unter Beibringung und Aenderung vieler Stellen, *averso* schreiben will, wogegen sich mit Recht *Burmann* und auch *Drakenborch* zu *Liv. l. l.* erklärt haben; sowie auch die Herausgeber bei *Propert.* I, 1, 8: *Quum tamen* adversos *cogor habere* Deos, desselben Gelehrten Aenderung, *aversos*, unberücksichtigt ge-

quum in Sicilia diu feliciter dimicassent, translato in Sardiniam bello, amissa maiore exercitus parte, gravi proelio
2 victi sunt: propter quod ducem suum Malchum, cuius auspiciis et Siciliae partem domuerant, et adversus Afros magnas res gesserant, cum parte exercitus, quae super-
3 fuerat, exsulare iusserunt. Quam rem aegre ferentes milites, legatos Carthaginem mittunt, qui reditum primo, veniamque infelicis militiae petant; tum denuntient, *quod*
4 *precibus nequeant, armis se consecuturos.* Quum et preces et minae legatorum spretae essent, interiectis die-
5 bus, conscensis navibus, armati ad urbem veniunt: ibi Deos hominesque testati, *non se expugnatum, sed reciperatum patriam venire: ostensurosque civibus suis, non virtutem sibi priore bello, sed fortunam defuisse;*
6 prohibitis commeatibus, obsessaque urbe, in summam

lassen. Ueber die häufige Verwechselung beider Wörter siehe *Drakenb.* zu *Liv.* II, 31, 6.

§. 6. *prohibitis commeatibus.* *Prohibere* wird auf doppelte Weise construirt. Wenn die Person hinzugefügt wird, so steht die Sache im Ablativ entweder mit oder ohne die Präposition *a*; vergl. II, 3, 14: *Scythas* ab *Aegypto paludes* prohibuere. I, 8, 2: *quum* prohibere *eos* transitu *Araxis fluminis posset.* Hierbei ist aber zu bemerken, dass wenn *prohibere* heisst *schützen* vor etwas, die Präposition *a* hinzugesetzt; wenn es heisst, *Jemanden von etwas zurückhalten, dass er etwas nicht thue*, dieselbe weggelassen werde. Man sagt also, *prohibemus aliquem* ab *iniuria*, insofern wir Jemand *vor Unrecht schützen*, und *prohibemus aliquem* iniuria, wenn wir *ihn abhalten, Unrecht zu thun*; in welchem letztern Falle bisweilen jedoch auch die Präposition hinzugefügt wird. Auch muss die Präposition hinzugesetzt werden, wenn die feindliche Sache im Accusativ steht; also *prohibemus iniuriam* ab *aliquo* d. i. *abwehren.* S. *Oudendorp* zu *Caes. B. G.* VI, 23, 9; und *Held* zu *B. C.* I, 23. *p.* 35 seq. — Wenn aber zweitens die Person nicht hinzugefügt ist, so steht die Sache auch im Accusativ. *Heinsius* zu *Ovid. Met.* XII, 66 und zu *Ars amat.* II, 335 hat überall den Accusativ der Sache als unlateinisch verworfen. Allein mit Unrecht. Ausser unserer Stelle, und andern, die gegen diesen Gelehrten beigebracht werden können, vergl. *Iustin.* XXIX, 4, 4: *Quum Romanis nuntiatum esset, in Italiam Philippum copias traiecturum, Laevinum praetorem cum instructis navibus ad* prohibendum transitum *mittunt.* XLIII, 2, 9: *veluti ipse esset,* quod *in aliis prohibebat. Caes. B. C.* II, 35: *Quum loci natura et munitio castrorum* aditum prohibebat, *tum etc.*, wo *Ou-*

desperationem Carthaginienses adduxerunt. Interea Car- 7
talo, Malchi exsulis ducis filius, quum praeter castra patris a Tyro, quo decimas Herculi ferre ex praeda Siciliensi, quam pater eius ceperat, a Carthaginiensibus missus fuerat, reverteretur, arcessitusque a patre esset, *prius publicae se religionis officia exsecuturum, quam privatae pietatis*, respondit. Quam rem etsi indigne fer- 8
ret pater, non tamen vim afferre religioni ausus est. In- 9
teriectis deinde diebus Cartalo, petito commeatu a populo, quum reversus ad patrem esset, ornatusque purpura et infulis sacerdotii, omnium se oculis ingereret, tunc in secretum abducto pater ait: *Aususne ne, nefandissimum* 10
caput, ista purpura et auro ornatus, in conspectum tot

dendorp zu vergleichen ist. Ebenso *Ovid. Met.* XII, 66: Prohibent aditum *litusque tuentur Troës.* Zweifelhaft bleibt es daher, ob bei *Corn. Nep. Han.* 3, 4: *Alpicos, conantes* prohibere transitu, *concidit*, nicht die Lesart *transit*um die ursprüngliche sei. S. daselbst *Heusinger.* Vergl. *Wopkens. Obs. Nov. T.* II. *p.* 12.

§. 7. *praeter castra patris.* An dem Lager vorbei; so steht *praeter* öfter mit dem Begriff der Bewegung. *Caes. B. G.* I, 48: *Postridie eius diei* praeter *castra Caesaris suas copias transduxit. Liv.* XXXIV, 14, 1: Praeter *castra hostium circumduxit.* Mehrere Beispiele hat *Drakenb.* zu *Liv.* XXVIII, 42, 3 gesammelt.

§. 8. *vim adferre religioni.* In mehreren Handschriften wird *inferre* gelesen, was man vielleicht vorziehen möchte. Dagegen bemerkt, wie andere Gelehrte an andern Stellen, *Ruhnken* zu *Vellei. Pat.* II, 100: *adiecit Armeniae manus.* „*At* adiicere manum *pro* iniicere, *quis praeter Velleium dixit? Quasi vero, quum Latini nullo discrimine* inferre *et* afferre manum *dicant, non promiscue dici possit* iniicere *et* adiicere manum. Allein sollte nicht *in* in dieser Zusammensetzung stärker und bezeichnender seyn, als *ad?* Wohl findet man Beispiele genug, deren *Heinsius* zu *Ovid. Her.* XVII, 21, und *Drakenborch* zu *Liv.* XLII, 29, 9 eine grosse Menge gesammelt haben, wo *inferre* und *adferre* ganz gleichbedeutend zu seyn scheinen; was daher kommt, weil die Präposition *ad* oft, wie ich zu XVII, 2 bemerkt habe, die allerhöchste Nähe bezeichnet. Allein jener Unterschied, der zwar oft fast unmerklich wird, ist dadurch aber immer nicht ganz aufgehoben. Man vergleiche, was *Herzog* zu *Caes. B. G.* I, 89 über *causam inferre* sagt.

§. 9. *abducto.* Gewöhnlich *abduct*us; offenbar minder richtig. *Liv.* I, 29: *tum* abducto in secretum *ait pater.* XXX, 14: abductum in secretum *Masinissam sic adloquitur.*

miserorum civium venire? et moesta ac lugentia castra, circumfluentibus quietae felicitatis insignibus, velut exsultabundus intrare? Nusquamne te aliis iactare po-
11 *tuisti? Nullus locus aptior, quam sordes patris, et*
12 *exsilii infelicis aerumnae fuerunt? Quid, quod paullo ante vocatus, non dico patrem, ducem certe civium tuo-*
13 *rum superbe sprevisti? Quid porro tu in purpura ista coronisque aliud, quam victoriarum mearum titulos*
14 *geris? Quoniam igitur tu in patre nihil nisi exsulis nomen agnoscis, ego quoque imperatorem me magis, quam patrem cogitabo; statuamque in te exemplum, ne*
15 *quis posthac infelicibus miseriis patris illūdat.* Atque ita eum cum ornatu suo in altissimam crucem in conspectu
16 urbis suffīgi iussit. Post paucos deinde dies Carthaginem capit; evocatoque populo ad concionem, exsilii iniuriam queritur, belli necessitatem excūsat; *contentumque victoria sua, punitis auctoribus miserorum civium iniuriosi*
17 *exsilii, omnibus se veniam dare* dicit. Atque ita decem
18 senatoribus interfectis, urbem legibus suis reddidit. Nec multo post ipse affectati regni accusatus, duplicis, et in
19 filio et in patria, parricidii poenas dedit. Huic Mago imperator successit, cuius industria et opes Carthaginiensium, et imperii fines, et bellicae gloriae laudes creverunt.

§. 11. *fuerunt.* So schliesst sich das Verbum gemeiniglich an das Subject des zunächst stehenden Gliedes an. *Cic. Phil.* IV; 4, 9: *Quis igitur illum consulem, nisi latrones* putant. S. meine *Bemerk.* zu *Cic. Cat.* I, 2, 5: *ne non hoc potius omnes boni serius a me, quam quisquam crudelius factum esse* putet.

LIBER XIX.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Magoni, Carthaginiensium imperatori succedunt, filii Hasdrubal et Hamilcar. Hasdrubal in Sardinia perit. Inde Siculum bellum. Persarum ad Carthaginienses legatio.
2. Horum filii, et Carthaginienses clades exercitus in Sicilia.
3. Imilco, dux huius exercitus, Carthaginem reversus, spe omni abiecta mortem sibi infert.

CAPUT I.

MAGO, Carthaginiensium imperator, quum primus 1
omnium, ordinata disciplina militari, imperium Poenorum condidisset, viresque civitatis non minus bellandi arte, quam virtute firmasset, diem fungitur, relictis duobus filiis, Hasdrubale et Hamilcare: qui, per vestigia paternae virtutis decurrentes, sicuti generi: ita et magnitudini 2
patris successerunt. His ducibus Sardiniae bellum illatum: adversus Afros quoque, vectīgal pro solo urbis 3
multorum annorum repetentes, dimicatum. Sed Afrorum 4
sicuti causa iustior, ita et fortuna superior fuit; bellum- 5

Lib. XIX.

CAP. I. §. 1. *diem fungitur.* *Fungi* findet sich oft bei ältern Schriftstell n mit dem Accusativ verbunden, welche Construction von Spätern nicht selten wieder befolgt worden ist. *Corn. Nep. Dat.* 1, 4: *Datames militare* munns fungens. *Tacit. An.* III, 2: *ut suprema erga memoriam filii sui* munera fungerentur. *Suet. Aug. c.* 45: *qui* suam vicem *praesidendo* fungerentur.

§. 3. *magnitudini patris successerunt.* Ebenso III, 5, 7: *ut non numero tantum amissorum civium, sed et* dignitati succederent, XXII, 1, 1: *Agathocles Siciliae tyrannus, qui* magnitudini *prioris Dionysii* successit.

que cum his solutione pecuniae, non armis, finitum. In Sardinia quoque Hasdrubal graviter vulneratus, imperio Hamilcari fratri tradito, interiit: cuius mortem quum luctus civitatis, tum et dictaturae undecim, et triumphi quatuor insignem fecere. Hostibus quoque crevere animi, veluti cum duce vires Poenorum cecidissent. Itaque Siciliae populis propter assiduas Carthaginiensium iniurias ad Leonidam, fratrem regis Spartanorum, concurrentibus, grave bellum natum; in quo et diu, et varia victoria proeliatum fuit. Dum haec aguntur, legati a Dario, Persarum rege, Carthaginem venerunt, adferentes edictum, quo Poeni humanas hostias immolare, et canina vesci prohibebantur; mortuorumque corpora cremare potius,

§. 7. *dictaturae undecim.* Er war nämlich eilfmal Suffet gewesen; denn das höchste obrigkeitliche Amt in Karthago war das der Suffeten, deren jährlich zwei gewählt wurden. Iustin wählt hier zur Bezeichnung dieser höchsten obrigkeitlichen Würde den entsprechenden Ausdruck der höchsten römischen. Ebenso *Liv.* XXIII, 13, 8: Dictator *cum Magone in Hispaniam praemissus est;* und so führt *Gell. N. A.* X, 24 aus Cato's Origines eine Stelle an: Dictatorem *Carthaginiensium magister equitum monuit.* Daher werden auch oft von griechischen Schriftstellern die Suffeten durch βασιλεῖς bezeichnet, so vie *Iustin.* XXII, 7, 7 den Bomilkar *rex Poenorum*, und den Suffeten XXXI, 2, 6 *consul* nennt. Auf gleiche Weise sagt *Corn. Nep. Han.* 7, 4: *Ut enim Romae consules, sic Carthagine quotannis annui bini* reges *creabantur.* Vergl. die *Anmerk.* zu XIII, 3, 1.

§. 9. *proeliatum fuit.* In passiver Bedeutung, wie oft auch andere Deponentia gebraucht werden, von denen auch wohl noch das Activum im Gebrauch war. So führt *Festus* unter *arma* an: *arma, quibus* proeliatur. S. *Muncker* zu *Hygin. Fab. C. p.* 161 und *Oudendorp* zu *Appulei. Met.* I, 18. *p.* 74.

§. 11. *mortuorumque corpora etc.* Dieser Befehl des Darius widerspricht, den Angaben anderer Schriftsteller zufolge, der eigenen Sitte der Perser denn diese hielten das Feuer für die Gottheit; mithin galt es ihnen als Frevel, Leichname durch das Feuer verzehren zu lassen. *Herodot.* III, 16. Demnach hat man unsere Stelle durch mannichfache Aenderungen mit der persischen Sitte in Uebereinstimmung bringen wollen. Zuerst versuchte *Kirchmann de Funer.* I, 2 die Umstellung: *mortuorumque corpora terra potius obruere, quam cremare.* Dagegen verbesserte *van Nispen* auf folgende Weise: *vesci prohibebantur mortuorumque corpora cremare, potiusque terra obruere a rege iubebantur.* Eine andere

quam terra obruere, a rege iubebantur; petentes simul 12
auxilia adversus Graeciam, cui illaturus bellum Darius
erat. Sed Carthaginienses auxilia negantes propter assi- 13
dua finitimorum bella, ceteris, ne per omnia contumaces
viderentur, cupide paruere.

Cap. II. Interea Hamilcar bello Siciliensi interficitur, 1
relictis tribus filiis, Imilcone, Hannone, Giscone. Has- 2
drubali quoque par numerus filiorum fuit, Hannibal, et
Hasdrubal, et Sapho. Per hos res Carthaginiensium ea 3
tempestate gerebantur. Itaque et Mauris bellum illatum, 4
et adversus Numĭdas pugnatum, et Afri compulsi stipen-
dium urbis conditae Carthaginiensibus remittere. Deinde 5
quum familia tanta imperatorum gravis liberae civitati es-
set, omniaque ipsi agerent simul et iudicarent, centum ex
numero senatorum iudices deliguntur, qui reversis a bello 6
ducibus, rationem rerum gestarum exigerent, ut hoc metu
ita in bello imperia cogitarent, ut domi iudicia legesque
respicerent. In Sicilia in locum Hamilcaris imperator 7
Imilco succedit: qui quum navali terrestrique bello secunda
proelia fecisset, multasque civitates cepisset, repente pesti-
lentis sideris vi exercitum amisit. Quae res quum nuntiata 8
Carthagini esset, moesta civitas fuit: omnia ululatibus, non

Emendation ist: *canina vesci prohibebantur mortuorumque corpora cremare, quae terra obruere a rege iubebantur.* Indess weisen sämmtliche Handschriften jeden Verbesserungsversuch zurück.

Cap. II. §. 6. *imperia cogitarent.* Man hat hier *agitarent* ändern wollen; aber unnöthig. *Cogitare* drückt nicht das blosse *Denken* aus, sondern auch das Gedachte in Ausführung bringen, so dass es sich auf die ganze *Denk-* und *Handlungsweise* bezieht, und entspricht hier trefflich dem folgenden *respicerent.* S. meine *Bemerk.* zu *Cic. Cat.* II, 3, 5.

§. 8. *nuntiata Carthagini esset.* Gemeiniglich hielt man bisher *Carthagini* für eine ältere Form des Ablativs, wie auch *Tiburi*, *Anxuri*, *Sicyoni* und *Lacedaemoni* bei *Corn. Nep. Praef.* §. 4. Nach neuern Untersuchungen indess, welche eine hellere Ansicht hinsichts der Construction der Städtenamen überhaupt verschafft haben, können auch diese Formen nicht mehr als Ablative angesehen werden. In der ältesten lateinischen Sprache gab es nämlich zur allgemeinen Bezeichnung der Oertlichkeit auf die Frage *Wo?* einen eignen Casus, den *Lokativ*, der sich überall auf *i* endigte. Diese Lokativform fiel also in der ersten und zweiten Deklination mit der des Genitivs zusammen (Corinthi, Ro-

9 secus ac si urbs ipsa capta esset, personabant: clausae privatae domus, clausa Deorum templa, intermissa omnia
10 sacra, omnia privata officia damnata. Cuncti deinde ad portum congregantur, egredientesque paucos e navibus,
11 qui cladi superfuerant, de suis percontantur. Ut vero dubia antea spe, et suspenso metu, incerta orbitatis exspectatione, casus suorum miseris eluxit, tunc toto litore plangentium gemitus, tunc infelicium matrum ululatus, et flebiles querelae audiebantur.

1 Cap. III. Inter haec procedit inops e navi sua imperator, sordida servilique tunica, discinctus: ad cuius con-
2 spectum plangentium agmina iunguntur. Ipse quoque

mai), in der dritten mit dem Ablativ, der damals noch nicht vom Dativ getrennt war. Da man nun aber späterhin diese Lokativform in der dritten Deklination mit der Ablativform als gleich betrachtete, so ging der ursprüngliche Lokativ als besondrer Casus für die Sprache verloren, und der Ablativ trat an seine Stelle. So wie nun aber *domi*, *humi*, *belli*, *militiae*, sich noch als ursprüngliche Lokativformen der beiden ersten Declinationen erhalten haben, so finden wir dieselben auch noch in jenen oben angeführten Städtenamen der dritten Deklination wieder. Hinsichts des richtigen grammatischen Gebrauchs dieses Lokativs sind noch einige Bemerkungen nöthig. Weil derselbe sich auf *i* endigte, so entscheidet sich zuvörderst von selbst der Streit einiger Grammatiker, ob man von den Städtenamen der ersten Deklination auf *e*, auf die Frage Wo? den griechischen Genitiv auf *es* oder den lateinischen auf *ae* setzen solle; denn da *ae* aus *ai* entstand, so kann nur der lateinische Genitiv auf *ae* statt haben. Ferner muss bemerkt werden, dass die Lokativformen nur zur allgemeinen Bezeichnung der Oertlichkeit angewendet wurden, dass sie selbst blos als Adverbien galten, und daher nur allein, und nicht in solcher Verbindung mit andern Wörtern gebraucht werden können, in welcher sie zugleich zu der Kraft und Eigenschaft wirklicher Nomina erscheinen würden; sie stehen nur als *adverbiale Ortsbestimmungen*. Man kann demnach in einer solchen Lokativform niemals ein Adjektiv oder einen abhängigen Genitiv setzen. Falsch also *Romae magnae*, *Corinthi splendidi*, *belli Centaurorum Carthagini nova*; wesshalb auch bei *Virgil. Aen.* IV, 224: *Tyria Carthagine*, nicht die Lokativform *Carthagini*, wie *Servius* wollte, Platz haben kann. Diese aufgestellte Ansicht eröffnete zuerst, neben *Schmitthenner* in seiner *Ursprachlehre p.* 264, *Fried. Rosen* in seiner *prolusio corporis radicum sanscritarum p.* 12. seq., worauf sie weiter ausgeführt wurde von *Hoffmann* in der schon oft erwähnten Recension der Ramshornschen Grammatik, dem ich gefolgt bin.

manus ad coelum tendens, nunc sortem suam, nunc pu-
plicam fortunam deflet; nunc *Deos* accusat, *qui tanta* 3
belli decora, et tot ornamenta victoriarum, quae ipsi
dederant, abstulerint: qui, captis tot urbibus, toties-
que hostibus terrestri navalique proelio victis, exercitum
victorem non bello, sed peste deleverint. Deferre se 4
tamen civibus suis non modica solatia, quod malis eo-
rum hostes gaudere, non gloriari possent: quippe quum 5
neque eos, qui mortui sunt, a se occisos, neque eos, qui
reversi sunt, a se fugatos possint dicere. Praedam, 6
quam relictis a se castris abstulerint, non esse talem,
quam velut spolium victi hostis ostentent; sed quam,
possessione vacua fortuitis dominorum mortibus, sicuti
caducam occuparint. Quod ad hostes pertinet, victo- 7
res se recessisse; quod ad pestem, victos. Nihil tamen 8
se gravius ferre, quam quod inter fortissimos viros mori
non potuerit, servatusque sit non ad vitae iucunditatem,
sed ad ludibrium calamitatis. Quamquam ubi miseras 9
copiarum reliquias Carthaginem reduxerit, se quoque
*secuturum commilitones suos: ostensurumque patriae,*10
non ideo se in eam diem vixisse, quoniam velit vivere;
sed ne hos, quibus nefanda lues pepercerat, inter ho-
stium exercitus relictos morte sua proderet. Tali voci-11
feratione per urbem ingressus, ut ad limina domus suae
venit, prosecutam multitudinem velut postremo alloquio
dimisit; obseratisque foribus, ac nemine ad se, ne filiis12
quidem admissis, mortem sibi conscivit.

Cap. III. §. 3. *quae ipsi dederant.* Der Schriftsteller ist hier, wie im folgenden *mortui sunt, reversi sunt — Quod ad hostes pertinet* aus der Oratio indirecta in die directa übergegangen, worüber die *Anmerk.* zu IX, 2, 11 nachzusehen ist.

LIBER XX.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Dionysius, Siciliae tyrannus, Graeciam Magnam invadit.
2. Metapontinorum origo et fata.
3. Crotoniensium et Locrensium bella.
4. Pythagoras philosophus Crotonienses ad frugalitatem revocat.
5. Dionysius, victis Locrensibus, Crotonienses bello aggreditur; sed frustra. Eiusdem cum Gallis societas. Galli quas urbes in Italia condiderint. Dionysius propter adventum Carthaginiensium in Siciliam redit, et tandem suorum insidiis opprimitur.

CAPUT I.

1 Dionysius, e Sicilia Carthaginiensibus pulsis, occupatoque totius insulae imperio, grave otium regno suo, periculosamque desidiam tanti exercitus ratus, copias in Ita-
2 liam traiecit: simul ut militum vires continuo labore acue-
3 rentur, et regni fines proferrentur. Prima illi militia adversus Graecos, qui proxima Italici maris litora tene-
4 bant, fuit: quibus devictis, finitimos quosque aggreditur omnesque Graeci nominis Italiam possidentes, hostes sibi
5 destinat: quae gentes non partem, sed universam ferme
6 Italiam ea tempestate occupaverant. Denique multae urbes adhuc post tantam vetustatem vestigia Graeci moris

Lib. XX.

Cap. I. §. 6. *Denique multae urbes.* Man bemerke hier *denique.* Gemeiniglich wird, wenn bei einzelnen Aufzählungen *primo praeterea* etc. vorhergeht, *denique* zum Schluss gesetzt, um die Aufzählung zu beenden. S. *Bremi*, *Corn. Pelop.* 4, 3, dann wird aber *denique* oft auch gesetzt, wenn nur ein Punkt angeführt wird, in welchem Fall es sich dann oft durch, *überhaupt*, *ja*, *sogar* wiedergeben lässt. *Caes. B. G.* II, 33: *quod deditione facta nostros praesidia deducturos aut* deni-

ostentant. Namque Tuscorum populi, qui oram inferi 7
maris possident, a Lydia venerunt: et Venetos, quos in- 8
colas superi maris videmus, capta et expugnata Troia,
Antenŏre duce, misit: Hadria quoque Illyrico mari pro- 9
xima, quae et Hadriatico mari nomen dedit, Graeca urbs
est: et Arpos Diomedes, exciso Ilio, naufragio in ea loca 10
delatus, condidit. Sed et Pisae in Liguribus Graecos au- 11
ctores habent: et in Tuscis Tarquinii a Thessalis, et Spina
in Umbris; Perusini quoque originem ab Achaeis ducunt.
Quid Caere urbem dicam? Quid Latinos populos, qui ab 12
Aenea conditi videntur? Iam Falisci, Nolani, Abellani, 13
nonne Chalcidensium coloni sunt? Quid tractus omnis Cam- 14
paniae? Quid Bruttii, Sabinique? Quid Samnides? Quid 15
Tarentini? quos Lacedaemone profectos, Spuriosque vo-
catos accepimus? Thurinorum urbem condidisse Philocte- 16
ten ferunt: ibique adhuc monumentum eius visitur; et
Herculis sagittae in Apollinis templo, quae fatum Troiae
fuere.

Cap. II. Metapontini quoque in templo Minervae 1
ferramenta, quibus Epēos, a quo conditi sunt, equum
Troianum fabricavit, ostentant: propter quod omnis illa 2
pars Italiae *Maior Graecia* appellata est. Sed principio 3
originum Metapontini cum Sybaritanis et Crotoniensibus
pellere ceteros Graecos Italia statuerunt. Quum primum 4
urbem Sirim cepissent, in expugnatione eius quinquaginta
iuvenes amplexos Minervae simulacrum, sacerdotemque
Deae velatum ornamentis, inter ipsa altaria trucidaverunt.
Ob haec quum peste et seditionibus vexarentur, priores 5
Crotonienses Delphicum oraculum adierunt. Responsum 6
his est, *finem mali fore, si violatum Minervae numen, et interfectorum manes placassent.* Itaque quum sta- 7
tuas iuvenibus iustae magnitudinis, et in primis Minervae
fabricare coepissent, Metapontini, cognito oraculo Deo-
rum, occupandam manium et Deae pacem rati, iuvenibus

que *indiligentius servaturos crediderant*, wo *denique* wohl nicht mit *Held* durch *wenigstens* zu erklären ist, wenn es auch scheinbar diese Bedeutung daselbst zu haben scheint. Vergl. *Iust.* IX, 4, 1. XIII, 2, 10. XXIII, 1, 15. XXV, 2, 9. S. *Salmasius* zu *Flor.* I, 16, 5.

modica et lapidea simulacra ponunt, et Deam panificiis
8 placant. Atque ita pestis utrobique sedata est, quum al-
9 teri magnificentia, alteri velocitate certassent. Recipe-
10 rata sanitate, non diu Crotonienses quievere. Itaque in-
dignantes, in oppugnatione Siris auxilium contra se a
11 Locrensibus latum, bellum his intulerunt. Quo metu
12 territi Locrenses ad Spartanos decurrunt: auxilium suppli-
ces deprecantur. Illi longinqua militia gravati, *auxi-*
13 *lium a Castore et Polluce petere eos* iubent. Neque le-
gati responsum sociae urbis spreverunt: profectique in
proximum templum, facto sacrificio, auxilium Deorum
14 implorant. Litatis hostiis, obtentoque, ut rebantur, quod
petebant, haud secus laeti, quam si Deos ipsos secum
avecturi essent, pulvinaria iis in navi componunt; faustis-
que profecti omnibus, solatia suis pro auxiliis deportant.

1 Cap. III. His cognitis, Crotonienses et ipsi legatos
ad oraculum Delphos mittunt, victoriae facultatem belli-
2 que prosperos eventus deprecantes. Responsum, *prius*
3 *votis hostes, quam armis vincendos.* Quum vovissent
Apollini decimas praedae, Locrenses, et voto hostium,
et responso Dei cognito, nonas voverunt; tacitamque eam
4 rem habuere, ne votis vincerentur. Itaque quum in aciem
processissent, et Crotoniensium centum viginti millia ar-
matorum constitissent, Locrenses paucitatem suam cir-

Cap. II. §. 12. *longinqua militia gravati.* *Gronov.* wollte *longinquam militiam* lesen nach dem Unterschied, den er zu *Senec. Thyest.* 106 aufgestellt hat. *Gravari re* werde nämlich gesagt, quum rem sustinemus et utcunque aegre ferimus; aber *gravari rem*, quum rem, quam ferimus, excutere tentamus, vel non susceptam recusamus. Vergl. desselben Gelehrten *Diatribe in Stat. T. I, p. 228. ed. Hand.* Diese Aenderung haben die meisten Herausgeber mit grossem Beifall gebilligt. Ich halte jenen Unterschied nur für scheinbar; und der Accusativ, der sich häufig bei *gravari* findet, wie *Oudendorp* zu *Sueton. Tib.* 50 und zu *Appulei. Met.* V, *p.* 341 davon mehrere Beispiele anführt, ist nach griechischer Sitte gesetzt, wobei βαρύνεσθαι τι voranging. Auch haben wir noch einmal bei *Iustin.* XXXIX, 4, 1: *At in Aegypto Cleopatra quum* gravaretur socio *regni, filio Ptolomaeo, populum in eum incitat;* wo *Gronov* ebenfalls *socium* ändern will. Nachweisungen über die verschiedene Construction *gravari re* oder *rem* findet man bei *Corte* zu *Lucan.* VII, 284.

cumspicientes, (nam sola quindecim millia militum habebant,) omissa spe victoriae, in destinatam mortem conspirant: tantusque ardor ex desperatione singulos cepit, 5
ut victores se putarent, si non inulti morerentur. Sed 6
dum mori honeste quaerunt, feliciter vicerunt: nec alia causa victoriae fuit, quam quod desperaverunt. Pugnantibus Locris, aquila ab acie numquam recessit, eosque tam 7
diu circumvolavit, quoad vincerent. In cornibus quoque 8
duo iuvenes diverso a ceteris armorum habitu, eximia magnitudine, et albis equis, et coccineis paludamentis, pugnare visi sunt, nec ultra apparuerunt, quam pugnatum est. Hanc admirationem auxit incredibilis famae velocitas. Nam eadem die, qua in Italia pugnatum est, et 9
Corintho, et Athenis, et Lacedaemone nuntiata est victoria.

Cap. IV. Post haec Crotoniensibus nulla virtutis exer- 1
citatio, nulla armorum cura fuit. Oderant enim quae in- 2
feliciter sumpserant; mutassentque vitam luxuria, ni Pythagoras philosophus fuissent. Hic Sami Demarato, lo- 3
cuplēte negotiatore, patre natus, magnisque sapientiae incrementis formatus, Aegyptum primo, mox Babyloniam, ad perdiscendos siderum motus, originemque mundi spectandam, profectus, summam scientiam consecutus erat. Inde regressus, Cretam et Lacedaemona, ad cognoscen- 4

Cap. III. §. 9. *Hanc admirationem*, d. i. *die Verwunderung darüber*. Wenn ein Pronomen sich auf etwas in dem vorgehenden Satze bezieht, und noch ein ebenfalls sich zurückbeziehendes Substantiv bei sich hat, so richtet sich das Pronomen nach diesem in genere, numero und casu, wo wir im Deutschen die Uebersetzung durch *darüber*, *deswegen*, *wovon etc.* geben. *Terent. And.* I, 1, 72: *Omnes laudare fortunas meas.* Hac fama *impulsus Chremes ultro ad me venit.* S. *Ramshorn, Lat. Gr.* §. 159. *p.* 354. Vergl. die *Anmerk.* zu XXIII, 1, 14.

et Corintho et Athenis. Gronov hat *Corinthi* ändern wollen. Wir haben jedoch zu II, 13, gesehen, dass auch die Städtenamen der zweiten Deklination bisweilen im Ablativ stehen; was um so mehr zu entschuldigen ist, wenn, wie an unserer Stelle, der Stadtnamen der zweiten Deklination mit einem der dritten Deklination verbunden ist. *Caes. B. C.* III, 35: *praesidiis adversariorum* Calydone et Naupacto *reiectis.*

das Minois et Lycurgi inclytas ea tempestate leges, con-
5 tenderat. Quibus omnibus instructus Crotonam venit, po-
pulumque in luxuriam lapsum auctoritate sua ad usum
6 frugalitatis revocavit. Laudabat quotidie virtutem; et
vitia luxuriae, casusque civitatium, ea peste perditarum,
7 enumerabat; tantumque studium ad frugalitatem multitu-
dinis provocavit, ut aliquos ex his luxuriatos incredibile
8 videretur. Matronarum quoque separatam a viris doctri-
9 nam, et puerorum a parentibus, frequenter habuit. Do-
cebat nunc has pudicitiam, et obsequia in viros; nunc
10illos modestiam, et literarum studium. Inter haec velut
11genetricem virtutum frugalitatem omnibus ingerebat; con-
secutusque disputationum assiduitate erat, ut matronae au-
ratas vestes, ceteraque dignitatis suae ornamenta, velut
instrumenta luxuriae, deponerent; eaque omnia delata in
12Iunonis aedem ipsi Deae consecrarent, prae se ferentes,
vera ornamenta matronarum pudicitiam, non vestes esse.
13In iuventute quoque quantum profligatum sit, victi femi-
14narum contumaces animi manifestant. Sed trecenti ex

Cap. IV. §. 5. *Crotonam venit.* *Gronov* zu *Liv.* I, 18, 2 hat hier, sowie an der Stelle des Livius *Crotona etc.* §. 17 *Crotone* ändern wollen, was sogar von einigen Herausgebern aufgenommen worden ist. Ich habe über diese Form nach der ersten Deklination bei diesem und ähnlichen Ortsnamen weitläuftig gesprochen zu II, 6, und sie zu erhalten gesucht.

§. 7. *ad frugalitatem multitudinis.* Die Wortstellung ist ungenau, weshalb *Faber* auch *multitudinis* hinter *studium* setzen wollte. Doch siehe die *Anmerk.* zu XVIII, 2, 5: *Nam Romanis eadem causa etc.*

§. 13. *Quantum profligatum sit.* In der Ed. Ald. ist die Glosse *profectum sit.* *Profligare* bedeutet bei den besten Schriftstellern oft etwas dem Ende, der Vollendung nahe bringen, *es in einer Sache weit bringen.* Diese Bedeutung entstand leicht aus der Redensart, *profligare hostem* etc. So XXII, 8, 1: *profligatis in Africa rebus*, wo alle früheren Herausgeber, mit Ausnahme des einzigen *Graevius*, die Bedeutung dieses Verbi nicht gefasst, und *profligatis in Africa rebus* ganz falsch durch *perditis* erklärt haben. S. daselbst die *Anmerk.* *Sueton Otho.* 9: *speransque ante Vitellii adventum* profligari *plurimum posse.* Senec. de vit. b. 1, 1: *Intellecturi in ipso itinere, si modo rectum erit, quantum quotidie* profligetur, *quantoque propius ab eo simus, ad quod nos cupiditas naturalis impellit.*

iuvenibus, quum sodalitii iuris sacramento quodam nexi, separatam a ceteris civibus vitam exercerent, quasi coetum clandestinae coniurationis haberent, civitatem in se converterunt; quae eos, quum in unam domum convenis- 15
sent, cremare voluit. In quo tumultu sexaginta ferme 16
periere: ceteri in exsilium profecti. Pythagoras autem 17
quum annos viginti Crotonae egisset, Metapontum emigravit, ibique decessit: cuius tanta admiratio fuit, ut ex domo eius templum facerent, eumque pro Deo colerent.

Cap. V. Igitur Dionysius tyrannus, quem supra a 1
Sicilia exercitum in Italiam traiecisse, bellumque Graecis intulisse memoravimus, expugnatis Locris, Crotonienses, vix vires longo otio ex prioris belli clade resumentes, aggreditur: qui fortius cum paucis tanto exercitui eius, quam 2
antea cum tot millibus Locrensium paucitati, restiterunt. Tantum virtutis paupertas adversus insolentes divitias ha- 3
bet, tantoque insperata interdum sperata victoria certior est. Sed Dionysium gerentem bellum legati Gallorum, 4

§. 14. *sodalitii iuris sacramento.* So liest man jetzt gemeiniglich statt der Lesart des *Bongarsius: sodalitii iure sacramento*, wofür *Pricaeus Appulei. Met. T.* III, *p.* 182 *ed. Oudendorp iure* ceu *sacramento* schreiben wollte. *Ius alicuius rei* umfasst alles das, was uns hinsichts eines Dinges zusteht, die *ganze Gerechtsame* desselben. In diesem Falle können wir *ius* oft gar nicht wiedergeben, so dass es also scheinbar als blosse Umschreibung zu stehen scheint. *Sueton. Cal.* 26: *omnibus* pro necessitudinis iure, *proque meritorum gratia cruenta mors persoluta est*, D. i. statt dessen was ihnen Hinsichts der Verwandtschaft zustand. Vergl. *Iustin.* VIII, 6, 8: *Nec in eo* ius cognationis *servavit.* XXVIII, 1, 2: *ut auxilium, quod misericordia non poterat,* iure cognationis *obtineret.* VII, 3, 3: *ut apparatui epularum adiiciat* ius familiaritatis; XVI, 5, 15: *qui* iure familiaritatis *admissi.* XXXXIII, 4, 6: *strenuos viros* hospitii iure *in orbem misit.* III, 1, 2: *nam* amicitiae iure *semper illi patebat.* XXIX, 4, 9: *ut spe impletos in* societatis iure *retineret.*

Cap. V. §. 1. *Igitur etc.* Mit *igitur* nimmt der Schriftsteller den von *c.* 1, §. 6 abgebrochenen Faden der Erzählung wieder auf. Da aber die Störung derselben durch mehrere Capitel hindurch verlängert worden war, so fügt der Schriftsteller, um jene Einlenkung in die abgebrochene Rede deutlicher hervor zu heben, noch den Satz mit *quem supra* etc. hinzu. S. zu XVIII, 1, 1.

qui ante menses Romam incenderant, societatem amici-
5 tiamque petentes adeunt: *gentem suam inter hostes eius positam esse, magnoque usui ei futuram vel in acie bellanti, vel de tergo intentis in proelium hostibus,*
6 affirmant. Grata legatio Dionysio fuit. Ita pacta societate, et auxiliis Gallorum auctus, bellum velut ex integro
7 restaurat. His autem Gallis causa in Italiam veniendi, sedesque novas quaerendi, intestina discordia et assiduae
8 domi dissensiones fuere: quarum taedio quum in Italiam venissent, sedibus Tuscos expulerunt; et Mediolanum, Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tridentum,
9 Vicentiam condiderunt. Tusci quoque, duce Raeto, avitis sedibus amissis, Alpes occupavere, et ex nomine ducis
10 gentes Raetorum condiderunt. Sed Dionysium in Siciliam adventus Carthaginiensium revocavit: qui, reparato exercitu, bellum, quod lue deseruerant, auctis viribus repe-
11 tebant. Dux belli Hanno Carthaginiensis erat: cuius ini-
12 micus Suniatus, potentissimus ea tempestate Poenorum,

§. 4. *ante menses.* Der Ausdruck ist unbestimmt; man sollte noch ein *aliquot* oder *paucos* dazu erwarten; weshalb Vossius *mensem* ändern, Scheffer aber *ante menses* sex lesen wollte. Aber ohne Noth. XLIV, 4, 3: *quum eum exponi iussisset et* post dies *ad corpus expositi requirendum misisset.* VI, 7, 7: *Pauci igitur sustinere senes aciem, cui par* ante *diem universa iuventus esse non potuit*, wo *ante diem* sicherlich nicht soviel ist, als *eodem die*, sondern vielmehr *ante aliquot dies* oder *antea.* Eben so unbestimmt steht *menses* in der Stelle XXXVIII, 1, 6: *Siquidem interiectis* mensibus *simulat*, statt *aliquot mensibus.* Auch III, 7, 5: interiectis diebus *naves conscendunt;* vergl. V, 4, 3. *Interiecto tempore* I, 5, 8. Vergl. I, 7, 11. II, 15, 6. IV, 4, 1; wodurch unsere Stelle vor jeder Aenderung geschützt wird. Vergl. die *Anmerk.* zu XIV, 2, 5, über *ad tempus.*

§. 6. *velut ex integro.* Man bemerke hier das zur Milderung hingefügte *velut. De integro* oder *ex integro*, welches letztere sich auch oft im Livius findet. (S. *Drakenb.* zu *Liv.* XXI, 6, 5) ist nämlich ein stärkeres *denuo*, und entspricht unserm *ganz von neuem, ganz von vorn.* Da nun dieser Ausdruck zu stark war, fügt der Schriftseller ein *velut* hinzu. Ebenso bei *Cic. Brut.* 55, 201: *Ego* tanquam de integro *ordiens.* S. *Doederlein's lat. Synonym. Erster Theil p.* 184.

§. 12. *Senatus consultu.* Dies ist die Lesart der Handschriften des *Bongarsius*, statt *senatus consulto*; was mehr eine spätere Aenderung zu seyn scheint. Es wurden nämlich mehrere Wörter in der ältern la-

quum odio eius, Graecis literis, Dionysio adventum exercitus et segnitiam ducis familiariter praenuntiasset, comprehensis epistolis, proditionis damnatur, facto senatus-13 consultu, *ne quis postea Carthaginiensis aut literis Graecis, aut sermoni studeret: ne aut loqui cum hoste, aut scribere sine interprete posset.* Nec multo post Dio-14 nysius, quem paullo ante non Sicilia, non Italia capiebat, assiduis belli certaminibus victus fractusque, insidiis ad postremum suorum interficitur.

teinischen Sprache nach der vierten Deklination flektirt, welche nachher nur gewöhnlich nach der zweiten gingen. Zu diesen gehört auch *consultus*. Daher auch *Corte* bei *Sall. Cat.* 42, 3: *Ex eo numero complures Q. Metellus Celer Praetor ex Senati consult*u nach Handschrift aufgenommen. Ebenso hat *Drakenborch* bei *Liv.* III, 62, 2: *consult*u *collegae, virtute militum victoria parta est* mit *Gronov* vorgezogen. Ueber mehrere andere Wörter, die ebenfalls bisweilen nach der vierten Deklination flektirt wurden, siehe *Drakenborch* zu *Liv.* V, 13, 5; IV, 9, 6. Vergl. *Gell. N. A.* XIII, 20.

§. 13. *sermoni studeret.* In einigen Handschriften wird *litter*as *Graec*as *aut sermone*m gelesen, welches *Abr. Gronov.* durch Vergleichung anderer Stellen zu vertheidigen scheint. Wohl pflegte der Lateiner, wie ich dies zu XIV, 1, 5, bemerkt habe, bei gewissen Verbis einen Accusativ zu setzen, wenn das Wort, welches im Accusativ hinzugefügt wurde, einen ausgedehntern unbestimmtern Begriff hatte. War aber derselbe bestimmt, so erlaubten sie sich dieses nicht; also nicht *studeo litteras*, wie ehemals auch bei *Pseudo-Cicero p. red. in Sen. c.* 6. §. 14 gelesen wurde, jetzt aber mit Recht aus den Handschriften *litteris* verbessert worden ist. Dagegen konnten Neutra, wie *hoc, id, illud, unum* und *hanc rem, has res* mit *studere* verbunden werden. *Plaut. Mil.* V, 5, 44: *minus* has res *studeant. Poenul.* III, 1, 72: id *studes.* Vergl. *Terent. Andr.* I, 1, 32: *Hecyr.* II, 2, 20. *Cic. ad Fam.* I, 6: *si* nihil aliud *studeat.* Vergl. *Philipp.* VI, 7, 18.

§. 14. *ad postremum.* In den gewöhnlichen Ausgaben blos *postremum.* S. die *Anmerk.* zu XVI, 4, 3.

LIBER XXI.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Dionysii iunioris artes tyrannicae.
2. Eiusdem luxuria, crudelitas, doli, exsilium, tyrannis in Locrenses.
3. Callido commento Locrensium matronas spoliat, et quarundam maritos obtruncat. A Locrensibus pulsus, in Siciliam redit, Syracusas per proditionem recipit.
4. Hannonis, tyrannide Carthaginem occupare tentatis, tragoedia.
5. Dionysius iunior, Sicilia pulsus, misere vitam agit Corinthi.
6. Hamilcar, cognomine Rhodanus, ad speculandos Alexandri M. animos a Carthaginiensibus missus, et Carthaginem reversus interficitur.

CAPUT. I.

1 Exstincto in Sicilia Dionysio tyranno, in locum eius milites maximum natu ex filiis eius, nomine Dionysium, 2 suffecere; et naturae ius secuti, et quod firmius futurum esse regnum, si penes unum remansisset, quam si portio- 3 nibus inter plures filios divideretur, arbitrabantur. Sed Dionysius inter initia regni, avunculos fratrum suorum, veluti aemulos imperii sui, hortatoresque puerorum ad

Lib. XXI.

Cap. I. §. 1. *nomine Dionysium.* In dieser Verbindung pflegt *et ipsum* hinzugefügt zu werden; aber nur dann, wenn nicht, wie hier, auf die Wahl aus mehreren Rücksicht genommen wird. Würde *Iustin* statt *maximum natu ex filiis eius* blos *filium eius* geschrieben haben, so würde auch ein *et ipsum* vor *Dionysium* von ihm hinzugefügt worden seyn. XLI, 5, 7: *Huius filius et successor regni, Arcaces* et ipse *nomine; c.* 4, 9: *Sed cito, morte Theodoti metu liberatus, cum filio eius* et ipso *Theodoto foedus ac pacem fecit;* XLII, 4, 16: *ut sceleratissimus omnium* et ipse *Phraates nomine rex statueretur.* Vergl. XXXVIII, 2, 1. *c.* 3, 4.

divisionem regni, tollere gestiebat. Qua re paullisper dissimulata, animum prius ad favorem popularium conciliandum intendit; excusatius facturus quod statuerat, si probatus ante omnibus foret. Igitur nexorum tria millia e carcere dimittit, tributa populo per triennium remittit; et quibuscunque delinimentis potest, animos omnium sollicitat. Tunc ad destinatum facinus conversus, non cognatos tantum fratrum, sed etiam ipsos interficit: ut, quibus consortium regni debebat, ne spiritus quidem consortium relinqueret, tyrannidem in suos prius, quam in exteros auspicatus. 4 5 6 7

Cap. II. Sublatis deinde aemulis, in segnitiam lapsus, sagīnam corporis ex nimia luxuria, oculorumque valetudinem contraxit, adeo ut non solem, non pulverem, non denique splendorem ferre lucis ipsius posset. Propter quae dum contemni se putat, saevitia grassatur; nec, ut pater, carcerem nexis, sed caedibus civitatem, replet. Ob quae non contemptior omnibus, quam invisior fuit. Itaque quum bellum adversus eum Syracusani decrevissent, diu dubitavit, imperium deponeret, an bello resisteret. 1 2 3 4

Cap. II. §. 1. *oculorumque valetudinem.* *Valetudo* ist eine vox media; es bezeichnet überhaupt den *körperlichen Zustand* eines Menschen, sei derselbe gut oder schlimm; der Zusammenhang und die hinzugefügten Bestimmungen entscheiden für den jedesmaligen Sinn. XLI, 6, 9: adversa valetudine *correptus;* vergl. XIII, 2, 11. XIV, 5, 2. Nicht selten findet man *valetudo*, wie an unserer Stelle, mit und ohne die Hinzufügung von *oculorum*, von einem Augenübel gebraucht. *Cic. ad Fam.* XIV, 4, 11: valetudine oculorum *impediebatur. Corn. Nep. Timol.* 4, 1: *lumina oculorum amisit.* — propter valetudinem *vectus iumentis iunctis. Han.* 4, 3: *gravi morbo afficitur oculorum* — qua valetudine *quum etiam nunc premeretur.* Vergl. *Valer. Max.* VI, 4, 3. *Liv.* XXVI, 22, 5. XXXII, 34, 3.

§. 4. *imperium deponeret, an bello resisteret.* Der Ungeübtere bemerke, dass bei Doppelfragen im ersten Gliede das Fragewort ausgelassen zu werden pflegt, besonders dann, wenn ein Gegensatz statt findet. XXIV, 5, 4: *brevi sensurum, sibi,* an *illi consulentes pacem obtulerint. Liv.* III, 15, 7: *Incerti, quod malum repentinum, externum* an *intestinum; ab odio plebis* an *ab servili fraude civitatem invasisset;* V, 28, 5: *ut in incerto fuerit, vicissent, victi*ne *essent;* VII, 36, 2: *Ignari, cives* an *hostes essent.* S. *Ramshorn lat. Gr.* §. 174. 3. a.

5 Sed a militibus, praedam et urbis direptionem speranti-
6 bus, descendere in proelium cogitur. Victus, quum iterato non felicius fortunam tentasset, legatos ad Syracusanos mittit, spondens, *se depositurum tyrannidem, si mitterent ad eum, quibuscum sibi de pace conveniret.*
7 In quam rem missos primores in carcere retinet, atque ita incautis omnibus, nec quidquam hostile metuentibus, exer-
8 citum ad delendam civitatem mittit. Fit igitur in ipsa urbe anceps proelium: in quo oppidanis multitudine superantibus, Dionysius pellitur: qui quum obsidionem arcis timeret, cum omni regio apparatu in Italiam profugit ta-
9 citus. Exsul a Locrensibus sociis exceptus, velut iure regnaret, arcem occupat; solitamque sibi saevitiam exer-
10 cet. Coniuges principum ad stuprum rapi iubebat: virgines ante nuptias abducebat, stupratasque procis reddebat: locupletissimos quosque aut civitate pellebat, aut occidi imperabat, bonaque eorum invadebat.

1 Cap. III. Dein quum rapinae occasio deesset, uni-
2 versam civitatem callido commento circumvenit. Quum Rheginorum tyranni Leophronis bello Locrenses premerentur, voverant, si victores forent, ut die festo Veneris
3 virgines suas prostituerent. Quo voto intermisso, quum adversa bella cum Lucanis gererent, in concionem eos Dionysius vocat: hortatur, *ut uxores filiasque suas in templum Veneris, quam possint ornatissimas mittant:*
4 *ex quibus sorte ductae centum voto publico fungantur, religionisque gratia uno stent in lupanari mense, omni-*
5 *bus ante iuratis viris, ne quis ullam attaminet. Quae res ne virginibus, voto civitatem solventibus, fraudi esset, decretum facerent, ne qua virgo nuberet, prius-*
6 *quam illae maritis traderentur.* Probato consilio, quo et superstitioni et pudicitiae virginum consulebatur, certatim omnes feminae impensius exornatae in templum Ve-
7 neris conveniunt: quas omnes Dionysius immissis militibus spoliat, ornamentaque matronarum in praedam suam ver-

§. 10. *procis reddebat.* Gewöhnlich *sponsis;* doch stimmt die Mehrzahl der Handschriften für *procis*, von dem *sponsis* eine Glosse zu seyn scheint.

tit. Quarundam viros ditiores interficit: quasdam ad pro- 8
dendas virorum pecunias torquet. Quum his artibus per 9
annos sex regnasset, conspiratione Locrorum civitate pul-
sus, in Siciliam redit. Ibi Syracusas, securis omnibus, 10
post longam intercapedinem pacis, per proditionem re-
cipit.

Cap. IV. Dum haec in Sicilia geruntur, interim in 1
Africa princeps Carthaginiensium Hanno opes suas, qui-
bus vires reipublicae superabat, ad occupandam domina-
tionem intendit, regnumque invadere, interfecto sena-
tu, conatus est. Cui sceleri sollemnem nuptiarum diem 2
filiae suae legit, ut religione votorum nefanda commen-
ta facilius tegerentur. Itaque plebi epulas in publicis 3
porticibus, senatui in domo sua parat, ut poculis vene-
no infectis, secretius senatum et sine arbitris interfice-
ret, orbamque rempublicam facilius invaderet. Qua re 4
magistratibus per ministros prodita, scelus declinatum,
non vindicatum est, ne in viro tam potenti plus ne-
gotii faceret res cognita, quam cogitata. Contenti ita- 5
que cohibuisse, decreto modum nuptiarum sumptibus
statuunt; idque observari non ab uno, sed ab univer-
sis iubent, ne persona designata, sed vitia correcta vi-
derentur. Hoc consilio praeventus, iterum servitia con- 6
citat, statutaque rursus caedium die, quum denuo se pro-
ditum videret, timens iudicium, munitum quoddam ca-
stellum cum viginti millibus servorum armatis occupat. Ibi 7
dum Afros regemque Maurorum concitat, capitur, virgis-
que caesus, effosis oculis, et manibus cruribusque fractis,
velut a singulis membris poenae exigerentur, in conspectu

Cap. IV. §. 6. *iterum servitia concitat.* *Iterum* könnte auffallen, da von keiner früheren Aufwiegelung die Rede gewesen ist; denn *iterum* is *wiederum*, wenn von einer zweiten Wiederholung einer Handlung die Rede ist, also *zum zweitenmal;* und unterscheidet sich dadurch von *rursus*, das *jede* Wiederholung bezeichnet. Man muss indess *iterum* hier mehr dem Sinne nach gesetzt denken; insofern weniger das *concitare servitia*, als vielmehr das darin liegende abermalige Streben sich des Staates zu bemächtigen, berücksichtigt worden ist. Vergl. V, 6, 7: iterum *tamen fortunam maris experiendam decernunt.*

populi occiditur; corpus verberibus lacerum in cruce figi-
8 tur. Filii quoque, cognatique omnes, etiam innoxii, sup-
plicio traduntur, ne quisquam aut ad imitandum scelus,
aut ad mortem ulciscendam ex tam nefaria domo super-
esset.

1 Cap. V. Interea Dionysius Syracusis receptus, quum
gravior crudeliorque in dies civitati esset, iterata conspi-
2 ratione obsidetur. Tunc deposito imperio, arcem Syra-
cusanis cum exercitu tradit; receptoque privato instru-
3 mento, Corinthum in exsilium proficiscitur. Ibi humilli-
ma quaeque tutissima existimans, in sordidissimum vitae
4 genus descendit: non contentus in publico vagari, sed
potare: nec conspici in popinis lupanaribusque, sed totis
5 diebus desidēre: cum perditissimo quoque de minimis re-
6 bus disceptare: pannosus et squalidus incedere: risum li-
bentius praebere, quam captare: in macello perstare:
7 quod emere non poterat, oculis devorare: apud aediles
adversus lenones iurgari: omniaque ista facere, ut con-
8 temnendus magis, quam metuendus videretur. Novissi-
me ludimagistrum professus, pueros in trivio docebat, ut
aut a timentibus semper in publico videretur, aut a non
9 timentibus facilius contemneretur. Nam licet tyrannus vi-
tiis semper abundaret, tamen simulatio haec vitiorum, non
natura erat; magisque haec arte, quam amisso regali pu-
dore faciebat, expertus, quam invisa tyrannorum forent
10etiam sine opibus nomina. Laborabat itaque invidiam
praeteritorum contemptu praesentium demere; neque ho-
11nesta, sed tuta consilia circumspiciebat. Inter has tamen

Cap. V. §. 9. *tyrannus vitiis.* Was die *tyrannica vitia*, wie man gewöhnlich liest, hier sollen, begreife ich nicht. Eine Handschrift hat *tyrannus*, und dies ist sicherlich die richtige Lesart. Der Sinn ist offenbar folgender: Dionysius war zwar als Tyrann von Sicilien stets allen Lastern ergeben; sein jetziges schmutziges und lasterhaftes Leben war aber nur Verstellung nicht Natur. Demnach stehen *tyrannus* und *haec* im Gegensatz, und so wird man auch im Folgenden weit passender *natura* lesen; die Lesart *naturae* ist leicht aus dem folgenden *e* von *erat* entstanden; zumal da häufig die Abschreiber die einzelnen Wörter dicht aneinander schrieben. Ueber mehrere dergleichen Irrungen s. *Drakenb.* zu *Liv.* I, 47, 9 und XXIII, 29, 16.

simulationum artes insimulatus est affectatae tyrannidis; nec aliter, quam dum contemnitur, liberatus est.

Cap. VI. Inter haec Carthaginienses tanto successu 1
rerum Alexandri Magni exterriti, venerentes, ne Persico
regno et Afrīcam vellet adiungere, mittunt ad speculan-
dos eius animos Hamilcarem cognomento Rhodanum, vi-
rum sollertia facundiaque praeter ceteros insignem. Au- 2
gebant enim metum et Tyros urbs, auctor originis suae,
capta; et Alexandrīa, aemula Carthaginis, in terminis 3
Africae et Aegypti condita; et felicitas regis, apud quem 4
nec cupiditas, nec fortuna ullo modo terminabantur. Igi- 5
tur Hamilcar, per Parmenionem aditu regis obtento, pro-
fugisse se ad regem expulsum patria fingit, militemque
se expeditionis offert. Atque ita consiliis eius exploratis, 6
in tabellis ligneis, vacua desuper cera inducta, civibus
suis omnia perscribebat. Sed Carthaginienses post mor- 7
tem regis reversum in patriam, quasi urbem regi vendi-
tasset, non ingrato tantum, verum etiam invido et crudeli
animo necaverunt.

LIBER XXII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Agathoclis, Siciliae tyranni, pueritia, adolescentia, misera conditio, felicitas bellica, nova dignitas, perfidia, crudelitas, tyrannis.
2. Carthaginienses in Hamilcarem proditorem tacita suffragia ferunt.
3. Bella Agathoclis.
4. Syracusis a Carthaginiensibus obsessis, Agathocles audaci consilio bellum in Africam infert.
5. Exposito in litore Africae exercitu, gravi oratione suos ad pugnam accendit.
6. Discussa superstitionis nebula; et navibus incensis, Carthaginienses proelio superat, et urbes nobilissimas recipit.
7. Siciliam Carthaginienses relinquere coguntur, et infeliciter cum Agathocle pugnant in Africa. Fatum acerbum Ophellae et Bomilcaris.
8. Agathocles totius Siciliae imperium occupat: in Africam reversus infeliciter pugnat; castra deserit: unde militum defectio, et filiorum Agathoclis interitus; et Agathoclis pax inita cum Carthaginiensibus.

CAPUT I.

1 Agathocles, Siciliae tyrannus, qui magnitudini prioris
Dionysii successit, ad regni maiestatem ex humili et sor-
2 dido genere pervenit. Quippe in Sicilia patre figulo na-
tus, non honestiorem pueritiam, quam principia originis
3 habuit: siquidem forma et corporis pulchritudine egre-
4 gius, diu vitam stupri patientia exhibuit. Annos deinde
pubertatis egressus, libidinem a viris ad feminas transtu-
5 lit. Post haec apud utrumque sexum famosus, vitam la-

Cap. I. §. 3. *vitam exhibuit.* *Exhibere* hier soviel als *sustentare.* S. die *Anmerk.* zu IX, 2, 7.

trocinliis mutavit. Interiecto tempore, quum Syracusas 6
concessisset, adscitusque in civitatem inter incolas esset,
diu sine fide fuit; quoniam nec in fortunis quod amitteret, 7
nec in verecundia quod inquinaret, habere videbatur: in 8
summa, gregariam militiam sortitus, non minus tunc sedi-
tiosa quam antea turpi vita, in omne facinus promptissi-
mus erat. Nam et manu strenuus, et in concionibus per- 9
facundus habebatur. Brevi itaque centurio, ac deinceps 10
tribunus militum factus est. Primo bello adversus Aet- 11
naeos magna experimenta sui Syracusanis dedit. Sequenti 12
Campanorum tantam de se spem omnibus fecit, ut in lo-
cum demortui ducis Damasconis sufficeretur: cuius uxo- 13
rem adulterio cognitam post mortem viri in matrimonium
recepit. Nec contentus, quod ex inope repente dives fa- 14
ctus esset, piraticam adversus patriam exercuit. Saluti ei 15
fuit, quod socii capti tortique de illo negaverunt. Bis 16
occupare imperium Syracusarum voluit: bis in exsilium
actus est.

Cap. II. A Murgantinis, apud quos exsulabat, odio 1
Syracusanorum, primo praetor, mox dux creatur. In eo 2
bello et urbem Leontinorum capit, et patriam suam Sy-
racusas obsidere coepit: ad cuius auxilium Hamilcar, dux 3
Poenorum, imploratus, depositis hostilibus odiis, prae-
sidia militum mittit. Ita uno eodemque tempore Syracu- 4
sae et ab hoste, civili amore defensae; et a cive, hostili
odio impugnatae sunt. Sed Agathocles, quum videret 5
fortius defendi urbem, quam oppugnari, precibus per in-
ternuntios Hamilcarem exorat, ut inter se et Syracusanos
pacis arbitria suscipiat, peculiaria in ipsum officia sui re-
promittens. Qua spe impletus Hamilcar, societatem cum 6

Cap. II. §. 5. *officia sui.* Man sollte das Pronomen Possessivum *sua* erwarten; und so wurde auch ehemals hier gelesen; die Handschriften und alten Ausgaben stimmen aber für *sui.* Bisweilen werden nämlich die Personalpronomina auch statt der Possessiva gesetzt; wie XXXVII, 2, 3: *Nam et magnitudine* sui *quartam partem coeli occupaverat et fulgore* sui *solis nitorem vicerat*, wo die *Anmerkung* nachzusehen ist. Die Stelle, welche aber *Abr. Gronov* an der unsrigen anführt, gehören nicht hierher, oder werden jetzt anders gelesen, wie *Cic. Cat.* IV, 4, 7.

eo metu potentiae eius iungit; ut, quantum virium Agathocli adversus Syracusanos dedisset, tantum ipse ad in-
7 crementa domesticae potentiae reciperaret. Igitur non pax tantum Agathocli conciliatur, verum etiam praetor
8 Syracusis constituitur. Tunc Hamilcari, expositis ignibus
9 Cereris tactisque, in obsequia Poenorum iurat. Deinde acceptis ab eo quinque millibus Afrorum, potentissimos
10 quosque ex principibus interficit: atque ita veluti reipublicae statum formaturus, populum in theatrum ad concionem vocari iubet, contracto in gymnasio senatu, quasi

§. 8. *ignibus Cereris.* Diese Stelle scheint verdorben, gewöhnlich wird *cereris* statt *Cereris* gelesen. Die aufgenommene Lesart ist eine Aenderung des *Sebisius*, welche durch eine Handschrift bestätigt, und auch von *Gronov* in seinen *Observatt.* IV, 4, und von *Wesseling* zu *Diodor.* XIX, 5 gebilligt worden ist; so wie auch die Stelle des Diodor sehr für dieselbe spricht, in welcher es von demselben Agathokles heisst: *Παραχθεὶς εἰς τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν ὑπὸ τῶν πολιτῶν ὤμνυσεν.* Dass ein feierlicher Eidschwur oft mit Berührung des Altars eines Gottes verbunden war, ist aus andern Stellen hinlänglich bekannt; und so heisst es auch XXIV, 2, 8: *quo perducto in sanctissimum Iovis templum veterrimae Macedonum religionis, Ptolemaeus sumptis in manus altaribus, contingens ipsa simulacra et pulvinaria deorum, inauditis ultimisque exsecrationibus adiurat*, wo die Ausleger zu vergleichen sind. Auffallend und hart könnte nun noch *tactis ignibus* scheinen. Doch sagt schon auf gleiche Weise *Virg. Aen.* XII, 200: Tango aras *mediosque* ignes *et numina testor.*

§. 10. *in gymnasio. Faber* wollte *in gymnasium* ändern, welches auch mehrere Ausgaben aufgenommen haben; und allerdings wird sonst *contrahere in locum* gesagt. Allein jene Aenderung ist mindestens ganz unnöthig; denn die Wahl der Construction hängt von der jedesmaligen Zeit ab. So wie ich nur allein richtig sage: *contraho exercitum in locum*, so ist nicht minder richtig, *contractus est exercitus in loco*, insofern *contractus est* nicht das Perf. Aoristicum, sondern *logicum* ist; die Handlung ist vollendet, und der Zustand der Ruhe ist eingetreten; das Heer befindet sich an dem Orte. Auf gleiche Weise ist die verschiedene Construction bei vielen andern Verbis der Bewegung aufzufassen. So heisst es bei *Hirt. B. Afr. c.* 36: *ex oppido Tisdrae*, in quo *tritici modium millia CCC comportata fuerant;* und bei *Cic. ad Fam.* VII, 16, 2: *Nunc vero* in hibernis iniectus *mihi videris*, wo die Herausgeber, selbst *Lambin*, sich kaum enthalten konnten, ihre Verbesserungen in den Text zu setzen. Ebenso *Iustin.* XXXII, 4, 5: *ad Prusiam contendit, auro suo* in statuis, *quas secum portabat*, infu-

quaedam prius ordinaturus. Sic compositis rebus, im- 11
missis militibus populum obsĭdet, senatum trucidat: cuius 12
peracta caede, ex plebe quoque locupletissimos et prom-
ptissimos interficit.

Cap. III. His ita gestis, militem legit, exercitumque 1
conscribit: quo instructus finitimas civitates, nihil hostile
metuentes, ex improviso aggreditur. Poenorum quoque 2
socios, permittente Hamilcare, foede vexat: propter quod
querelas Carthaginem socii non tam de Agathocles, quam
de Hamilcare detulerunt; *hunc ut dominum et tyran-* 3

so; wo man entweder *in* streichen, oder *in statu*as verbessern wollte. Auch *coniicere in carcer*em und *in carcer*e, wird sich hiernach beurtheilen lassen, worüber man Stellen bei *Drakenb.* zu *Liv.* XXXIX, 41, 7 und bei *Corte* zu *Sall. Cat.* 42, 3 gesammelt findet. Vergl. die vortreffliche Bemerkung von *Clarke* zu *Caes. B. G.* IV, 12, 2.

§. 12. *promptissimos interficit.* *Gronov* erklärt *promptissimi* hier durch *maxime excellentes et omnibus rebus instructos*, wogegen sich *Ruhnken* zu *Vellei. Pat.* II, 75. *p.* 320 mit Recht erklärt. *Promptus* bezieht sich entweder auf geistige Vorzüglichkeit, oder bezeichnet, wie an unserer Stelle, den, der diese Vorzüglichkeit des Geistes in seinen Handlungen ausdrücken will, der etwas zu unternehmen bereit ist, *paratus ad aliquid audendum* wie *Ruhnken l. c.* sagt. Ebenso XXIII, 1, 3: *ad iniurias vicinorum* prompti. Von geistiger und zugleich thätiger Vorzüglichkeit gebraucht es *Corn. Nep. Them.* 2, 4: *Nec minus in rebus gerendis* promptus *quam excogitandis erat.* Dann wird es auch oft im Allgemeinen von dem gebraucht, der sich durch irgend etwas auszeichnet, dessen nähere Bestimmung durch einen Ablativ hinzugefügt wird. Daher XXIII, 4, 11: *manu promptus* wofür bei *Corn. Nep. Dat.* 1, 3: *manu fortis* steht; vergl. *Corte* zu *Sall. Cat.* 43, 4. Ebenso bei *Liv.* V, 3, 1: *ingenio promptus* und II, 45, 15: *lingua promptus*, wie bei *Sall. Iug.* 44, 1: *lingua quam manu promptior.* Vergl. *Drakenb.* zu *Liv.* II, 56, 7.

Cap. III. §. 3. *hunt ut dominum dominum — illum.* Gemeiniglich bezieht sich *hic* auf den näheren, den zuletzt genannten, *ille* auf den entferntern, den zuerst genannten Gegenstand. Doch findet bisweilen die umgekehrte Beziehung statt, wie an unserer Stelle, wo *hunc* auf den Agathocles, *illum* auf den Hamilkar sich bezieht. XXIII, 2, 10: *Discedentes parvuli flebili ululatu amplexi patrem tenebant. Ex altera parte uxor maritum non amplius visura osculis fatigat. Nec minus senis lacrymae miserabiles erant. Flebant* hi *morientem patrem,* ille *exsules;* hi *discessu suo solitudinem patris, aegri senis;* ille *in spem regni susceptos relinqui in egestate lugebat.* *Liv.* XXX, 30, 19: *Melior tutior-*

num, illum ut proditorem arguentes: *a quo infestissimo*
4 *hosti fortunae sociorum, interposita pactione, donatae sint: sicut ab initio Syracusae in pignus societatis sint traditae, urbs semper Poenis infesta, et de imperio Siciliae Carthaginis aemula; nunc insuper civitates so-*
5 *ciorum eidem titulo pacis addictas. Denuntiare igitur se, haec brevi ad ipsos redundatura, ac propediem sensuros, quantum mali non Siciliae magis, quam ipsi*
6 *Africae attulerint.* His querelis senatus in Hamilcarem accenditur. Sed quoniam in imperio esset, tacita de eo suffragia tulerunt, et sententias, priusquam recitarentur, in urnam coniectas obsignari iusserunt, dum alter Hamil-
7 car, Gisconis filius, a Sicilia reverteretur. Sed haec callida commenta Poenorum, et sententias inauditas mors Hamilcaris praevenit; liberatusque est fati munere, quem
8 sui per iniuriam cives inauditum damnaverant. Quae res Agathocli adversus Poenas occasionem movendi belli de-
9 dit. Prima igitur illi cum Hamilcare, Gisconis filio, proelii congressio fuit: a quo victus, maiore mole reparatu-

que est, certa pax quam sperata victoria; haec *in tua,* illa *in Deorum manu est. Cic. de Fin.* IV, 4, 10: *hanc posteriorem et Stoici et Peripatetici, priorem autem* illi (Peripatetici) *egregie tradiderunt;* hi (Stoici) *omnino ne attigerunt quidem. ad Fam.* VII, 2, 5: *Oderam multo peius hunc, quam illum ipsum Clodium:* illum (Clodium) *enim oppugnaram,* hunc *defenderam;* wo *Corte* unter andern Stellen auch die unsrige vergleicht. Vergl. die *Anmerk.* zu II, 1, 20; und die Stelle XX, 4, 9.

§. 4. *in pignus societatis. Gronov* wollte *in* streichen, worin ihm *Duker* zu *Liv.* XXXII, 38, 3 beistimmt. Doch ist dies unnöthig; und *Iustin* fügt auch an andern Stellen die Präposition hinzu; VII, 3, 2: *obsides* in *pignus futurae pacis sibi dari postulabat.* Den Unterschied des Sinnes merkt man leicht aus der Vergleichung solcher Stellen, wo die Präposition nicht steht, wie II, 15, 8, und §. 10. XI, 15, 13; *Liv.* XXXVI, 40: XLIII, 10. S. die *Anmerk.* zu XI, 12, 2 und zu XVIII, 1, 3.

eidem. Nämlich *Agathocli.*

§. 9. *maiore mole.* I. e. *maiore apparatu. Moles* wird überhaupt von alle dem gebraucht, was *gross* und *ungeheuer* ist; daher von jeder grossen *Menge, Grösse, Masse. Liv.* V, 8, 7: *Etruriam omnem exciam sedibus* magna mole *adesse, Romani crediderant* d. i. in grosser

rus bellum, Syracusas concessit. Sed secundi certaminis 10
eadem fortuna, quae et prioris, fuit.

Cap. IV. Quum igitur victores Poeni Syracusas obsi- 1
dione cinxissent, Agathocles, quod se neque viribus parem, neque ad obsidionem ferendam instructum videret; super haec a sociis, crudelitate eius offensis, desertus esset, statuit bellum in Africam transferre: mira prorsus au- 2
dacia, ut, quibus in solo urbis suae par non erat, eorum urbi bellum inferret; et qui sua tueri non poterat, impugnaret aliena, victusque victoribus insultaret. Huius con- 3
silii non minus admirabile silentium, quam commentum fuit. Populo hoc solum professus, *invenisse se victoriae viam: animos illi tantum in brevem obsidionis patientiam firmarent: vel, si cui status praesentis fortunae displiceret, dare se ei discedendi liberam potestatem.* Quum mille sexcenti discessissent, ceteros ad obsidionis 4
necessitatem frumento et stipendio instruit: quinquaginta tantum secum talenta ad praesentem usum aufert, cetera ex hoste melius, quam ex sociis paraturus. Omnes deinde 5
servos militaris aetatis, libertate donatos, sacramento adegit, eosque et maiorem partem ferme militum navibus imponit; ratus, exaequata utriusque ordinis conditione, mutuam inter eos virtutis aemulationem futuram: ceteros omnes ad tutelam patriae reliquit.

Masse. Daher oft von *Dämmen* und *grossen Gebäuden* gebraucht. *Moles pugnae* dient daher oft zur Umschreibung eines heftigen, ungeheuern Kampfes, wie bei *Liv.* VII, 32, 11: *versari media* in mole pugnae, d. i. da wo das Kampfgewühl am heftigsten ist; vergl. XXVI, 6, 9. *Moles belli* begreift nun entweder im Allgemeinen alle zum Kriege nöthigen Ausrüstungen in sich, oder bezieht sich speciell auf die grösseren Werkzeuge, *Kriegsmaschinen*, wie bei *Liv.* II, 17, 5: *Quum vineis refectis* aliaque mole belli, *iam in eo esset.* An unserer Stelle ist *moles* im Allgemeinen von der ganzen Ausrüstung zu verstehen. Vergl. XXIX, 4, 10: *qui absentiam eius aucupantes* maiore belli mole *Macedoniae imminebant.* *Liv.* II, 16, 2: Maiore inde mole *Sabini bellum parabant.* Nicht genau hat *Drakenb.* zu *Liv.* VIII, 13, 6 diese Bedeutungen geschieden.

Cap. IV. §. 1. *Agathocles, quod.* Gewöhnlich wird gelesen *Agathocles*que, nach der einzigen Ed. Iunt. Die aufgenommene Lesart verlangen die meisten und besten Handschriften.

1 Cap. V. Septimo igitur imperii anno, comitibus duobus adultis filiis, Archagatho et Heraclida, nullo militum
2 sciente quo veheretur, cursum in Africam dirigit. Quum omnes aut in Italiam praedatum se, aut in Sardiniam ituros crederent, tum primum, exposito in Africae litore
3 exercitu, consilium suum omnibus aperit. Quo in loco Syracusae positae sint, ostendit, *quibus aliud nullum auxilium superesset, quam ut hostibus faciant, quae*
4 *ipsi patiantur. Quippe aliter domi, aliter foris bella tractari. Domi ea sola auxilia esse, quae patriae vires subministrent: foris hostem etiam suis viribus vinci, deficientibus sociis, et odio diuturni imperii extera auxi-*
5 *lia circumspicientibus. Huc accedere, quod urbes castellaque Africae non muris cinctae, non in montibus*

Cap. V. §. 3. *quo in loco.* *Locus* ist hier soviel als *status, conditio.* Ebenso *Sall. Cat.* 58, 5: Quo in loco *res nostrae sint iuxta mecum omnes intelligitis. Caes. B. G.* II, 26: *Qui quum ex equitum et calonum fuga*, quo in loco *res esset*, — *cognovissent.*

quibus — superesset. *Gronov* vermuthete *superesse*, insofern nämlich dieser Satz als Hauptsatz betrachtet wird. Doch ist diese Aenderung hier nicht nöthig, vielleicht auch nicht einmal recht angebracht, da dieser Satz als Nebensatz das Vorhergehende näher bestimmen soll. Oft bleibt es in solchen Sätzen der Oratio obliqua zweifelhaft, ob der Infinitiv oder der Conjunctiv vorzuziehen sei. Siehe darüber die *Anmerk.* zu XXIX, 3, 1.

§. 5. *muris cinctae.* Es fällt auf den ersten Blick das Femininum *cinctae, positae, quas omnes* auf, man verlangt das Neutrum. Es ist indess bisweilen der Fall, dass das Prädikat oder das Pronomen, wenn mehrere Nomina vorhergehen, sich nach dem Hauptbegriff richtet, selbst dann, wenn dieser nicht einmal zuletzt gestellt ist. *Urbes* ist hier der Hauptbegriff; auf dieses nimmt daher der Schriftsteller nur allein bei der Form des Prädikats Rücksicht. *Liv.* XLIV, 28, 3: *naves Eudamumque praefectum earum inviolatas atque etiam benigne appellatos dimiserunt*, wo *inviolatas* sich auf *naves* bezieht; *appellatos* musste aber gesagt werden, weil dieses Prädikat nur auf den Eudamus und die Mannschaft sich beziehen konnte. *Cic. ad Fam.* X, 24, 3: Amor tuus *ac iudicium de me utrum mihi plus dignitatis in perpetuum, an voluptatis quotidie sit* allaturus, *non facile dixerim; de N. D.* I, 29, 8: *at vero ne fando quidem auditum est, esse* crocodilum *aut ibim aut felem violatum ab Aegyptiis iaceant. Iacere* wird oft von der Lage der Oerter, vorzüglich niedriger, gebraucht. *Liv.* IX, 2, 7: *Saltus duo*

positae sint, sed in planis campis sine ullis munimentis iaceant: quas omnes metu excidii facile ad belli societatem perlici posse. Maius igitur Carthaginiensibus 6
ab ipsa Africa, quam ex Sicilia, exarsurum bellum, coituraque auxilia omnium adversus unam urbem nomine quam opibus ampliorem, et quas non attulerit vires, inde sumpturum. Nec in repentino Poenorum metu 7
modicum momentum victoriae fore, qui tanta audacia hostium perculsi trepidaturi sint. Accessura et villarum incendia, castellorum urbiumque contumacium direptionem, tum ipsius Carthaginis obsidionem. Quibus 8
omnibus non sibi tantum in alios, sed et aliis in se sentient patere bella. His non solum Poenos vinci, sed 9
et Siciliam liberari posse: nec enim moraturos in eius obsidione hostes, quum sua urgeantur. Nusquam igi- 10
tur alibi facilius bellum, sed nec praedam uberiorem inveniri posse: nam capta Carthagine, omnem Africam Siciliamque praemium victorum fore. Gloriam 11
certe tam honestae militiae tantam in omne aevum futuram, ut terminari nullo tempore oblivione possit; ut dicatur, eos solos mortalium esse, qui bella, quae domi 12

alti; angusti silvosique sunt, montibus circa perpetuis inter se iuncti. iacet *inter eos — campus.* c. 37, 1: *Sub Ciminii montis radicibus* iacens *ora. Corn. Nep. Eum.* 3, 2: *Praefecerat eum Perdiccas ei parti Asiae, quae inter Taurum montem* iacet *atque Hellespontum.* S. *Drakenb.* zu *Sil. Ital.* XII, 132.

§. 9. *sentient.* Man sollte *Gronov's* Vermuthung *sensuros* erwarten. Doch siehe die *Anmerk.* zu IX, 2, 11.

§. 12. *ut dicatur eos.* Man bemerke den Acc. c. Inf. bei dem Verbo passivo, wovon es viele Beispiele giebt. Vorzüglich scheint der Acc. c. Inf., besonders bei *dici*, dann gesetzt zu werden, wenn beide Sätze als selbstständig und für sich aufgefasst werden sollen, welches bei der Verschmelzung des Nominativs mit dem Infinitiv weniger bemerkbar seyn würde. Daher vorzüglich dann, wenn nicht von einem allgemeinen Gerücht, sondern von einer bestimmten Angabe und Nachricht die Rede ist. So besonders deutlich an unserer Stelle, wo durch das Impersonale *dicatur* ein merklicher Nachdruck erreicht wird. Daraus erklärt es sich auch, wie, wenn auch nicht immer, doch gewöhnlich bei dem Perfecto Passivi und den damit zusammengesetzten Zeitformen der Acc. c. Inf. steht. Die gehörigen Nachweisungen zur wei-

ferre non poterant, ad hostes transtulerint, victique victores insecuti sint, et obsessores urbis suae obsederint.
13 *Omnibus igitur forti ac laeto animo bellum ineundum, quo nullum aliud possit aut praemium victoribus uberius, aut victis monumentum illustrius dare.*

1 Cap. VI. His quidem adhortationibus animi militum erigebantur: sed terrebat eos portenti religio, quod na-
2 vigantibus sol defecerat. Cuius rei rationem non minore cura rex, quam belli, reddebat, affirmans, *si prius, quam proficiscerentur, factum esset, creditum adversum profecturos prodigium esse: nunc, quia egres-*
3 *sis acciderit, illis, ad quos eatur, portendere. Porro*

tern Untersuchung findet man bei *Krüger* über die *Attraction der lat. Sprache p.* 424 seq.

Cap. VI. §. 1. *portenti religio. Religio* umfasst alles das, worin sich der Glaube an etwas Uebersinnlichem ausspricht, oder was diesen Glauben erregt; daher bisweilen soviel als *portentum, prodigium, omen. Sueton. Caes. c.* 86: *ideoque et quae* religiones *monerent, et quae renuntiarent amici, neglexisse.* Dann die daraus entspringende *Furcht:* meticulosa observatio eorum, quae a diis praedici videbantur, wie *Casaubonus* es zu *Suet. Aug. c.* 90 erklärt; und so werden durch *religio* und *religiones* öfter die aus religiösen Glauben oder Wahn entstandenen Zweifel und Bedenklichkeiten bezeichnet. *Liv.* XXVII, 37, 5: *Liberatas* religione *mentes turbavit rursus nuntiatum, Frusinone infantem esse natum quadrimo parem.* XXX, 2, 9: *Novas* religiones *excitabant in animis hominum prodigia ex pluribus locis nuntiata*, wo *Drakenborch* nachzusehen ist. Vergl. *Herzog* zu *Caes. B. G.* VI, 37, *p.* 361.

§. 2. *adversum profecturas prodigium esse. Gronov* und *Graevius* haben die Redensart *adversum aliquem esse* nur für die schlechteste Zeit der Latinität passiren lassen, und deshalb *profecturis* ändern wollen; worin ihnen *Oudendorp.* zu *Iul. Obseq.* CXXV *p.* 218 beistimmt, wogegen sich *Bremi* zu *Corn. Nep. Ham.* 2, 2: *mercenarii milites, qui* adversus Romanos fuerant, *disciverunt*, mit Recht erklärt, und noch *Liv.* XLIV, 38, 4: *recognoscat, agedum, mecum, si videtur, quam multa pro hoste et* adversus nos fuerint, vergleicht.

ad quos eatur. I. e. *adversus quos eatur.* Da die Präposition *ad* im Allgemeinen die Annäherung und Richtung nach einem Gegenstand hin anzeigt, so kann dieselbe in freundlicher und feindlicher Beziehung stehen; der Zusammenhang muss dann entscheiden. So findet sich *ad* in der letzten Bedeutung auch bei andern Schriftstellern. S. *Burmann* zu *Phaed. Fab.* I, 21, 5 und zu IV, 3, 5; wobei jedoch die Bemerkung *Herzog's* zu *Caes. B. G.* II, 1. *p.* 106 wohl zu beachten ist, dass in

defectus naturalium siderum semper praesentem rerum statum mutare: certumque esse, florentibus Carthaginiensium opibus, et laboribus adversisque rebus suis commutationem significari. Sic consolatis militibus, 4
universas naves, consentiente exercitu, incendi iubet, ut omnes scirent, auxilio fugae adempto, aut vincendum, aut moriendum esse. Deinde quum omnia, quacunque 5
ingrederentur, prosternerent, villas castellaque incenderent, obvius eis fuit cum triginta millibus Poenorum Hanno: sed proelio commisso, duo de Siculis, tria millia de 6
Poenis cum ipso duce cecidere. Hac victoria et Siculo- 7
rum animi eriguntur, et Poenorum franguntur. Agatho- 8
cles, victis hostibus, urbes castellaque expugnat, praedas ingentes agit, hostium multa millia trucidat. Castra 9
deinde in quinto lapide a Carthagine statuit, ut damna carissimarum rerum, vastitatemque agrorum, et incendia villarum de muris ipsius urbis specularentur. Interea in- 10
gens tota Africa deleti Poenorum exercitus fama, occupatarumque urbium divulgatur. Stupor itaque omnes et 11
admiratio incessit, unde tanto imperio tam subitum bellum, praesertim ab hoste iam victo: admiratio deinde paulla-

Rücksicht auf die obwaltenden Umstände nicht selten das mildere *ad* gebraucht worden sei. *Bremi* zu *Corn. Nep. Dion.* 5, 4.

§. 3. *defectus naturalium siderum.* Man hat dies verschiedentlich erklärt, indem man entweder unter *sidera naturalia* die Sonne und den Mond im Gegensatz der Kometen verstehen, oder annehmen wollte, dass die Sonne und der Mond deshalb so genannt seien, weil sie einen entschiedenen Einfluss auf die ganze Natur äusserten. Beide Erklärungen gefallen nicht. Alle Schwierigkeit fällt weg, wenn man *naturales* lies't. Indess ich auch diese Aenderung nicht einmal nöthig, wenn man annimmt, dass die Gestirne deshalb so genannt werden, weil ihr Lauf, ihre Veränderung, überhaupt ihre ganze Beschaffenheit auf Naturgesetzen beruhe.

§. 4. *Sic consolatis militibus.* Das Participium in passiver Bedeutung. S. die *Anmerk.* zu VII, 3, 2.

§. 7. *eriguntur et Poenorum franguntur.* So stehen diese beiden Verba oft im Gegensatz. *Frangere aliquem* Jemanden *muthlos machen; erigere* machen, dass Jemand sich aufrafft, *ermuthigen. Corn. Nep. Them.* 1, 3: *Quae contumelia non* fregit *eum, sed* erexit, wo *Bremi* zu vergleichen.

12 tim in contemptum Poenorum vertitur. Nec multo post non Afri tantum, verum etiam urbes tributariae nobilissimae novitatem secutae, ad Agathoclem defecere; frumentoque et stipendio victorem instruxere.

1 Cap. VII. His Poenorum malis etiam deletus in Sicilia cum imperatore exercitus, velut quidam aerumnarum
2 cumulus accessit. Nam post profectionem a Sicilia Agathoclis in obsidione Syracusarum Poeni segniores redditi ab Antandro, fratre regis Agathoclis, occidione caesi
3 nuntiabantur. Itaque quum domi forisque eadem fortuna Carthaginiensium esset, iam non tributariae tantum ab his urbes, verum etiam socii reges deficiebant, amicitiarum
4 iura non fide, sed successu ponderantes. Erat inter ceteros rex Cyrenarum Ophellas, qui spe improba regnum totius Africae amplexus, societatem cum Agathocle per legatos iunxerat, pactusque cum eo fuerat, ut Siciliae illi, sibi Africae imperium, victis Carthaginiensibus, cederet.
5 Itaque quum ad belli societatem cum ingenti exercitu ipse venisset, Agathocles blando alloquio et humili adulatione, quum saepius simul coenassent, adoptatusque filius eius
6 ab Ophella esset, incautum interficit; occupatoque exercitu eius, iterato Carthaginienses, omnibus viribus bellum cientes, magno utriusque exercitus sanguine, gravi proe-
7 lio superat. Hoc certaminis discrimine tanta desperatio illata Poenis est, ut, nisi in exercitu Agathoclis orta seditio fuisset, transiturus ad eum Bomilcar, rex Poenorum,
8 cum exercitu fuerit. Ob quam noxam in medio foro a Poenis patibulo suffixus est, ut idem locus monumentum suppliciorum eius esset, qui ante fuerat ornamentum ho-
9 norum. Sed Bomilcar magno animo crudelitatem civium tulit: adeo ut de summa cruce, veluti de tribunali, in Poe-
10 norum scelera concionaretur; obiectans illis, nunc *Hannonem falsa affectati regni invidia circumventum;* nunc

Cap. VII. §. 2. *occidione caesi.* S. die *Anmerk.* zu II, 14, 8.

§. 6. *magno utriusque exercitus sanguine.* Dafür heisst es bei *Vellei. Pat.* II, 90, 2: multo *mutuoque ita certatum est* sanguine; und bei *Liv.* II, 64: *pugnatum est utrimque* plurimo sanguine. Ueber *magnus* statt *multus* siehe die *Anmerk.* zu XXXII, 3, 10.

Gisconis innocentis exsilium; nunc in Hamilcarem patruum suum tacita suffragia, quod Agathoclem socium illis faccre, quam hostem maluerit. Haec quum in ma- 11
xima populi concione vociferatus esset, exspiravit.

CAP. VIII. Interea Agathocles profligatis in Africa re- 1
bus, tradito Archagatho filio exercitu, in Siciliam recurrit, nihil actum in Africa existimans, si amplius Syracusae obsiderentur. Nam post occisum Hamilcarem, Gisconis, 2
filium, novus eo a Poenis missus exercitus fuerat. Statim 3
igitur primo adventu eius omnes Siciliae urbes, auditis rebus, quas in Africa gesserat, certatim se ei tradunt: atque ita pulsis e Sicilia Poenis, totius insulae imperium occupavit. In Africam deinde reversus seditione militum ex- 4

CAP. VIII. §. 1. *profligatis in Asia rebus.* Die Herausgeber haben hier das Verbum *profligare* nicht richtig verstanden, indem sie *profligatis rebus* durch *afflictis, perditis* erklären, da doch gerade das Gegentheil zu verstehen ist. Noch unglücklicher ging *Scheffer* zu Werke welcher *regibus* statt *rebus* ändern wollte. Richtig erklärt *Graevius* das Verbum *profligare* durch *multum proficere in aliqua re, ita ut paene ad exitum deducatur;* wie wir es schon einmal hatten XX, 4, 13: *In iuventute quantum profligatum sit, victi feminarum contumaces animi manifestant.* Es heisst demnach *profligare, es in einer Sache weit bringen, etwas beinahe vollenden;* die gänzliche Vollendung wird aber durch *conficere* oder *perficere* ausgedrückt. *Profligatum est*, sagt *Manut.* zu *Cic. ad Fam.* VIII, 9, 5: *plus est, quam coeptum; minus, quam confectum.* Diesen Gebrauch dieses Verbi tadelt *Gell. N. A.* XV, 5, obgleich für denselben Zeugnisse aus dem besten Zeitalter sprechen. *Cic. Tusc.* V, 6: Profligata *iam haec et paene ad exitum adducta est quaestio; ad Fam.* XII, 30, 6: *qui* profligato *bello ac paene sublato, renovatum bellum gerere conantur. Liv.* XXI, 40, 11: *Sed ita forsitan decuit, cum foederum ruptore duce ac populo Deos ipsos, sine ulla humana ope, committere ac* profligare *bellum; nos, qui secundum Deos violati sumus, commissum ac* profligatum *conficere.* III, 50, 11: profligatam *iam rem nuntiando Romae esse. Iustin.* XXXI, 7, 3: *iam utrobique* profligatum *bellum nuntiatum est. Senec. Benef.* VII, 13: *Haec quoque, quae venit, quaestio,* profligata *et in prioribus.* Vergl. *Cic. de prov. Cons.* 14, 35. *ad Fam.* XII, 14, 3. VIII, 9, 5. Und so lesen wir auch auf dem *Monumentum Ancyran. p.* 373, 10. ed. Wolf: *Coepta* profligataque *opera a patre meo perfeci.* In derselben Bedeutung findet sich *profligare* auch bei Tacitus und Florus. S. *Lipsius* zu *Tacit. Hist.* II, 4, 5: *Duker* zu *Flor.* II, 15, 2.

cipitur. Nam stipendiorum solutio in adventum patris di-
5 lata a filio fuerat. Igitur ad concionem vocatos blandis verbis permulsit: *stipendia illis non a se flagitanda esse, sed ab hoste quaerenda: communem victoriam, com-*
6 *munem praedam futuram. Paullum modo anniterentur, dum belli reliquiae peraguntur; quum sciant, Car-*
7 *thaginem captam spes omnium expleturam.* Sedato militari tumultu, interiectis diebus ad castra hostium exercitum ducit: ibi inconsultius proelium committendo maio-
8 rem partem exercitus perdidit. Quum itaque in castra fugisset, versamque in se invidiam temere commissi belli videret, pristinamque offensam non depensi stipendii metueret, concubia nocte solus a castris cum Archagatho
9 filio profugit. Quod ubi milites cognovere, haud secus, quam si ab hoste capti essent, trepidavere, *bis se a rege suo in mediis hostibus relictos esse*, proclamantes, *salutemque suam desertam ab eo esse, quorum ne sepultura*
10 *quidem relinquenda fuerit.* Quum persequi regem vellent, a Numidis excepti, in castra revertuntur; comprehenso tamen reductoque Archagatho, qui a patre noctis
11 errore discesserat. Agathocles autem navibus, quibus reversus a Sicilia fuerat, cum custodibus earundem Syra-
12 cusas defertur. Exemplum flagitii singulare, rex exer-
13 citus sui desertor, filiorumque pater proditor. Interim in Africa post fugam regis, milites pactione cum hostibus facta, interfectis Agathoclis liberis, Carthaginiensibus se
14 tradidere. Archagathus quum occideretur ab Arcesilao, amico antea patris, rogavit eum, *quidnam liberis eius facturum Agathoclem putet, per quem ipse liberis ca-*

§. 10. *a Numidis excepti.* *Excipere* wird besonders von Jägern gebraucht, die an versteckten Oertern das flüchtige Wild auffangen. Dann wird es überhaupt von jeder entweder freundlichen oder feindlichen Aufnahme gebraucht. In letzterer Hinsicht vorzüglich von denen gesagt, welche aus einem Hinterhalt und unvermuthet Jemanden angreifen. *Liv.* VII, 11, 7: *Palati a consule Poetelio haud procul Tibure* excepti *intra portas compelluntur.* X, 20, 5: *Dimittit equites, qui vagos praedatores in agris palantes* excipiant. XXII, 42, 11: *Inter pabulatores* excepti *a Numidis fuerant.* S. *Drakenb.* zu *Liv.* V, 41, 5.

reat? Tunc respondit, *satis habere se, quod superstites eos esse Agathoclis liberis sciat.* Post haec Poeni ad15 persequendum belli reliquias duces in Siciliam miserunt, cum quibus Agathocles pacem aequis conditionibus fecit.

§. 14. *satis habere se.* I. e. *contentum se esse*, entsprechend dem griechischen ἀγαπᾷν. Das Gegentheil ist *parum habere*, und es folgt entweder *si*, der Infinitiv, oder *quod*. *Corn. Nep. Epam.* 8, 4: *eoque res utrorumque perduxit, ut Thebani Spartam oppugnarent, Lacedaemonii* satis haberent, si *salvi esse possent. Timol.* 2, 4: *ac* satis habere *coëgit*, si *liceret Africam obtinere. Gell. N. A.* XVII, 13: *Neque* satis habuit, *quod eam in occulto vitiaverat, quin eius famam prostitueret. Sall. Iug.* 31, 9: *tamen haec talia facinora impune suscepisse*, parum habuere, wo *Corte* nachzusehen, und die Anmerkung desselben Gelehrten zu §. 20 zu vergleichen ist.

LIBER XXIII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Agathoclis in Italiam expeditio adversus Bruttios: quorum origo potentia paucis perstringitur.
2. Agathocles, vi morbi expugnatus, revertitur in Siciliam: ubi turbae domesticae, quae uxorem et liberos Agathoclis in Aegyptum pellunt. Agathoclis obitus.
3. Pyrrhi Epirotae bella et res gestae quum in Sicilia, tum in Italia.
4. Hieronis, Siciliae principis laudatissimi, dignitas et virtus.

CAPUT I.

1 Agathocles, rex Siciliae, pacificatus cum Carthaginiensibus, partem civitatium a se fiducia virium dissiden-
2 tium armis subegit. Dein quasi angustis insulae terminis clauderetur, cuius imperii partem primis incrementis ne speraverat quidem, in Italiam transcendit, exemplum Dionysii secutus, qui multas civitates Italiae subegerat.
3 Primi igitur hostes illi Bruttii fuere, qui et fortissimi tum, et opulentissimi videbantur, simul et ad iniurias vicinorum
4 prompti. Nam multas civitates Graeci nominis Italia ex-
5 pulerant: auctores quoque suos Lucanos bello vicerant,
6 et pacem cum his aequis legibus fecerant. Tanta feritas
7 animorum erat, ut nec origini suae parcerent. Namque Lucani iisdem legibus liberos suos, quibus et Spartani,
8 instituere soliti erant. Quippe ab initio pubertatis in silvis inter pastores habebantur, sine ministerio servili, sine veste, quam induerent, vel cui incubarent; ut a primis annis duritiae parcimoniaeque, sine ullo usu urbis, assue-
9 scerent. Cibus his praeda venatica, potus aut lactis, aut fontium liquor erat. Sic ad labores bellicos indurabun-
10 tur. Horum igitur ex numero quinquaginta primo ex agris

finitimorum praedari soliti, confluente deinde multitu-
dine, sollicitati praeda, quum plures facti essent, infe-
stas regiones reddebant. Itaque fatigatus querelis socio-11
rum Dionysius, Siciliae tyrannus, sexcentos Afros ad
compescendos eos miserat: quorum castellum, proditum12
sibi per Bruttiam mulierem, expugnaverunt; ibique civi-
tatem, concurrentibus ad opinionem novae urbis pastori-
bus, statuerunt, *Bruttios*que se ex nomine mulieris vo-
caverunt. Primum illis cum Lucanis, originis suae aucto-13
ribus, bellum fuit: qua victoria erecti, quum pacem ae-14
quo iure fecissent, ceteros finitimos armis subegerunt,
tantasque opes brevi consecuti sunt, ut perniciosi etiam
regibus haberentur. Denique Alexander, rex Epiri, quum15
in auxilium Graecarum civitatium cum magno exercitu in
Italiam venisset, cum omnibus copiis ab his deletus est.
Quare feritas eorum successu felicitatis incensa, diu terri-16
bilis finitimis fuit. Ad postremum imploratus Agathocles,17
spe ampliandi regni, a Sicilia in Italiam traiecit.

CAP. II. Principio adventus eius opinione concussi 1

Lib. XXIII.

CAP. I. §. 14. *qua victoria.* Die Herausgeber haben *qua* hier miss-
verstanden und nach einer Handschrift *cuius* aufgenommen. Noch wun-
derlicher wollte *Scheffer* dafür *quo* d. i. *in quo bello*, lesen. Ich habe
schon zu XX, 3, 9 bemerkt, dass das Pronomen, wenn es sich auf et-
was im vorhergehenden Satze bezieht, und ein ebenfalls sich dahin be-
ziehendes Substantiv bei sich hat, häufig sich an dieses in seiner Form
anschliesse. Wir bedienen uns statt dieser eleganten Kürze des schwer-
fälligen Ausdrucks durch Präpositionen oder Adverbien. Das Pronomen
kann sich nun entweder auf das vorhergehende *Lucanis* oder auf *bel-
lum* beziehen; beides erlaubt der Sprachgebrauch; und kann demnach
entweder durch *et eorum victoria* oder *et eius victoria* aufgelöst werden;
denn man sagt sowohl *victoria alicuius* statt *de aliquo*, welches nament-
lich bei Iustin oft vorkommt; siehe die *Anmerk.* zu V, 4, 17; als auch
victoria belli statt *in bello*, wie XI, 11, 10: *victoriam omnium bellorum.*
Vergl. XXII, 2, 5: *Hamilcarem exorat, ut inter se et Syracusanos pacis
arbitria suscipiat, peculiaria in ipsum officia sua promittens.* Qua spe
impletus Hamilcar societatem cum eo metu potentiae eius iungit; vergl.
XXIII, 2, 5. *Cic. de Fin.* V, 15, 41: *Quum autem dispicere coeperimus
et sentire, quid simus et quid animantibus ceteris differamus, tum ea se-
qui incipimus, ad quae nati sumus.* Quam similitudinem *videmus
in bestiis.*

legatos ad eum, societatem amicitiamque petentes, mise-
2 runt. Quos Agathocles ad coenam invitatos, ne exercitum traïici viderent, in posterum statuta his die, conscensa
3 nave frustratus est. Sed fraudis haud laetus eventus fuit: siquidem reverti eum in Siciliam, interiectis paucis die-
4 bus, vis morbi coëgit; quo toto corpore comprehensus, per omnes nervos articulosque humore pestifero grassante, velut intestino singulorum membrorum bello impu-
5 gnabatur. Ex qua desperatione bellum inter filium nepotemque eius, regnum iam quasi mortui vindicantibus, ori-
6 tur, occisoque filio, regnum nepos occupavit. Igitur Agathocles, quum morbi cura et aegritudo graviores essent, et inter se alterum alterius malo cresceret, desperatis rebus, uxorem suam Texenam, genitosque ex ea duos parvulos, cum omni pecunia, et familia, regalique instrumento, quo praeter illum nemo regum ditior fuit, navibus impositos, Aegyptum, unde uxorem acceperat, remittit; timens, ne praedonem regni sui hostem pate-
7 rentur. Quamquam uxor diu, ne ab aegro divelleretur, deprecata est, ne discessus suus adiungi nepotis parricidio posset, et tam cruente haec deseruisse virum, quam ille
8 impugnasse avum videretur: *Nubendo se non prosperae tantum, sed omnis fortunae inisse societatem: nec invitam periculo spiritus sui empturam, ut extremos viri spiritus exciperet, et exsequiarum officium, in quod, profecta se, nemo sit successurus, obsequio debitae*

Cap. II. §. 5. *vindicantibus.* Einzelne alte Ausgaben zeigen die voreilig verbessernde Hand, indem sie *vindicantes* lesen, welches die Herausgeber mit Unrecht aufgenommen haben. S. die *Anmerk.* II, 3, 16.

§. 6. *morbi cura et aegritudo.* Man hat diese Stelle auf mannichfache Weise zu ändern gesucht. *Freinsheim* wollte *morbo* ändern; *Fr. Gronov* aber: *quum morbus cura et aegritudine ingravesceret.* Noch weiter in seiner Interpolation ging *Scheffer*, indem er gar *orbi* schreiben wollte. Mir scheint jede Aenderung unnöthig, und die Stellen einen richtigen Sinn zu geben: Zwei Uebel, will Iustin sagen, beugten den Agathocles nieder, die Krankheit des Körpers und die Bekümmerniss der Seele. Die Besorgniss hinsichts der Krankheit und die Bekümmerniss des Agathocles wurden immer grösser, und ein Uebel wuchs immer durch das andere.

pietatis impleret. Discedentes parvuli flebili ululatu 9
amplexi patrem tenebant. Ex altera parte uxor maritum
non amplius visura osculis fatigabat. Nec minus senis la-
crimae miserabiles erant. Flebant hi morientem patrem; 10
ille exsules liberos: hi discessu suo solitudinem patris,
aegri senis; ille in spem regni susceptos relinqui in ege-
state lugebat. Inter haec regia omnis assistentium fletibus 11
tam crudelis discidii impleta resonabat. Tandem finem 12
lacrimis necessitas profectionis imposuit, et mors regis
proficiscentes filios insecuta est. Dum haec aguntur, Car- 13
thaginienses, cognitis quae in Sicilia agebantur, occasio-
nem totius insulae occupandae datam sibi existimantes,
magnis viribus eo traiiciunt, multasque civitates subigunt.

Cap. III. Eo tempore et Pyrrhus adversus Romanos 1
bellum gerebat: qui imploratus a Siculis in auxilium, sic- 2
uti dictum est, quum Syracusas venisset, multasque civi-
tates subegisset, rex Siciliae, sicut Epiri, appellatur.
Quarum rerum felicitate laetus, Heleno filio Siciliae, velut 3
avitum, (nam susceptus ex filia Agathoclis regis erat,)
Alexandro autem Italiae regnum destinat. Post haec 4
multa secunda proelia cum Carthaginiensibus facit. Inter- 5
iecto deinde tempore legati ab Italicis sociis venere, nun-
tiantes, *Romanis resisti non posse, deditionemque futu-
ram, nisi subveniat.* Anxius tam ambiguo periculo, in- 6
certusque, quid ageret, vel quibus primum subveniret,
in utrumque pronus consultabat. Quippe instantibus hinc 7

§. 10. *Flebant hi — ille. Hic* auf das Entferntere, *ille* auf das Nähere bezogen. S. die *Anmerk.* zu XXII, 3, 3.

§. 8. *multis bellis gravaretur.* Andere Ausgaben lesen *detinerentur*, welches nach *Graevius* von den Herausgebern in *distinerentur* verändert worden ist. S. die *Anmerk.* zu VI, 6, 3. Die von mir aufgenommene Lesart findet sich fast in allen alten Ausgaben, und das *detinerentur* scheint mir aus einer Randbemerkung, die etwa aus der ähnlichen Stelle XXXI, 1, 5 entlehnt war, entstanden zu seyn.

Cap. III. §. 1. *quam, in quascunque etc.* Ich habe hinter *quam* ein Komma gesetzt, welches gewöhnlich in den Ausgaben fehlt, als wenn das Relativum zu dem Zwischensatz gehörte, da es doch offenbar zu dem folgenden *foedaturam* gehört; wobei nicht auffallen darf, dass das Demonstrativum *eam* in dem Zwischensatz fehlt. S. *Drakenb.* zu *Liv.* XXIII, 15, 4. Aber auch so scheint die Stelle nicht richtig zu seyn, da in der Oratio obliqua bei dem Relativum der Conjunctiv stehen sollte. Allein es finden sich, wie ich dies schon zu XXII, 5, 3 bemerkt habe, nicht selten Sätze mit dem Pronomen relativum, welche, anstatt nach der Regel als Zwischensätze in der Oratio obliqua in den Conjunctiv ge-

2 *lerit, magno cruoris imbre omnia foedaturam. Frequenter Graeciam ingentes motus passam, nunc Persarum, nunc Gallorum, nunc Macedonum bellis: sed omnia illa ludum fuisse existimaturos, si ea, quae nunc in Italia concurrat manus, extra terram illam se effu-*
3 *derit. Cernere se, quam cruenta et sanguinaria inter se bella utrique populi et viribus copiarum, et ducum artibus gerant: quae rabies finiri solo partis alterius*
4 *interitu, sine ruina finitimorum non possit. Feros igitur animos victorum minus quidem Macedoniae, quam Graeciae timendos, quia et remotior, et in vindictam*
5 *sui robustior sit: scire tamen se, eos, qui tantis viribus concurrant, non contentos hoc fine victoriae fore: metuendumque sibi quoque certamen eorum; qui superio-*
6 *res exstiterint.* Hoc praetextu finito cum Aetolis bello, nihil aliud quam Poenorum Romanorumque bella respi-
7 ciens, singulorum vires perpendebat. Sed nec Romani, quibus Poeni et Hannibal in cervicibus erant, soluti metu

setzt zu seyn, als Hauptsätze betrachtet und ebenfalls in den Acc. c. Infinitiv gesetzt sind; und dies geschieht besonders dann, wenn sich das Relativum durch *et* und das Demonstrativum auflösen lässt. So an unserer Stelle, wo *quam* statt *et hanc* steht. Vergl. IX, 2, 11: *vovisse se statuam Herculi*, ad quam *in ostio Istri ponendam* se venire. XI, 4, 2: *quidquid in eo sit admissum, credulitatis, non perfidiae culpam esse;* cuius *tamen iam magna se supplicia* pependisse. *c.* 13, 10: *et* quemadmodum *Dario maiorem turbam hominum* esse, *sic virorum sibi.* XXIV, 2, 4: *velle se cum filiis eius regni consortium iungere*, cum quibus *non ideo se armis* contendisse. *Corn. Nep. Them.* 7, 5: *Nam illorum urbem ut propugnaculum oppositum esse barbaris;* apud quam *iam bis classes regias* fecisse *naufragium*, wo *Heusinger's* und *Bremi's* Bemerkungen nachzusehen sind. Vergl. *Gronov. Observatt.* II, 14. *Drakenb.* zu *Liv.* I, 50, 5. *Zumpt Gr. Cap.* 80, 7. *A.* 1. § 603.

§. 2. *ludum fuisse.* Diese Redensart, welche auch unserer Sprache eigen ist, wird von alle dem gebraucht, was ohne Schwierigkeit ist und keine Mühe macht; daher in den Handschriften auch die Glosse steht *levia* statt *ludum.* Vergl. *Liv.* XXVIII, 42, 2: *Nae tibi, P. Corneli, quum ex alto Africam conspexeris,* ludus *et iocus* fuisse *Hispaniae tuae videbantur. Cic. Fin.* I, 8, 27: *Quum praesertim illa perdiscere* ludus esset. Mehreres liefert *Gronov. Observatt.* IV, 10.

§. 7. *quibus Poeni et Annibal in cervicibus erant.* Gewöhnlich wird

Macedonico videbantur: quippe terrebat eos et vetus Ma- 8
cedonum virtus, et devicti Orientis gloria, et Philippus
studio Alexandri aemulationis incensus, quem promptum
in bella, industriumque cognoverant.

Cap. IV. Igitur Philippus, quum iterato proelio vi- 1
ctos a Poenis Romanos didicisset, aperte hostem se his
professus, naves, quibus in Italiam exercitum traiiceret,
fabricare coepit. Legatum deinde ad Hannibalem iun- 2
gendae societatis gratia cum epistolis mittit: qui compre- 3
hensus, et ad senatum perductus, incolumis dimissus est,
non in honorem regis, sed ne dubius adhuc, indubitatus
hostis redderetur. Postea vero, quum Romanis nuntiatum 4
esset, in Italiam Philippum copias traiecturum, Laevi-
num praetorem cum instructis navibus ad prohibendum
transitum mittunt. Qui quum in Graeciam traiecisset, mul- 5
tis promissis impellit Aetolos bellum adversus Philippum

tametsi statt *quibus* gelesen; welches letztere in sehr vielen alten Ausgaben steht. Dies ist sicherlich die richtige Lesart, indem *tametsi* an unserer Stelle besonders durch die Bemerkung verworfen wird, dass Iustin diese Partikel immer nur mit dem Conjunctiv verbindet. Vergl. VIII, 1, 10; XIII, 5, 15; XVIII, 1. 5. XXXVIII, 4, 16. — Die Redensart *in cervicibus esse* wird entweder von dem gebraucht, was *sehr nahe ist*, wie *Liv.* XLIV, 49, 7: *Quanto enim facilius abire fuit, quum procul abessemus, quam nunc, quum* in cervicibus sumus; oder, wie es auch an unserer Stelle genommen werden kann, von dem, *was gleichsam als eine Last auf uns liegt*, wie *Liv.* XXII, 33, 6: *Etsi bellum ingens* in cervicibus *erat, nullius usquam terrarum rei cura Romanos ne longinqua quidem, effugiebat.* Daher auch bei *Cic. Cat.* III, 7, 17: *non facile hanc tantam molem mali* a cervicibus vestris depulissem. — Ferner bemerke man *et* vor *Annibal*, wodurch Hannibal von den Puniern nicht ausgeschlossen wird. *Et* dient in solchem Falle zur Hervorhebung und lässt sich dann bisweilen durch *et maxime* erklären, wie *Cic. Cat.* I, 5, 11: *Magna diis immortalibus habenda est gratia* atque *huic ipsi Iovi Statori.* Vergleiche *Iustin.* XXX, 3, 2: *Poenis* et *Annibale superato.*

Cap. IV. §. 3. *ad senatum perductus.* Nicht *productus*, wie in einigen Ausgaben steht. Bei *producere* denkt man an den Ort, *von wo aus;* bei *perducere* den Ort, *wohin* Jemand geführt wird. Ersteres findet hier nicht statt. *Liv.* V, 15, 8: *qui quum* perductus *ad imperatorem, inde Romam ad senatum missus esset,* wo *Drakenborch* mehrere Beispiele anführt.

suscipere. Philippus quoque Achaeos in Romanorum
6 bella sollicitat. Interea et Dardani Macedoniae fines vastare coeperunt, abductisque viginti millibus captivorum,
Philippum a Romano bello ad tuendum regnum revoca-
7 verunt. Dum haec aguntur, Laevinus praetor, iuncta cum Attalo rege societate, Graeciam populatur. Quibus cladibus perculsae civitates, auxilium petentes, Philip-
8 pum legationibus fatigant: nec non et Illyriorum rex, lateri eius haerens, assiduis precibus promissa exigebat. Su-
9 per haec vastati Macedones ultionem flagitabant. Quibus tot tantisque rebus obsessus, cui rei primum occurreret, ambigebat: omnibus tamen propediem auxilia se missurum pollicetur; non quia facere posset, quae promittebat,
10 sed ut spe impletos in societatis iure retineret. Prima tamen illi expeditio adversus Dardanos fuit: qui absentiam eius aucupantes, maiore belli mole Macedoniae immine-
11 bant. Cum Romanis quoque pacem facit, contentis interim bellum Macedonicum distulisse: Philopoemeni Achaeorum duci, quem ad Romanos sociorum animos sollicitare didicerat, insidias praetendit. Quibus ille cognitis vitatisque, discedere ab eo Achaeos auctoritate sua coëgit.

§. 8. *lateri eius haerens.* Dafür XXX, 2, 5: *lateri regis iunctus.* So im Allgemeinen von denen, die beständig um Jemanden sind. *Liv.* XXXIX, 25, 11: lateri adhaerere *gravem dominum, prohibentem uti beneficiis populi Romani.* Dann besonders von den Vertrauten Jemandes. Daher die Redensart *ab latere esse* von den Vertrauten, Bedienten, Trabanten Jemandes gesagt wird. S. *Gronov* zu *Liv.* XXIV, 5, 13.

§. 9. *cui rei.* Ueber die Wiederholung eines und desselben Wortes siehe die *Anmerk.* zu XVI, 4, 3.

§. 10. *maiore belli mole.* S. die *Anmerk.* zu XXII, 3, 9.

LIBER XXX.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Ptolemaei, regis Aegypti, luxuria, vecordia, et parricidia, bellum cum Antiocho.
2. Miserrimus Aegypti status sub turpissimo principe. Eius meretrix et lenones crudeli fato pereunt.
3. Mortuo Ptolemaeo, Romani tutelam pupilli adversus Antiochum Syrum, et Philippum Macedonem suscipiunt; Philippumque prius bello reducunt ad humiliorem mentem.
4. Terrae motus ingentes. Romani pacem repudiant. Philippus et Flamininus suos ad pugnam accendunt. Macedonas Romana fortuna vincit; et Philippus, Graeciae urbibus amissis, solam Macedoniam retinet.

CAPUT I.

Philippo in Macedonia magnis rebus intento, in Aegypto Ptolemaei diversi mores erant: quippe regno parricidio parto, et ad necem utriusque parentis caede etiam fratris adstructa, velut rebus feliciter gestis, luxuriae se tradiderat; regisque mores omnis secuta regia erat. Itaque non amici tantum praefectique, verum etiam omnis exercitus, depositis militiae studiis, otio ac desidia corrupti marcebant. Quibus rebus cognitis, Antiochus rex Syriae, veteri inter se regnorum odio stimulante, repentino bello multas urbes eius oppressit, ipsamque Aegyptum aggreditur. Trepidare igitur Ptolemaeus: legatio-

1 2 3 4

Lib. XXX.

Cap. I. §. 2. *adstructa*. Diese Lesart fast sämmtlicher Handschriften ist mit Recht von den neuern Herausgebern der gewöhnlichen, *adiuncta* vorgezogen. Ueber *adstruere* siehe die *Anmerk.* zu XXIII, 3, 12.

5 nibus missis, quoad vires pararet, morari Antiochum.
6 Magno deinde in Graecia exercitu conducto, secundum proelium facit; spoliassetque regno Antiochum, si fortu-
7 nam virtute iuvisset. Sed contentus reciperatione urbium, quas amiserat, facta pace, avide materiam quietis arripuit; revolutusque in luxuriam, occisa Eurydice uxore, eademque sorore sua, Agathoclīae meretricis illecebris capitur;
8 atque ita omnem magnitudinem nominis ac maiestatis oblitus,
9 noctes in stupris, dies in conviviis consumit. Adduntur instrumenta luxuriae, tympăna et crepundia: nec iam spectator rex, sed magister nequitiae, nervorum oblecta-

§. 8. *magnitudinem nominis ac maiestatis oblitus.* Iustin verbindet sonst *oblivisci* mit dem Genitiv; vergl. IV, 2, 5; VIII, 4, 5; XI, 5, 9; XII, 15, 9; XVIII, 4, 8. Der Genitiv bei *oblivisci* ist aus dem Theilbegriff zu erklären, indem durch denselben ausgedrückt wird, dass Jemand nicht ganz, sondern nur theilweise etwas vergesse; daher *oblivisci iniuriarum* nicht die ganze Thatsache der Beleidigung, sondern die Bitterkeit derselben vergessen. Daraus erklärt sich auch die Redensart *oblivisci sui*, nicht *se*, indem Jemand seine gänzliche Existenz niemals vergessen kann; es müsste denn seyn in einem Zustande völliger Geisteszerrüttung. Der Accusativ wird dann gesetzt, wenn von einem gänzlichen Vergessen einer Sache die Rede ist; daher an unserer Stelle dieser Casus mit besonderem Nachdruck angewendet ist. Und so musste auch der Accusativ stehen XVI, 5, 8: *Interdum ex successu continuae felicitatis* obliviscitur se hominem; *interdum se Iovis filium dicit.* Ebenso bei *Cic. Brut.* 60, 217: *Memoria autem ita fuit nulla, ut aliquoties, tria quum proposuisset, aut quartum adderet, aut tertium quaereret. Qui in iudicio privato vel maximo, quum ego pro Titinia Cottae peroravissem, ille contra me pro Ser. Naevio diceret, subito* totam causam oblitus est. Auf dieselbe Weise erklärt sich die verschiedene Construction bei *memini;* indem man bei dem Genitiv der Person an einen Theil derselben, die Individualität, ihre eigentliche Persönlichkeit denkt; mit dem Accusativ dagegen verbunden heist *meminisse* nur sich an die Existenx einer Person erinnern. *Cic. Am.* 2, 9: Memineram Paullum, *videram Gallum. Philipp.* V, 6: *quod neque reges fecerunt, neque ii, qui regibus exactis regnum occupare voluerunt:* Cinnam memini, *vidi Sullam, modo Caesarem.* Vergl. *de Orat.* III, 50, 194.

§. 9. *tympana et crepundia.* Die *crepundia* waren eigentlich ein Spielzeug der Kinder; an unserer Stelle scheint das Wort synonym mit *crotala, Castagnetten*, zu seyn, welche bei solchen ausgelassenen, wollüstigen Tänzen gebraucht zu werden pflegten.

menta modulatur. Haec primo labentis regiae tacita pe- 10
stis, et occulta mala fuere.

Cap. II. Deinde crescente licentia, iam nec parieti- 1
bus regiae domus contineri meretricis audacia potest: quam 2
proterviorem sociata cum Agathocle fratre, ambitiosae
pulchritudinis scorto, quotidiana regis stupra faciebant.
Accedebat et mater Oenanthe, quae geminae sobolis ille- 3
cebris devinctum regem tenebat. Itaque non contentae 4
rege, iam etiam regnum possident, iam in publico visun-
tur, iam salutantur, iam comitantur. Agathocles regis 5
lateri iunctus, civitatem regebat: tribunatus, praefectu-
ras, et ducatus mulieres ordinabant; nec quisquam in re-
gno suo minus, quam ipse rex poterat. Quum interim, 6
relicto quinquenni ex Eurydice sorore filio, moritur: sed
mors eius, dum pecuniam regiam mulieres rapiunt, et im-
perium, inita cum perditissimis societate, occupare co-
nantur, diu occultata fuit. Re tamen cognita, concursu 7

§. 10. *Haec primo etc.* Ich habe die Lesart mehrerer Handschriften und der meisten alten Ausgaben wieder aufgenommen, an welcher die Herausgeber ohne Noth gebessert zu haben scheinen. Andere Ausgaben lesen: *Haec primo laborantis regis tacitae pestes et occultae fuere*; welches *Gronov* vorzog, doch mit der Aenderung *hae* statt *haec*. *Graevius* änderte die Stelle so: *Haec prima* labantis *regiae pestis etc.*; allein *primo* entspricht offenbar dem Anfang des folgenden Capitels, und die Aenderung *labantis* ist durchaus nicht nöthig, wenn gleich *labare* von *labi* dadurch unterschieden ist, dass es nur den Anfang des Einsturzes, *minari ruinam*; *nutare*, *propemodum labi*, bedeutet, worüber *Gronov* zu *Liv. Praef.* §. 9: *labente deinde paullatim disciplina, velut desidentes primo moves sequatur animo*; *deinde ut magis magisque lapsi sint, tum ire coeperint*, zu vergleichen ist.

Cap. II. §. 4. *iam comitantur.* Dass mehrere Participia Perfecti von Deponentibus bisweilen passive Bedeutung haben, ist bekannt; seltener geschieht dies in den Temporibus finitis. *Ovid. Trist.* III, 7, 47: *Ingenio tamen ipse meo* comitorque *fruorque.*

§. 7. *Re tamen cognita.* *Scheffer* wollte *tandem* nach einer Handschrift ändern, weshalb er von *Oudendorp* zu der ganz ähnlichen Stelle bei *Caes. B. G.* III, 21: *Pugnatum est* diu *atque acriter, quum Sotiates, superioribus victoriis freti, in sua virtute totius Aquitaniae salutem positam putarent; nostri autem, quid sine imperatore et sine reliquis legionibus, adolescentulo duce, efficere possent, perspici cuperent:* tamen *con-*

multitudinis et Agathocles occiditur, et mulieres in ultio-
8 nem Eurydices patibulis suffiguntur. Morte regis, sup-

fecti vulneribus hostes terga vertere, bitter getadelt wurde, weil *tamen* an unserer Stelle, so wie an der des Cäsar, soviel als *tandem* sei; ein Irrthum, den *Oudendorp* mit *Dawis* und andern Gelehrten theilt, obgleich *Clarke* zu *Caes. B. G.* VIII, 19 den Letztern, wie *Oudendorp* selbst gesteht, eines Bessern belehrt hatte. Ueberhaupt hat die Partikel *tamen* von den Gelehrten mannichfache Erklärungen erleiden müssen, indem sie dieselbe bald für *tandem*, wie schon bemerkt, bald für *tantum* gesetzt hielten, welches Letztere *Burmann* zu *Vellei. Pat.* II, 28 sogar als *tritum et obvium* angiebt; eine Ansicht, welche mit Recht von *Ruhnken* zu jener Stelle verworfen ist, mit Hinweisung auf *Duker* zu *Flor* III, 5, 25; obgleich er selbst hinsichts der Bedeutung und des Gebrauches der Partikel *tamen* nicht im Klaren war, wie dies aus seiner Bemerkung zu *Rutil. Lup. p.* 50 hervorgeht; in welcher Stelle er *tamen* für *quidem* gesetzt annimmt, und mit Verweisung auf *Passserat.* und *Broukhus.* zu *Propert.* II, 1, 76 zugesteht, dass es auch für *tandem* gesetzt werde. Möge deshalb hier mit besonderer Rücksicht auf *Ruhnken's* Bemerkung zu *Rutil. Lup. l. c.* und die von ihm daselbst angeführten Stellen, in welchen er *tamen* für *quidem* gesetzt nimmt, etwas Genaueres über den Gebrauch dieser Partikel gegeben werden. *Tamen* behält überall seine Bedeutung *doch* bei, und oft wird diese Partikel so gesetzt, dass man einen Satz mit einer Concessivpartikel hinzudenken muss, dem der Satz mit *tamen* entspricht. So auch an unserer und allen den Stellen, welche für jene bemerkten irrigen Erklärungen angeführt werden: Lange wurde der Tod des Königs verheimlicht; als jedoch die Sache bekannt geworden war, obgleich man sie verheimlicht hatte. Vergl. die *Anmerk.* zu *Iustin.* II, 2, 9 und zu *Cic. Cat.* I, 8, 20. Wenden wir uns nun zu den von *Ruhnken* citirten Stellen, so werden wir *tamen* auf gleiche Weise gesetzt finden. *Propert.* II, 23, 31: *Si* tamen *Oeagri quaedam compressa figura Bistoniis olim rupibus accubuit;* i. e. *quamquam virgo, tamen accubuit. Horat. Od.* I, 3, 23: *si* tamen *impiae non tangenda rates transiliunt vada* i. e. *quamquam lege naturae erat vetitum, tamen transiliunt.* Dazu fügt man die Stelle bei *Phaedr.* II, 5, 5: *Hanc emendare, si* tamen *possum, volo* i. e. *quamquam vix fieri potest, tamen, si possum, volo.* Hiervon muss aber ein anderer Fall getrennt werden, indem nämlich *tamen* versetzt und in den Concessivsatz gestellt ist (προόληψις). Dies findet in der bezeichneten Stelle des *Rutilius* Statt: *Concursus vero non mediocris, quum* tamen *omnes opitulari vellent, sed nemo auderet* i. e. *quum tamen nemo auderet, quamvis omnes opitulari vellent.* Auf gleiche Weise wird im Griechischen ὅμως gebraucht. S. *Goeller* zu *Thucyd.* III, 28. *p.* 360. *Matth. Gr. Gr.* §. 566. 3.

plicio meretricum velut expiata regni infamia, legatos Alexandrini ad Romanos misere, orantes, *ut tutelam pupilli susciperent; tuerenturque regnum Aegypti, quod iam Philippum et Antiochum, facta inter se pactione, divisisse* dicebant.

Cap. III. Grata legatio Romanis fuit, causas belli 1
adversus Philippum quaerentibus, qui insidiatus eis tem-
poribus Punici belli fuerat. Huc accedebat, quod, Poe- 2
nis et Hannibale superato, nullius magis arma metuebant,
reputantibus, quantum motum Pyrrhus parva manu Ma-
cedonum in Italia fecisset, quantasque res Macedones in
Oriente gessissent. Mittuntur itaque legati, qui Antiocho 3
et Philippo denuntient, *regno Aegypti abstineant.* Mit- 4
titur et M. Lepidus in Aegyptum, qui tutorio nomine re-
gnum pupilli administret. Dum haec aguntur, interim 5
legationes Attali regis, et Rhodiorum, iniurias Philippi
querentes, Romam venerunt. Quae res omnem cuncta-
tionem Macedonici belli senatui exemit. Statim igitur, 6
titulo ferendi sociis auxilii, bellum adversus Philippum
decernitur, legionesque cum consule in Macedoniam mit-
tuntur. Nec multo post tempore tota Graecia, fiducia 7
Romanorum, adversus Philippum spe pristinae libertatis
erecta, bellum ei intulit: atque ita quum rex undique ur-
geretur, pacem petere compellitur. Deinde quum expo- 8
sitae conditiones pacis a Romanis essent, repetere sua et
Attalus, et Rhodii, et Achaei, et Aetoli coepere. Con- 9
tra Philippus, *adduci se posse, ut Romanis pareat,*
concedebat; *ceterum indignum esse, Graecos a Phi-*
lippo et Alexandro maioribus suis victos, et sub iugum
Macedonici imperii subactos, veluti victores, leges pa-
cis sibi dicere, quibus prius sit servitutis ratio reddenda,
quam libertas vindicanda. Ad postremum tamen, pe- 10
tente eo, induciae duorum mensium datae, ut pax, quae
in Macedonia non conveniebat, Romae a senatu peteretur.

Cap. III. §. 2. *reputantibus.* Man sollte erwarten *reputantes.* S. die *Anmerk.* zu II, 3, 16.

1 Cap. IV. Eodem anno inter insulas Theram et The-
2 rasiam, medio utriusque ripae et maris spatio, terrae mo-
tus fuit. In quo, cum admiratione navigantium, repente
3 ex profundo cum calidis aquis insula emersit. In Asia
quoque eadem die idem motus terrae Rhodum, multasque
alias civitates, gravi ruinarum labe concussit: quasdam
4 solidas absorbuit. Quo prodigio territis omnibus, vates
cecinere, *oriens Romonorum imperium vetus Graeco-*
5 *rum ac Macedonum voraturum.* Interim a senatu repu-
diata pace, Philippus in societatem belli Nabin tyrannum
6 sollicitat. Atque ita, quum in aciem exercitum instructis
e diverso hostibus produxisset, hortari suos coepit, refe-
rendo, *Persas, Bactros, Indosque, et omnem Asiam*
7 *Orientis fine a Macedonibus perdomitam; tantoque for-*
tius hoc bellum, quam illa, sustinendum, quanto sit
8 *libertas imperio carior.* Sed et Flamininus Romanus
consul, relatione rerum recentissime gestarum, suos sti-
mulabat in proelium, ostendendo, *hinc Carthaginem*
cum Sicilia, inde Italiam et Hispaniam Romana vir-
9 *tute perdomitas: nec Hannibalem quidem Alexandro*

Cap. IV. §. 5. *Nabin tyrannum.* Ich glaube; dass man *Nabidim* ändern müsse, welche Form des Accusativs XXXI, 3, 1 und §. 3, und auch bei *Liv.* XXXII, 21, 10 vorkommt. Mehrere Handschriften, welche *Nabidin* lesen, unterstützen diese Aenderung. Zwar haben diejenigen Nomina auf *is* im Genit. *idis*, welche im Griechischen barytona sind, gemeiniglich im Lateinischen den Accusativ auf *im* oder *in;* doch findet sich auch, wie aus den citirten Stellen sich ergiebt, die Form auf *idem.* Vergl. *Schneider's Forml. p.* 211 seq.

§. 6. *Orientis fine.* Für diese richtige Lesart las man sonst *finem*, welches keinen gehörigen Sinn giebt. *Fine* heisst *bis an.* So *Auct. B. Afr.* 85: *per mare umbilici* fine *ingressus. Hygin. Fab.* LXXXII: *Ob id dicitur ad inferos in aquam mediam* fine *corporis stare. Poët. Astr.* III, 12: *Heniochus autem circulo aestivo genuum* fine, *praeterea ab humero sinistro usque ad Zonam dividitur ab eo.* IV, 12: *navis Argo* fine *totius veli. Sallust. Fragm.* III. p. 979. *ed. Cort.*: Fine *inguinum ingrediuntur mare. Caes. B. G.* VII, 47: *Matres familiae de muro vestem argentumque iactabant, et, pectoris* fine *prominentes, passis manibus obtestabantur Romanos*, wo die Herausgeber nachzusehen sind. Vergl. die *Anmerk.* zu XII, 6, 2.

Magno postponendum; quo Italia pulso, Africam ipsam, tertiam partem mundi, superaverint. Sed nec 10 *Macedonas veteri fama, sed praesentibus viribus aestimandos: quia non cum Alexandro Magno, quem invi-* 11 *ctum audierant, nec cum exercitu eius, qui totum Orientem devicerat, bellum gerant; sed cum Philippo, puero* 12 *immaturae aetatis, qui regni terminos adversus finitimos aegre defendat; et cum his Macedonibus, qui non ita pridem praedae Dardanis fuerunt. Illos maiorum* 13 *decora, se suorum militum commemorare. Non enim* 14 *alio exercitu Hannibalem et Poenos, et totum ferme Occidentem, sed his ipsis, quos in acie habeat, militibus, subactos.* His adhortationibus utrimque concitati 15 milites proelio concurrunt, alteri Orientis, alteri Occidentis imperio gloriantes; ferentesque in bellum, alii ma-

§. 11. *invictum audierant — devicerat — fuerunt.* Man sollte den Conjunctiv erwarten, indem alle abhängigen Zwischensätze in der Oratio obliqua in den Conjunctiv gesetzt werden. Daher haben auch mehrere Herausgeber, theilweise nach Handschriften, *audiant — devicerit — fuerint* geändert. Ich habe indess die Vulgata nicht zu verlassen gewagt; denn es giebt zu viele, ja höchst auffallende Beispiele, wo in der Oratio obliqua der Indicativ gesetzt ist, indem der Schriftsteller solche Sätze entweder zur Erklärung und nähern Bestimmung als seine eigenen Bemerkungen gleichsam in Parenthese hinzugefügt, oder in denselben eine wirkliche Thatsache ausspricht, indem er dabei von seiner Gegenwart aus das Tempus bestimmt. Daher an unserer Stelle *audierant — devicerat.* Vergl. *Liv.* III, 2, 3: *nuntiare iussit, Q. Fabium consulem dicere, se ex Aequis pacem Romam tulisse, ab Roma Aequis bellum adferre eadem dextra armata, quam pacatam illis antea* d e d e r a t, wo man ebenfalls *dederit* ändern wollte. XLII, 52, 13: *Omnia, quae Deorum indulgentia, quae regia cura praeparanda* f u e r a n t, *plena cumulataque habere Macedonas.* Vergl. die *Anmerk.* zu IX, 2, 10 und *Ramshorn Gr.* §. 195. p. 617 seq.

§. 13. *maiorum decora.* S. die *Anmerk.* X, 3, 4:

§. 15. *alii — alii.* Man bemerke hier *alii*, statt dessen vorher *alteri — alteri* gesagt wurde. Bisweilen wird auch *alius* nur von Zweien gebraucht. *Plin. H. N.* XI, 18: *Circa Thermodoontem fluvium duo genera* (apum), a l i a r u m, *quae in arboribus mellificant*, a l i a r u m, *quae sub terra. Liv.* I, 21, 6: *Ita duo deinceps reges*, a l i u s a l i a *via, ille bello, hic pace civitatem auxerunt.* Vergl. *Corte* zu *Sall. Cat.* 54, 1. *Burmann* zu *Phaedr. Fab.* I, 4, 4.

iorum suorum antiquam et obsoletam gloriam, alii viren-
16tem recentibus experimentis virtutis florem. Sed Mace-
17donas Romana fortuna vicit. Fractus itaque bello Philip-
pus, pace a Flaminino consule petita, nomen quidem
regium retinuit; sed omnibus Graeciae urbibus, velut re-
gni membris extra terminos antiquae possessionis, amis-
18sis, solam Macedoniam retinuit. Offensi tamen Aetoli,
quod non arbitrio eorum Macedonia quoque adempta regi,
et data sibi in praemium belli esset, legatos ad Antiochum
mittunt, qui eum adulatione magnitudinis in Romana bella,
societatis universae Graeciae, impellerent.

§. 16. *vicit.* In der Schlacht bei Kynoskephalae in Thessalien, im Jahre 198 vor Christo.

LIBER XXXI.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Romani Antiochum Syrum legatione coërcent: a Nabide Graeciam liberari iubent. Hannibalis nomen Romanis formidabile.
2. Hannibal Romanorum insidias fugiens, ad Antiochum cursum dirigit.
3. Nabis duobus proeliis fractus, post Romanorum discessum arma movet. Hannibalis ad Antiochum de opprimendis Romanis consilium.
4. Carthaginienses ab Antiocho sollicitati, rem Romanis significant; qui politico strategemate Hannibalem ab Antiocho divellunt.
5. Iteratum Hannibalis consilium de bello in Italia Romanis inferendo.
6. Antiochi adulatores Hannibalis sana consilia tident: inde subversio Antiochi, qui terrestri et navali proelio a Romanis superatur.
7. Scipiones, ducto in Africam exercitu, pacis leges Antiocho praescribunt, quas ipse repudiat.
8. Bello reparato, et pugna commissa, caesis quinquaginta Asiaticorum millibus, Antiochus subactus pacem petit et obtinet.

CAPUT I.

Mortuo Ptolemaeo Philopatore, rege Aegypti, con- 1
temptaque parvuli filii eius aetate, qui in spem regni relictus praedae etiam domesticis erat, Antiochus, rex Syriae, occupare Aegyptum statuit. Itaque Phoenicen, 2
ceterasque Syriae quidem, sed iuris Aegypti, civitates

Lib. XXXI.

Cap. I. §. 2. *iuris Aegypti.* *Scheffer's* Aenderung *Aegyptii* ist unnöthig. Vergl. IX, 1, 3: *Nunc* Lacedaemoniorum, *nunc* Atheniensium iuris *habita est.* c. 5, 8: *Initio veris tres duces in Asiam* Persarum iuris *praemittit.* XXXVIII, 3, 3: *Cappadocia* iuris esse Mithridatis *coepit.* XLII, 5, 8: iuris Romanorum *futuram*

quum invasisset, legatos ad eum senatus mittit, qui denuntiarent ei, *abstineret regno pupilli, postremis patris precibus fidei suae traditi.* Quibus spretis, interiecto tempore alia legatio supervenit, quae, omissa pupilli persona, *civitates, iure belli factas populi Romani, in integrum restitui* iubebat. Abnuenti bellum denuntiatum: quod ille facile susceptum, infeliciter gessit. Eodem tempore et Nabis tyrannus multas Graeciae civitates occupaverat. Igitur senatus, ne uno tempore duplici bello Romanae vires distinerentur, scripsit Flaminino, *si ei videatur, sicuti Macedoniam a Philippo, ita Graeciam a Nabide liberet.* Ob quam causam imperium ei prorogatum [est]. Terribile quippe Antiochi bellum Hannibalis nomen faciebat, *quem* aemuli eius occultis mandatis *cum Antiocho inisse societatem* apud Romanos criminabantur; negantes, *eum aequo animo sub legibus vivere, assuetum imperio, et immoderata licentia militari; semperque, taedio quietis urbanae, novas belli causas cir-*

Parthiam affirmans. Ueber die Redensart *iuris esse alicuius* siehe die *Anmerk.* zu IX, 1, 3.

§. 6. *distinerentur.* S. die *Anmerk.* zu VI, 6, 3.

Macedoniam a Philippo. Auffallend; denn Philipp wurde nicht aus Makedonien vertrieben, sondern ihm dasselbe als alleiniges Besitzthum gelassen, nach XXIX, 4, 17. Vielleicht ist unsere Stelle schon früh verdorben; die Handschriften geben keine Aushülfe.

§. 8. *immoderata licentia militari. Vorstius* hat hier den Dativ setzen wollen; allein *assuescere* wird auch mit dem Ablativ verbunden, wie fast ausschliesslich bei Cicero. Vergl. meine *Bemerk.* zu *Cic. Cat.* II, 5. *p.* 130 und die Herausgeber zu *Liv.* XXXI, 35, 3.

semperque. Nämlich *dicentes, affirmantes*, welches aus dem vorhergehenden *negantes* herauszunehmen ist. Dieser Sprachgebrauch erklärt sich aus den allgemeinen Regeln vom Zeugma. *Corn. Nep. Cim.* 1, 4: negavit, *se passuram, Miltiadis progeniem in vinculis publicis interire, quoniam prohibere posset,* seque *Calliae nupturam.* So muss auch nicht selten aus dem vorhergehenden *ne* ein *ut* herausgenommen werden. *Iust.* I, 10, 19: *Hortatur,* ne *moenibus magis, quam armis confidant patianturque se commune bellum recentiore ira gerere. Corn. Nep. Han.* 12, 2: *qui a rege peterent,* ne *inimicissimum suum secum haberet sibique dederet,* wo *Bremi* nachzusehen ist. Ja selbst nach *nemo* ist ein *quisque* zu ergänzen bei *Horat. Sat.* I, 1. Vergl. *Iust.* XXV, 5, 3. Auch in der griechischen Sprache findet sich ein solches

cumspicere. Quae etsi falsa nuntiata fuissent, apud ti- 9
mentes tamen pro veris habebantur.

Cap. II. Denique senatus metu perculsus, ad specu- 1
landos actus Hannibalis, legatum in Africam Cnaeum Servilium mittit; eique tacitis mandatis praecipit, *si posset, cum per aemulos eius interficeret, metuque invisi nominis tandem populum Romanum liberaret.* Sed res Han- 2
nibalem non diu latuit, virum ad prospicienda cavendaque pericula peritum, nec minus in secundis adversa, quam in adversis secunda cogitantem. Igitur quum tota die in 3
oculis principum, legatique Romani in foro Carthaginiensium obversatus in supremum fuisset, appropinquante vespere equum conscendit, et rus urbanum, quod pro-

Zeugma. Beiträge liefern *Wopkens Lectt. Tull.* I, 9. *Valckenaer* zu *Herodot.* VII, 104: *Hemsterhus.* zu *Lucian. T.* III, *p.* 376. *Drakenb.* zu *Liv.* XL, 42, 11. *Ruhnken* zu *Rutil. Lup. p.* 46 *seq.*

Cap. II. §. 2. *ad prospicienda — peritum.* Gewöhnlich lies't man jetzt nach den Handschriften *paratum.* Dagegen vertheidigt *Oudendorp* zu *Appulei. Apolog. T.* II, *p.* 385: *rudes et* imperitas *aures* ad *male audiendum habens*, wo dieselbe Verschiedenheit der Lesart sich findet, die Lesart der ältern Ausgaben *peritum*, welche von den Herausgebern als unlateinisch verworfen ist, indem er sagt: *Sane qui dixerit* peritus ad literas *eum male latine dixisse, non dubium est. Sed* peritus ad pericula cavenda, *pro, peritus eorum, quae faciunt ad pericula cavenda, recte defendi posse existimo. Valet tum* peritus *idem quod* expertus. Dabei vergleicht er *Cic. p. Font. c.* 15: *Virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem,* ad *usum ac disciplinam* peritum, *ad consilia prudentem.* Allerdings kann bei *peritus* die Präposition *ad* stehen, nur muss diese nicht mit *peritus* so eng in eine Construction verflochten werden. *Peritus* steht absolut, und durch die Präposition *ad* wird die *Richtung*, das *Ziel*, in Bezug auf welches ein Ausspruch gelten soll, angezeigt. Daher steht auch die Präposition bei *rudis* und ähnlichen Adjectiven. S. die *Anmerk.* zu XXV, 4: ad *devincenda regna* invictus; und zu I, 1, 5: rudes *adhuc* ad *resistendum populos.*

§. 3. *in supremum. Gronov* zu *Plaut. Asin.* III, 3, 4 will hier *in supremam* ändern, so dass *horam diei* zu ergänzen wäre; wogegen *Vorstius* und *Scheffer* mit Recht erinnert haben, dass auch die gewöhnliche Lesart dies bedeuten könne, indem man *diem* ergänze, so dass also *in supremum* für *in supremam partem diei* stände.

rus urbanum. Man hat hier durchaus entweder *suburbanum* oder *rus suburbanum* lesen wollen; allein unnöthig. *Cic. Verr.* III, 86, 199:

pter litus maris habebat, ignaris servis, iussisque ad por-
4 tam revertentem opperiri, contendit. Habebat ibi naves cum remigibus occulto sinu litoris absconditas: erat et grandis pecunia in eo agro praeparata, ut, quum res exe-
5 gisset, nec facultas fugam, nec inopia, moraretur. Lecta igitur servorum iuventute, quorum copiam Italicorum captivorum numerus augebat, navem conscendit, cursum-
6 que ad Antiochum dirigit. Postera die civitas principem suum, ac tum temporis consulem in foro exspectabat.
7 *Quem* ut *profectum* nuntiatum est, non aliter, quam si urbs capta esset, omnes trepidavere, exitiosamque sibi
8 fugam eius ominati sunt. Legatus vero Romanus, quasi bellum iam illatum Italiae ab Hannibale esset, tacitus Romam regreditur, trepidumque nuntium refert.

1 Cap. III. Interim in Graecia Flamininus, iuncta cum quibusdam civitatibus societate, Nabidem tyrannum duobus continuis proeliis subegit, et graviter fractum, velut
2 exsanguem, in regno reliquit. Sed libertate Graeciae restituta, deductisque ab urbibus praesidiis, quum Romanus exercitus in Italiam reportatus esset, velut vacua rursus possessione sollicitatus, multas civitates repentino bello
3 invasit. Quibus rebus exterriti Achaei, ne vicinum malum etiam ad se serperet, bellum adversus Nabidem decernunt, ducemque praetorem suum Philopoemenem, insignis in-
4 dustriae virum, constituunt; cuius in eo bello tanta virtus enituit, ut opinione omnium Flaminino Romano imperatori compararetur. Eodem tempore Hannibal, quum ad
5 Antiochum pervenisset, velut Deorum munus excipitur:
6 tantusque eius adventu ardor animis regis accessit, ut non

habet idem in urbanis *praediis;* in Bezug auf welche Stelle *Ernesti Clav. s. v. praedium* bemerkt: *Praedia urbana sunt apud Ictos omnia aedificia sive in urbe, sive in villa, ad urbanorum modum facta.*

Cap. III. §. 1. *Nabidem.* S. die *Anmerk.* zu XXX, 4, 5.

§. 6. *animis regis.* Man bemerke den Pluralis *animis* in Bezug auf eine Person, insofern dadurch auf alle einzelnen Erscheinungen und Aeusserungen des Herzens hingedeutet wird. Daher *animi* sich oft durch *Gedanken, Gesinnungen* wiedergeben lässt. Vergl. VII, 3, 9: *Bubares ante bellum amore filiae Amyntae captus omisso bello nuptias facit, depositisque hostilibus* animis *in affinitatis iura succedit.* XXI, 6, 1:

tam de bello, quam de praemiis victoriae cogitaret. Sed 7
Hannibal, cui nota Romana virtus erat, negabat *oppri-*
mi Romanos, nisi in Italia posse. Ad hoc sibi cen- 8
tum naves, et decem millia peditum, et mille equi-
tum poscebat, promittens, *hac manu non minus bel-*
lum, quam gesserit, Italiae restauraturum; et in Asia 9
regi sedenti aut victoriam de Romanis, aut aequas pa-
cis conditiones relaturum: quippe et Hispanis bello fla-

mittunt ad speculandum eius animos *Hamilcarem.* Auch wird der Pluralis von *animus* besonders dann gebraucht, wenn es soviel als *audacia, temeritas, superbia, ferocia* bedeutet, wie I, 4, 4: *ne paterna maternaque nobilitas nepoti* animos *extolleret.* S. *Drakenb.* zu *Liv.* II, 27, 12 und *c.* 39, 12. Ueber den Gebrauch des Pluralis von Nominibus abstractis ist überhaupt nachzulesen *Herzog* zu *B. G.* VI, 13. *Ellendt* zu *Cic. Brut.* 82, 285.

§. 8. *mille equitum.* Gewöhnlich wird *equites* gelesen; die aufgenommene Lesart bieten die meisten und besten Handschriften, so wie die Lesart *equites* sicherlich eine Aenderung der Abschreiber ist, die *mille* mit dem Genitiv ungrammatisch fanden. *Mille* steht aber oft als Substantiv, wenn von *einem* Tausend die Rede ist, eine Anzahl von Tausend, χιλιάς. Bemerkenswerth ist, was darüber gesagt wird von *Gell. N. A.* I, 16: *In his atque multis aliis* mille *numero singulari dictum est. Neque hoc, ut quidam putant, vetustati concessum est, aut per figurarum concinnitatem admissum est, sed sic videtur ratio poscere.* Mille *enim non pro eo ponitur, quod graece* χίλιοι *dicitur, sed quod* χιλιὰς, *et sicuti una* χιλιὰς *et duae* χιλιάδες, *ita* unum mille *et* duo millia *certa atque directa ratione dicitur. Quamobrem id quoque recte et probabiliter dici solitum,* mille denarium in arca est et mille equitum in exercitu est. Ebenso in der bekannten Stelle bei *Corn. Nep. Milt.* 5, 1: *Ea* mille *misit militum. Datam.* 8, 3: *quum de ipsius exercitu non amplius* hominum mille *cecidisset. Cic. p. Mil.* 20, 53: *quo in fundo propter insanas illas substructiones facile* mille hominum *versabatur valentium.* Mehrere Beispiele liefert *Drakenb.* zu *Liv.* V, 26, 5. In diesem Falle wird auch, wenn *mille* das Subject ist, der Singularis des Verbi vorzuziehen seyn, wenn gleich der Pluralis nicht unlateinisch seyn würde, insofern *mille* als ein Collectivum betrachtet werden kann. S. *Gronov. de Pec. vet.* I, 10. *Garatoni* zu *Cic. p. Mil. l. l. Bremi* zu *Corn. Datam. l. l.*

§. 9. *in Asia regi sedenti.* Ich habe die Lesart mehrerer Handschriften und alten Ausgaben aufnehmen zu müssen geglaubt; die gewöhnliche Lesart, *in Asi*am ist weit weniger gefällig. — *Sedere* drückt häufig aus, *in Unthätigkeit leben, an einer Sache keinen Theil nehmen. Cic. ad Att.* X, 8: Sedeo *enim πλουδοκῶν.* IX, 12: *Ego ipse* sedeo.

grantibus ducem tantum deesse; et Italiam notiorem sibi nunc, quam pridem fuisset: sed nec Carthaginem quieturam, sociamque se ei sine mora praebituram.

1 Cap. IV. Quum regi consilia placuissent, mittitur Carthaginem unus ex comitibus Hannibalis, qui in bellum cupidos hortetur, *Hannibalemque cum copiis adfuturum* nuntiet: *nihil*, dicat, *partibus, nisi animos Carthaginiensium deesse: Asiam et vires belli et sumptum praebituram.* 2 Haec quum perlata Carthaginem essent, nuntius ipse ab inimicis Hannibalis comprehenditur, et perductus in senatum quum interrogaretur, *ad quem missus esset*, punico ingenio respondit, *se ad universum senatum missum: nec enim hoc opus singulorum, sed universorum esse.* 3 Dum multis diebus deliberant, an eum Romam ad purgandam publicam conscientiam mittant, tacitus conscensa nave ad Hannibalem revertitur: quo cognito, Carthaginienses ultro rem Romam per legatum 4 deferunt. Romani quoque ad Antiochum legatos misere, qui sub specie legationis, et regis apparatum specularentur, et Hannibalem aut Romanis mitigarent, aut assiduo 5 colloquio suspectum invisumque regi redderent. Itaque legati quum Ephesi convenissent ad Antiochum, mandata 6 ei senatus tradunt. Dum responsum exspectant, omnibus diebus assidui circa Hannibalem fuere, dicentes, *timide eum a patria recessisse, quum pacem Romani, non tam*

Cap. IV. §. 5. *convenissent ad Antiochum.* Mit Unrecht hat der sonst behutsame *Vorstius* an der Latinität dieser Stelle Anstoss genommen, indem er die Präposition *ad* streichen wollte; wiewohl der Accusativ der Person ohne Präposition gewöhnlicher ist; wie XLIII, 3, 8: *Itaque* regem *Segobrigiorum*, Nannum *nomine*, — *amicitiam petentes* conveniunt, wo jedoch auch eine Handschrift und mehrere alte Ausgaben die Präposition *ad* hinzufügen. *Ovid. Met.* VII, 666:

Ad regem *Cephalus simul et Pallante creati*
Conveniunt *etc.*

Eine andere Stelle citirt *Heinsius* zu *Ovid. Fast.* II, 669 aus *Dictys Cretens. Lib.* III: *cuncti reges* ad Achillem conveniunt. *Quintil. Inst.* II, 2, 3: *Neque vero satis est summam praestare abstinentiam, nisi disciplinae severitate* convenientium ad se *mores adstrinxerit.* Das von *Abr. Gronov* Citat aus *Liv.* XXIX, 10: *quingenti fere Numidae* ad eum convenerunt, findet sich an dieser Stelle nicht.

cum republica eius, quam cum eo factam, summa fide custodiant; nec bella eum Romanorum magis odio, 7
quam patriae amore gessisse, cui ab optimo quoque etiam spiritus ipse debeatur. Has enim publicas inter populos, non privatas inter duces bellandi causas esse. Inde res gestas eius laudare. Quorum sermone laetus sae- 8
pius cupidiusque cum legatis colloquebatur, ignarus, quod familiaritate Romana odium sibi apud regem crearet. Quippe Antiochus tam assiduo colloquio reconciliatam eius 9
cum Romanis gratiam existimans, nihil ad eum, sicuti solebat, referre; expertemque totius consilii, veluti hostem proditoremque suum, odisse coepit. Quae res tantum apparatum belli, cessante imperatoria arte, corrupit. Se- 10
natus mandata fuerant, *ut contentus terminis Asiae esset, ne ipsis ingrediendi Asiam necessitatem imponeret.* Quibus spretis, non accipiendum bellum statuit, sed inferendum.

Cap. V. Dicitur, quum frequenter de bello consilium 1
habuisset, remoto Hannibale, tandem eum vocari iussisse, non ut ex sententia eius aliquid ageret, sed ne per omnia eum sprevisse videretur; omnibusque perrogatis postremum interrogasse. Quo ille animadverso, *intelligere se* 2
professus est, *non quia egeat consilio, sed ad supplendum numerum sententiarum se vocatum; tamen et odio Romanorum, et amore regis, apud quem solum tutum sibi exsilium relictum sit, se viam gerendi belli edisserturum.* Veniam deinde libertati praefatus, *nihil se aut* 3
consiliorum, aut coeptorum praesentium probare ait: *neque sedem belli Graeciam sibi placere, quum Italia uberior materia sit: quippe Romanos vinci non nisi ar-* 4
mis suis posse; nec Italiam aliter, quam Italicis viribus subigi: siquidem diversum ceteris mortalibus esse illud

Cap. V. *omnibusque perrogatis.* Statt *quum omnium sententias perrogasset;* denn man sagt gemeiniglich *sententias perrogare.* S. *Corte* zu *Plin. Ep.* IV, 22, 3. Hinsichts der Bedeutung der Präposition *per* in der Zusammensetzung siehe die *Anmerk.* zu II, 15, 9.

§. 4. *diversum ceteris mortalibus. Diversus* in der Bedeutung von *contrarius* habe ich schon zu XV, 1, 1 angemerkt; in welcher es dann

5 *et hominum et belli genus. Aliis bellis plurimum momenti habere, priorem aliquam cepisse occasionem loci temporisque, agros diripuisse, urbes aliquas expugnasse: cum Romano, seu occupaveris prior aliqua, seu viceris, tamen etiam cum victo et iacente luctandum*
6 *esse. Quamobrem si quis eos in Italia lacessat, suis eos opibus, suis viribus, suis armis posse vincere, sicut*
7 *ipse fecerit. Sin vero quis illis Italia velut fonte virium cesserit, perinde falli, ac si quis amnes non ab ipsis fontium primordiis derivare, sed concretis iam aqua-*
8 *rum molibus avertere, vel exsiccare velit. Haec et secreto se censuisse, ultroque ministerium consilii sui obtulisse, et nunc praesentibus amicis ideo repetisse, ut scirent omnes rationem gerendi cum Romanis belli;*
9 *eosque foris invictos, domi fragiles esse. Nam prius illos urbe quam imperio, prius Italia quam provinciis exui posse: quippe et a Gallis captos, et a se prope deletos esse: neque se umquam victum prius, quam terris eorum cesserit. Reverso Carthaginem, statim cum loco fortunam belli mutatam.*

1 Cap. VI. Huic sententiae obtrectatores amici regis erant, non utilitatem rei cogitantes, sed verentes, ne, probato consilio eius, primum apud regem locum gratiae
2 occuparet. Et Antiocho non tam consilium, quam auctor displicebat, ne gloria victoriae Hannibalis, non sua es-
3 set. Omnia igitur variis assentationum adulationibus cor-

auch mit einem Dativ verbunden wird. *Vellei. Pat.* II, 75, 2: *Quis non* diversa praesentibus *contrariaque exspectatis aut speret aut timet? Quintil.* XII, 10: *Nihil tam est* Lysiae diversum, *quam Isocrates.*

§. 5. *tamen etiam cum victo.* In andern Ausgaben wird *tum* statt *tamen* nach einer häufigen Verwechselung in den Handschriften gelesen. Die Wiederholung der Präposition *cum* darf nicht auffallen, da Iustin häufig dergleichen hat. So gleich nachher §. 6. *si quis — sin vero quis — ac si quis.* XXXVII, 2, 2: *Nam et* eo, *quo genitus est anno, et* eo *quo regnare primum coepit.* S. die *Anmerk.* zu VII, 1, 11: Pulso *deinde Mida — aliisque regibus* pulsis. Vergl. *Wasse* zu *Sall. Iug.* 26. *p.* 101.

Cap. VI. §. 3. *assentationum adulationibus.* Man bemerke diese Zusammenstellung verwandter Begriffe, welche sich öfter bei Dichtern

rumpebantur: nihil consilio vel ratione agebatur. Rex ipse per hiemem in luxuriam lapsus novis quotidie nuptiis deditus erat. Contra Acilius Romanus consul, qui ad hoc 4
bellum missus erat, copias, arma, ceteraque bello necessaria summa industria parabat; civitates socias confirmabat, dubias illiciebat: nec alius exitus belli, quam apparatus utriusque partis fuit. Itaque prima belli congressione quum cedentes suos rex cerneret, non laborantibus 5
auxilium tulit, sed fugientibus se ducem praebuit, castraque ditia victoribus reliquit. Deinde quum in Asiam, 6
praeda Romanis occupatis, fugiendo pervenisset, poenitere neglecti consilii coepit; revocatoque in amicitiam Hannibale, omnia ex sententia eius agere. Interim nun- 7
tiatur, Aemilium, Romanum ducem, cum octoginta rostratis navibus in bellum navale a senatu missum, adventare: quae res illi spem restituendae fortunae dedit. Ita- 8
que priusquam sociae civitates ad hostes deficerent, decernere navali proelio statuit, sperans cladem, in Graecia acceptam, nova posse victoriae gloria aboleri. Tradita igitur Hannibali classe, proelium committitur. 9
Sed nec Asiani milites Romanis, neque naves eorum pares rostratis navibus fuere; minor tamen clades ducis sollertia fuit. Romam nondum opinio victoriae venerat, et idcirco in consulibus creandis suspensa civitas erat.

Cap. VII. Sed adversus Hannibalem ducem quis me- 1
lior quam Africani frater crearetur, quum vincere Poe-

findet, und von spätern Prosaikern nicht selten nachgeahmt ist, um einen gewissen Nachdruck zu erzwingen. Ein Begriff wäre hinreichend. *Virg. Aen.* II, 458: *Evado ad summi* fastigia culminis. V, 422: *magnos* membrorum artus. *Iust.* XXIV, 8, 4: *desilientem in templum per* culminis *aperta* fastigia. XXIX, 1, 5: *cui ex* facinoris crimine *cognomentum Philopator fuit. Liv.* VIII, 24, 12: *quid in tanto* discrimine periculi *cunctaretur.*

§. 6. *poenitere neglecti consilii coepit.* S. die *Anmerk.* zu XXXVIII, 10, 11: Poenitere *deinde dimissi Demetrii coepit.*

§. 8. *nova posse victoriae gloria.* So lesen mehrere Handschriften; gewöhnlich; *nova posse victoria aboleri.*

2 nos opus Scipionum esset? Creatur igitur consul Lucius Scipio; eique datur legatus frater Africanus, ut intelligeret Antiochus, non maiorem fiduciam se in Hannibale
3 victo, quam Romanos in victore Scipione habere. Traiicientibus in Asiam Scipionibus exercitum iam utrobique profligatum bellum nuntiatum est; victumque Antiochum
4 terrestri, Hannibalem navali bello invenerunt. Primo igitur adventu eorum legatos pacem petentes ad eos Antiochus mittit, peculiare donum Africano ferentes ipsius
5 filium, quem rex parvo navigio traiicientem ceperat. Sed Africanus, *privata beneficia a rebus publicis secreta esse*, dixit; *aliaque esse patris officia, alia patriae iura, quae non liberis tantum, verum etiam vitae ipsi*
6 *praeponantur. Proinde gratum se munus accipere, privatoque impendio munificentiae regis responsurum. Quod ad bellum pacemque pertineat, nihil neque de*
7 *iure patriae decidi posse*, respondit. Nam neque de redimendo filio umquam tractavit, nec senatum de eo agere permisit; sed, ut dignum maiestate eius erat, *armis*
8 *se recepturum filium* dixerat. Post haec leges pacis dicuntur: *ut Asia Romanis cederet: contentus Syriae regno esset: naves universas, captivos et transfugas trateret; sumptumque omnem belli Romanis restitueret.*
9 Quae quum nuntiata Antiocho essent, *nondum ita victum se esse* respondit, *ut spoliari se regno pateretur; bellique ea irritamenta, non pacis blandimenta esse.*

1 Cap. VIII. Igitur quum ab utrisque bellum pararetur, ingressique Asiam Romani Ilion venissent, mutua gratulatio Iliensium ac Romanorum fuit: Iliensibus *Aeneam, ceterosque cum eo duces a se profectos;* Romanis, *se ab*
2 *his procreatos*, referentibus. Tantaque laetitia omnium fuit, quanta esse post longum tempus inter parentes et li-
3 beros solet. Iuvabat Ilienses, nepotes suos, Occidente et Africa domita, Asiam ut avitum regnum vindicare,

Cap. VII. §. 3. *profligatum bellum.* S. die *Anmerk.* zu XXII, 8, 1.

Cap. VIII. §. 1. *ab utrisque.* Ueber den Pluralis von *uterque* siehe die *Anmerk.* zu I, 9, 17; IX, 7, 8.

optabilem Troiae ruinam fuisse dicentes, *ut tam feliciter renasceretur.* Contra Romanos, avitos lares, et in- 4
cunabula maiorum, templaque ac Deorum simulacra inexplebile desiderium videndi tenebat. Profectis ab Ilio Ro- 5
manis Eumenes rex cum auxiliis occurrit: nec multo post proelium cum Antiocho commissum. Quum in dexte- 6
riore cornu pulsa legio Romana maiore dedecore, quam periculo ad castra fugeret, M. Aemilius tribunus militum, ad tutelam castrorum relictus, *armare se milites suos, et extra vallum progredi* iubet, strictisque gladiis fugientibus minari, *morituros* dicens, *nisi in proelium revertantur; infestioraque sua, quam hostium castra inventuros.* Attonita tam ambiguo periculo legio, co- 7
mitantibus commilitonibus, qui fugere eos prohibuerant, in proelium revertitur, magnaque caede edita, initium victoriae fuit. Caesa hostium quinquaginta millia, ca- 8
pta undecim. Antiocho pacem petenti, nihil ad superiores conditiones additum, Africano praedicante, *Romanos neque si vincantur animis minui; neque si vincant, secundis rebus insolescere.* Captas civitates in- 9
ter socios divisere muneris Romani, aptiorem gloriam,

8 Tantum odium Demetrii apud omnes erat, ut aemulo eius non vires regiae tantum, verum etiam generis nobilitas
9 consensu omnium tribueretur. Igitur Alexander, admirabili rerum varietate pristinarum sordium oblitus, totius ferme Orientis viribus succinctus bellum Demetrio infert,
10 victumque vita pariter ac regno spoliat. Quamquam nec Demetrio animus in propulsando bello defuit. Nam et primo proelio hostem fugavit, et, regibus bellum resti-
11 tuentibus, multa millia in acie cecĭdit. Ad postremum tamen invicto animo inter confertissimos fortissime dimicans cecĭdit.

1 Cap. II. Initio belli Demetrius duos filios apud Gnidium hospitem suum cum magno auri pondere commendaverat, ut belli periculis eximerentur, et, si ita fors

§. 6. *sortis extremae iuvenem.* Ebenso *Sueton. Calig. c.* 35: *Nullus tam abiectae conditionis, tamque* extremae sortis *fuit.* Dafür bei *Vellei. Pat.* I, 11: *regiae stirpis se ferebat, quum esset* ultimae. *Liv. Ep.* XLIX und *Flor.* II, 14, 3: *Andriscus quidam,* ultimae sortis *homo. Cic. p. Flac.* 11, 24: *Si quem* infimo loco *natum, nullo splendore vitae, nulla commendatione famae defenderem.* Vergl. *Ruhnken* zu *Vellei. Pat.* II, 11. *p.* 104.

§. 7. *ne quid contumeliae deesset.* S. die *Anmerk.* zu XVI, 5, 2.

Cap. II. §. 1. *commendaverat. Commendare* wird gewöhnlich mit dem Dativ der Person, welcher etwas zum Aufbewahren anvertraut wird, construirt; doch wird es auch mit *apud* und *ad* verbunden. *Hygin. Fab.* III: *cuius beneficio* ad *sororem Medeam* est commendatus. *Fab.* XCVI: commendavit *eum in insulam Scyron* ad *Lycomedem regem.* Ebenso *demandare* bei *Hygin. Fab.* LXXII: *Antigonam* ad *pastores* demandavit; und häufiger das Simplex, wie bei demselben Schriftsteller *Fab.* CLXXXIV: *Merope filium, quem ex Cresphonte habe-*

tulisset, paternae ultioni servarentur. Ex his maior De- 2
metrius, annos pubertatis egressus, audita Alexandri luxuria, quem insperatae opes, et alienae felicitatis ornamenta, velut captum, inter scortorum greges desidem in regia tenebant, auxiliantibus Cretensibus, securum ac nihil hostile metuentem aggreditur. Antiochenses quoque, 3
veterem patris offensam novis meritis correcturi, se ei tradunt: sed et milites paterni, favore iuvenis accensi, prioris sacramenti religionem novi regis superbiae praeferentes, signa ad Demetrium transferunt: atque ita Alexander non minori impetu fortunae destructus, quam elatus, primo proelio victus interficitur; deditque poenas et Demetrio, quem occiderat, et Antiocho, cuius mentitus originem fuerat. 4

bat absconse ad *hospitem in Aetoliam* mandavit. S. *Muncker* zu *Hygin. l. l. cc.* und *Gronov. Observatt.* III, 23.

LIBER XXXVI.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Demetrius Nicator bellum Parthis infert, et infeliciter persequitur. Trypho regnum Syriae invadit: sed tandem ab Antiocho, Demetrii fratre, opprimitur; qui etiam Iudaeos subigit.
2. Iudaeorum origo, incrementa, et res gestae.
3. Iudaeorum opes. Mare Mortuum. A quibus domiti sint Iudaei.
4. Attali, Asiae regis, scelera, mors, testamentum. Asia Romanorum fit propria; divitias autem et vitia sua Romam transmittit.

CAPUT I.

1 Reciperato paterno regno Demetrius, et ipse rerum successu corruptus, vitiis adolescentiae in segnitiam labitur; tantumque contemptum apud omnes inertiae, quan-
2 tum odium ex superbia pater habuerat, contraxit. Itaque quum ab imperio eius passim civitates deficerent, ad abolendam segnitiae maculam, bellum Parthis inferre statuit:
3 cuius adventum non inviti Orientis populi videre, et propter Arsacĭdae regis Parthorum crudelitatem, et quod veteri Macedonum imperio assueti novi populi superbiam
4 indigne ferebant. Itaque quum et Persarum, et Elymaeorum, Bactrianorumque auxiliis iuvaretur, multis proeliis

Lib. XXXVI.

Cap. I. §. 1. *habuerat.* *Graevius* wollte *habuerat* streichen, weil die Redensart *odium habere* unlateinisch sei. Mit Unrecht. So wie man sagt *invidiam*, *misericordiam*, *amorem*, *metum etc. habere*, entweder im activen Sinne, *Neid*, *Mitleiden etc. erregen*, oder im passiven Sinne, *Neid etc. erleiden*, d. i. *beneidet werden*, je nachdem die hinzugefügten Substantiva in activer oder passiver Bedeutung genommen werden, wovon in jedem Lexikon Beispiele zu finden sind; ebenso sagt man *odium habere* in dem Sinne von *Hass hegen* und *Hass erleiden*. So *Cic. ad Q. Fr.* III, 9: *odii nihil habet.*

Parthos fudit. Ad postremum tamen, pacis simulatione 5
deceptus, capitur, traductusque per ora civitatium, populis, qui desciverant, in ludibrium favoris ostenditur. Missus deinde in Hyrcaniam, benigne et iuxta cultum pri- 6
stinae fortunae habetur. Dum haec aguntur, interim in 7
Syria Trypho, qui se tutorem Antiocho, Demetrii privigno, substitui a populo laboraverat, occiso pupillo, regnum Syriae invadit. Quo diu potitus, tandem exolescente 8
favore recentis imperii, ab Antiocho puero admodum, Demetrii fratre, qui in Asia educabatur, bello vincitur; rursusque regnum Syriae ad subolem Demetrii revertitur. Igi- 9
tur Antiochus, memor, quod et pater propter superbiam invisus, et frater propter segnitiam contemptus fuisset, ne in eadem vitia incideret, recepta in matrimonium Cleopatra, uxore fratris, civitates, quae vitio fraterni imperii defecerant, summa industria persequitur, domitasque rursus regni terminis adiicit. Iudaeos quoque, qui in Mace- 10
donico imperio sub Demetrio patre armis se in libertatem vindicaverant, subigit. Quorum vires tantae fuere, ut post hunc nullum Macedonum regem tulerint, domesticisque imperiis usi Syriam magnis bellis infestaverint.

Cap. II. Namque Iudaeis origo Damascena, Syriae 1
nobilissima civitas: unde et Assyriis regibus genus, et re-

§. 5. *traductusque per ora civitatium.* S. die *Anmerk.* zu XVI, 5, 5.

§. 6. *iuxta cultum.* S. die *Anmerk.* zu II, 12, 25: iuxta *praeceptum Themistoclis.*

§. 8. *rursusque — revertitur.* Ebenso bei *Caes. B. G.* IV, 4, 4: *et tridui viam progressi* rursus reverterunt. Eigentlich ist *rursus* überflüssig, da dieser Begriff schon in der Partikeln *re* liegt. Indess ist die Zusammenstellung synonymer Partikel bei Griechen und Römern häufig. *Iust.* V, 4, 12: *ut maximi imperii subversi et* rursum recepti *auctor esset.* XLII, 2, 12: *quam repudiatam miseratione exilii* rursum receperat. Ebenso bei *Flor.* I, 3, 9; *c.* 11, 14. *Curt.* III, 11, 14 *rursus redire;* bei *Corn. Nep. Alc.* 6, 5 *rursus resacrare;* bei *Caes. B. G.* VII, 9, 9 *rursus reducere*, und an vielen andern Stellen in gleicher Zusammenstellung. S. *Casaubonus* zu *Sueton. Caes. c.* 2. *Bremi* zu *Corn. Nep. Alc.* 6, 5. Auf gleiche Weise werden auch andere Partikeln gehäuft, wie *Iust.* XXXIX, 2, 8: praedictis *iam* ante *insidiis*, wo *Scheffer* diesen Gebrauch verkannte. Vergl. *Zumpt Gr. Cap.* 85, 8.

Cap. II. §. 1. *origo Damascena — civitas.* Statt *Damascus*, wel-

2 ginae Semiramidi fuit. Nomen urbi a Damasco rege in-
ditum: in cuius honorem Syrii sepulcrum Arathis, uxoris
eius, pro templo coluere, Deamque exinde sanctissimae
3 religionis habent. Post Damascum Azelus, mox Adores,
4 et Abraham, et Israhel reges fuere. Sed Israhelem felix
decem filiorum proventus maioribus suis clariorem fecit.
5 Itaque populum in decem regna divisum filiis tradidit,
omnesque ex nomine Iudae, qui post divisionem decesse-
rat, *Iudaeos* appellavit; colique eius memoriam ab omni-
6 bus iussit, cuius portio omnibus accesserat. Minimus ae-
tate inter fratres Ioseph fuit: cuius excellens ingenium ve-
riti fratres clam interceptum peregrinis mercatoribus ven-
7 diderunt. A quibus deportatus in Aegyptum, quum ma-
gicas ibi artes sollerti ingenio percepisset, brevi ipsi regi
8 percarus fuit. Nam et prodigiorum sagacissimus erat, et
somniorum primus intelligentiam condidit; nihilque divini

ches aus dem Genitiv *Damascena* herauszunehmen ist, an welches sich das Appositum anschliesst; eine schon mehrmals angemerkte Figur, *Synesis*. Vergl. VI, 4, 4: *Primi igitur* Thebani, *auxiliantibus Atheniensibus, bellum his intulere;* quae civitas *ex infimis incrementis etc. Caes. B. C.* I, 18: *Interim Caesari nuntiatur* Sulmonenses, quod oppidum *a Cornificio septem millium intervallo abest, cupere ea facere quae vellet. Corn. Nep. Milt.* 5, 1: *Hoc in tempore nulla civitas Atheniensibus auxilio fuit praeter* Plataeenses. Ea *mille misit militum*, wo *Bremi's* Bemerkung nachzulesen ist. Vergl. die *Anmerk.* zu II, 8, 4.

et reginae Semiramidi. Gewöhnlich wird *ex regina Semirami* gelesen, wobei nicht allein die dann ausgesprochene Behauptung, sondern auch die Form *Semirami* auffällt. Die Wörter, welche in der griechischen Sprache den Genitiv auf ιδος bilden, haben auch gemeiniglich im Lateinischen *idis*, seltener blos *is*. Zwar hatten wir diese seltnere Form des Genitivs in *Apis* I, 9, 1; allein I, 1, 10 steht in allen Handschriften und Ausgaben der Ablativ *Semiramide*, weshalb auch an unserer Stelle die Form *Semiramidi* vorzuziehen ist.

§. 8. *intelligentiam condidit.* Man bemerke hier das Perfectum zwischen Imperfecta, wo man wegen der vorangegangenen Copula ebenfalls das Imperfectum erwarten sollte. Das Imperfectum steht hier, insofern dadurch nicht auf einen einzelnen Fall, sondern auf öfter vorkommende Fälle hingedeutet wird. Das Perfectum *condidit* musste aber gesetzt werden, weil die Gründung einer Sache nur als eine einmal vorkommende, momentane Handlung betrachtet werden kann. *Liv.* II, 48, 4: *Aequi se in oppida* receperunt *murisque se* tenebant.

iuris humanique ei incognitum videbatur: adeo, ut etiam 9
sterilitatem agrorum ante multos annos providerit: peris-
setque omnis Aegyptus fame, nisi monitu eius rex edicto
servari per multos annos fruges iussisset: tantaque experi- 10
menta eius fuerunt, ut non ab homine, sed a Deo responsa
dari viderentur. Filius eius Moses fuit, quem praeter pa- 11
ternae scientiae hereditatem etiam formae pulchritudo
commendabat. Sed Aegyptii, quum scabiem et vitiligi- 12
nem paterentur, responso moniti, eum cum aegris, ne
pestis ad plures serperet, terminis Aegypti pellunt. Dux 13
igitur exsulum factus sacra Aegyptiorum furto abstulit:
quae repetentes armis Aegyptii, domum redire tempesta-
tibus compulsi sunt. Itaque Moses, Damascena antiqua 14
patria repetita, montem Synae occupat: quo, septem die-
rum ieiunio per deserta Arabiae cum populo suo fatiga-
tus, quum tandem venisset, septimum diem more gentis
Sabbata appellatum in omne aevum ieiunio sacravit, quo-
niam illa dies famem illis erroremque finierat. Et quoniam 15
metu contagionis pulsos se ab Aegypto meminerant, ne
eadem causa invisi apud incolas forent, caverunt, ne cum
peregrinis conviverent: quod ex causa factum paullatim in

XXXIX, 49, 10: *theatrum repente, quod viae propinquum erat,* compleverunt *et, ut eo in conspectum populi adduceretur, una voce omnes* exposcebant. Vergl. *Zumpt Gr. Cap.* 76. 9. *A.* 1.

§. 11. *commendabat. Commendare* unserm *empfehlen* ganz entsprechend, *amabilem facere, gratum acceptumque reddere*, wie es *Ruhnken* zu *Vellei. Pat.* II, 29. *p.* 168 erklärt. *Tacit. Ann.* XV, 59: *uxorem sola corporis forma* commendatam. *Corn. Nep. Dion.* 1, 2: *magnam corporis dignitatem, quae non minimum* commendat.

§. 12. *vitiliginem.* Ich habe diese Lesart zwar im Text stehen lassen; allein schwerlich ist dieselbe die ursprüngliche, sondern vielmehr *pruriginem*, welches nicht allein alle Handschriften des *Bongarsius* und *Modius*, sondern auch mehrere andere der ältesten und besten haben; woraus sich auch ergiebt, wie unrecht man bei *Colum.* VII, 5, 6: *nam subest aspera cutis et velut quaedam* prurigo, dieses Wort durch die Aenderung *porrigo* hat verdrängen wollen. Die Lesart *vitiliginem* scheint demnach nur als Glosse angesehen werden zu dürfen. Nachweisungen über die Krankheit der *vitiligo* findet man bei *Elmenhorst* im Index zum *Appuleius.*

§. 15. *conviverent.* So lesen hier die besten Handschriften, so wie

16disciplinam religionemque convertit. Post Mosen etiam filius eius Aruas, sacerdos sacris Aegyptiis, mox rex creatur; semperque exinde hic mos apud Iudaeos fuit, ut eos-

auch alle diejenigen, welche *Bongarsius* und *Modius* verglichen; ebenso der Krakauer Codex; wofür ein Abschreiber nach seinem kirchlichen Latein *communicarent* schrieb; wie noch allgemein in den Ausgaben gelesen wird. In der guten Latinität construirte man *communicare* nicht mit dem Dativ allein, sondern sagte immer *communicare aliquid cum aliquo*. Zwar werden für die Construction mit dem Dativ drei Stellen aus Cäsar angeführt, nämlich *B. C.* III, 18: *adhibito Libone et L. Lucceio et Theophane*, quibus communicare *de omnibus rebus Pompeius consueverat*. *B. G.* VI, 13: *neque iis petentibus ius redditur, neque honos ullus* communicatur. VI, 23: *iis omnium domus patent victusque* communicatur. Allein in der ersten Stelle ist schon aus einer Handschrift *quibus* cum in die Ausgaben aufgenommen worden; in den beiden andern findet ein Zeugma Statt, indem der Dativ zu den andern Verbis gehört, und so die Construction zu *communicare* zu vervollständigen, dem Leser überlassen ist, weil man in solchen Fällen die Person nicht wiederholen wollte. Ebenso bei *Appulei. Met.* X, 212: *assumpto statim nequissimo et ad omne facinus emancipato quodam dotali servulo, perfidiae suae consilia* communicat; wo aus dem aus dem vorhergehenden Ablativus, ein *cum eo* zu ergänzen ist. Der Dativ bei *communicare* kann nur dann gesetzt werden, wenn noch ein anderes Object gegeben wird, mit dem das eine etwas gemein hat. *Cic. Div. in Caec.* 4, 14: *quae* cum *his civitatibus* C. Verri communicata *sunt. Brut.* 73, 254: *id aut ereptum illis est, aut certe* nobis cum illis communicatum. In Hinsicht unserer Stelle ist ferner zu bemerken, dass zwar der Accusativ der Sache, als *sermonem, consilia etc.* bei *communicare* bisweilen ausgelassen werde, wie in der oben angeführten Stelle aus *Caes. B. C.* III, 18; allein in der neutralen Bedeutung in dem Sinne, *umgehen mit Jemandem*, wie an unserer Stelle, findet sich *communicare* nur bei den spätern Kirchenscribenten. *Sulpic. Sever. Dial.* III, 11: *Congregati ad Treveros episcopi tenebantur, qui quotidie* communicantes Ithacio *communem sibi causam fecerant.* Vergl. *Oudendorp* zu *Caes. B. C.* III, 18. *Corte* zu *Cic. ad Fam.* I, 7, 6. *Ruddimann. Inst.* II. *p.* 197. ed. Lips.

convertit. Für *se convertit.* Ebenso *Cic. Brut.* 38, 141: *Sed hoc vitium huic uni in bonum* convertebat. *Sall. Cat.* 6: *Post ubi regium imperium, quod initio conservandae libertatis atque augendae reipublicae fuerat, in superbiam* convertit, wo die Herausgeber mehrere Stellen gesammelt haben. Vergl. *Ruhnken* zu *Rutil. Lup. p.* 73. Häufiger wird indess das Simplex *vertere* auf diese Weise gebraucht. S. *Zumpt Gr. Cap.* 87, 2. *A.* 3 §. 145.

dem et reges et sacerdotes haberent; quorum iustitia religione permixta incredibile quantum coaluere.

Cap. III. Opes genti ex vectigalibus opobalsămi crevere, quod in his tantum regionibus gignitur. Est namque vallis, quae continuis montibus, velut muro quodam, ad instar castrorum clauditur. Spatium loci ducenta iugera, nomine Hierichus dicitur. In ea valle silva est et ubertate et amoenitate insignis: siquidem palmeto et opobalsameto distinguitur. Arbores opobalsami formam similem piceis arboribus habent, nisi quod sunt humiles magis, et in vinearum morem excoluntur. Hae certo anni tempore balsamum sudant. Sed non minor loci eius apricitatis, quam ubertatis admiratio est: quippe quum toto orbe regionis eius ardentissimus sol sit, ibi tepidi aëris naturalis quaedam ac perpetua apricitas inest. In ea regione lacus est Asphaltites, qui propter magnitudinem et aquae immobilitatem *Mortuum mare* dicitur. Nam neque ventis movetur, resistente turbinibus bitumine, quo aqua omnis stagnatur; neque navigationis patiens est, quoniam omnia

§. 16. *incredibile quantum.* Vergl. die *Anmerk.* zu VIII, 2, 5: Incredibile quantum *ea res apud omnes nationes Philippo gloriae dedit.*

Cap. III. §. 4. *balsamum sudant. Virg. Ecl.* IV, 30: *Et durae quercus* sudabunt roscida mella; wofür gewöhnlich der Ablativ gesetzt wird. So sagt man *sanguine* und *sanguinem sudare.* S. *Drakenb.* zu *Liv.* XXII, 1, 8. *Bünemann* zu *Lactant. Inst.* VII, 24, 7. Eine Menge Beispiele liefert *Muncker* zu *Fulgent. Mythol.* III, 8. *p.* 123. Vergl. *Zumpt Gr. Cap.* 71. 1. *A.* 1. §. 383.

§. 5. *apricitatis.* Dafür hat *Bongarsius* gegen alle handschriftliche Auctorität *opacitatis*, sowie nachher *opacitas* geschrieben, weil *apricitas* hier offenbar falsch sei. Allein *apricitas* bedeutet nicht eine *brennende Sonnenhitze*, sondern die *milde Sonnenwärme.* Daher *hortus apricus* bei *Cic. ad Fam.* XVI, 8, 4 ein Garten, welcher der milden Sonnenwärme ausgesetzt ist, *tepido ac leni, non torrentissimo soli expositus*, wie *Corte* richtig erklärt, mit Verweisung auf *Salmasius* zu *Solin. p.* 990.

§. 7. *stagnatur. Stagnare* wird transitive und intransitive gebraucht. Intransitive entweder von jedem Wasser, das ruhig und stehend bleibt; daher *aqua stagnat* von Seen, Sümpfen und Pfützen gebraucht, besonders von dem Wasser, welches nach dem Austreten der Flüsse zurückbleibt; oder von den Oertern selbst, die überschwemmt sind, die un-

vita carentia in profundum merguntur; nec materiam ul-
8 lam sustinet, nisi quae alumine illinatur. Primum Xerxes, rex Persarum, Iudaeos domuit: postea cum ipsis Persis in ditionem Alexandri Magni venere, diuque in potestate
9 Macedonici imperii subiecti Syriae regno fuere. A Demetrio quum descivissent, amicitia Romanorum petita, primi omnium ex Orientalibus libertatem receperunt, facile tunc Romanis de alieno largientibus.

1 Cap. IV. Per eadem tempora, quibus in Syria regni mutatio inter novos reges alternabatur, in Asia rex Attalus florentissimum ab Eumene patruo acceptum regnum caedibus amicorum et cognatorum suppliciis foedabat, nunc matrem anum, nunc Beronicen sponsam maleficiis
2 eorum necatas confingens. Post hanc scelestam violentiae rabiem, squalidam vestem sumit: barbam capillumque in modum reorum submittit: non in publicum prodire, non populo se ostendere, non domi laetiora convivia inire, aut aliquod signum sani hominis habere, prorsus ut poenas
3 pendere manibus interfectorum videretur. Omissa deinde regni administratione, hortos fodiebat, gramina serebat, et noxia innoxiis permiscebat; eaque omnia veneni succo
4 infecta, velut peculiare munus, amicis mittebat. Ab hoc studio, aerariae artis fabricae se tradit, cerisque fingen-
5 dis, et aere fundendo procudendoque oblectabatur. Matri

ter Wasser stehen und gleichsam einen See bilden. Transitive von dem Wasser, welches ein Land überschwemmt, wo *stagnare* synonym mit *inundare* ist; daher *ripae stagnatae* die überschwemmten Ufer. Nach dem oben Gesagten konnte *Iustin* auch sagen *aqua omnis stagnat;* er sagte aber nachdrücklich *aqua stagnatur re*, insofern eine andere dikkere Flüssigkeit das Fluthen des Meeres hemmt. Ueber *stagnare* vergleiche *Gronov* zu *Stat. Silv.* III, 2. *p.* 286 seq. *T.* I. *ed. Hand.*

Cap. IV. §. 3. *gramina serebat.* So lesen ausser den Codd. Fuldenses noch zehn andere Handschriften, denen die Krakauer beitritt. Gewöhnlich wird *seminabat* gelesen.

§. 4. *cerisque fingendis. Cerae* sind *Bilder*, welche aus Wachs gegossen wurden, nicht Wachsgemälde, wie der Ausdruck *fingere* deutlich zeigt, welches besonders von Töpfer- und Wachsarbeiten gebraucht wird. S. *Heinsius* zu *Ovid. Fast.* I, 158. Vergl. *Iuvenal.* VIII, 19: *exornent undique* cerae *atria. Ovid. Fast.* I, 591: *Perlege dispositas ge-*

deinde sepulcrum facere instituit: cui operi intentus morbum ex solis fervore contraxit, et septima die decessit. Huius testamento heres populus Romanus tunc instituitur. Sed erat ex Eumene Aristonicus, non iusto matrimonio, 6
sed ex pellice Ephesia, citharistae cuiusdam filia, genitus, qui post mortem Attali velut paternum regnum Asiam invasit. Quum multa secunda proelia adversus civitates, 7
quae metu Romanorum tradere se ei nolebant, fecisset, iustusque rex iam videretur, Asia Licinio Crasso consuli decernitur: qui intentior Attalicae praedae, quam bello, 8
quum extremo anni tempore inordinata acie proelium conseruisset, victus poenas inconsultae avaritiae sanguine dedit. In hūius locum missus Perperna consul, prima con- 9
gressione Aristonicum superatum in potestatem suam redegit; Attalicasque gazas, hereditarias populi Romani, navibus impositas, Romam deportavit. Quod aegre ferens 10
successor eius Manius Aquilius consul, ad eripiendum Aristonicum Perpernae, veluti sui potius triumphi munus esse deberet, festinata velocitate contendit. Sed contentionem 11
consulum mors Perpernae diremit. Sic Asia Romanorum facta cum opibus suis vitia quoque Romam transmisit.

nerosa per atria ceras, wo sicherlich nicht Wachsgemälde zu verstehen sind.

LIBER XXXVII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Massilienses pro Phocaeënsibus apud Romanos deprecantur. Regibus, qui adversus Aristonicum auxilia tulerant, praemia a Romanis persoluta. Tragoediae in Cappadocia et Ponto. Mithridati Euergetae, Ponti regi, succedit Mithridates Eupator.
2. Eiusdem futura magnitudo praedicta, occupationes vindicta.
3. Eiusdem res gestae, et domi ab uxore periculum.
4. Eiusdem exercitia militaria, Cappadociae et Galatiae occupatio, atque superbum Romanis responsum.

CAPUT I.

1 Capto Aristonico, Massilienses pro Phocensibus, conditoribus suis, quorum urbem senatus, et omne nomen, quod et tunc, et antea Antiochi bello, infesta contra populum Romanum arma tulerant, deleri iusserat, legatos Romam deprecatum misere, veniamque his a senatu ob-
2 tinuere. Post haec regibus, qui adversus Aristonicum

Lib. XXXVII.

Cap. I. §. 1. *pro Phocensibus.* Nach *Gronov's* Aenderung ist hier und XLIII, 3, 4 von einigen Herausgebern *Phocaeënsibus* aufgenommen worden. Die Massilier waren nämlich eine Colonie von *Phokäa*, einer Seestadt in Jonien. Das Denominativum davon heisst *Phocaeus* oder *Phocaeënsis*, im Griechischen Φωκαιεὺς. Dagegen ist *Phocensis*, Φωκεὺς das Denominativum von *Phocis*, einer Landschaft in Griechenland. Demnach wäre allerdings *Phocaeënsibus* die richtigere Lesart. Indess scheinen die Römer selbst schon, wie *Glareanus* zu *Liv.* V, 34, 8 vorsichtig bemerkt, diese Namen verwechselt zu haben, indem sie sowohl *Phocis* für *Phocaea*, als auch *Phocaeus* für *Phocensis* gebrauchten; weshalb auch wohl die Lesart aller Handschriften und Ausgaben an unserer Stelle nicht geändert werden darf. Nachweisungen hierüber findet man bei den Interpreten zu *Liv.* V, 34, 8.

auxilia tulerant, praemia persoluta: Mithridati Pontico Phrygia maior; filiis Ariarathis, regis Cappadociae, qui eodem bello occiderat, Lycaonia et Cilicia datae; fide- 3
liorque populus Romanus in socii filios, quam mater in liberos fuit: quippe hinc parvulis auctum regnum, inde vita ademta. Namque Laudice ex numero sex filiorum, 4
quos virilis sexus ex Ariarathe rege susceperat, timens ne non diutina regni administratione adultis quibusdam potiretur, quinque parricidali veneno necavit: unum parvu- 5
lum sceleri matris cognatorum custodia eripuit, qui post necem Laudices (nam propter crudelitatem populus eam exstinxerat) solus regno potitus est. Mithridates quoque 6
repentina morte interceptus filium, qui et ipse Mithrida-

§. 3. *in socii filios.* Ebenso *Cic. p. Milon.* 10, 28: *qui animo* fideli in *dominum et praesenti fuerunt.* S. die *Anmerk.* zu XXXII, 3, 1. Dafür sagt *Sall. Cat.* 9, 2: in *amic*is fideles *erant*; über welche Verbindung ich zu I, 5, 5 gesprochen habe. Doch hat *Herzog* an der Letzten Stelle die Lesart *in amic*os vorgezogen, dessen Anmerkung zu vergleichen ist.

hinc — inde. I. e. *ab illis — ab hac.* Die Adverbia demonstrativa und relativa stehen nämlich sehr oft statt der Pronomina mit einer Präposition, in Bezug auf *Sachen* und selbst *Personen.* V, 4, 12: unde *stetisset, eo se victoria transferret Terent. Adelph.* III, 3, 7: *Syrum incedere video;* hinc (ex hoc) *iam scibo, quid siet;* und I, 1, 21: *nati filii duo;* inde *ego hunc maiorem adoptavi mihi. Plaut. Epid.* I, 1, 74: *Nunquam hominem quendam conveni,* unde *abierim libentius. Cic. p. Flac.* 26: *Athenienses,* unde *humanitas, doctrina — in omnes terras distributae putantur.* S. *Corte* zu *Sall. Iug.* 14, 22; vergl. *Bremi* zu *Corn. Milt.* 3, 1.

§. 4. *virilis sexus.* Man sollte diesen Zusatz für überflüssig halten, da *filiorum* vorhergegangen ist. Allein *filii* steht bisweilen im Allgemeinen für *liberi. Gell. N. A.* XII, 1: *vinculum illud coagulumque animi atque amoris, quo parentes cum* filiis *natura consociat.* So gebrauchen die Lateiner oft bei allgemeinen Bestimmungen vorzugsweise die Form des männlichen Geschlechts, indem sie *patres, soceri, reges, fratres* setzen, so dass darunter Personen beiderlei Geschlechtes zu verstehen sind. S. *Muncker* zu *Hygin. Fab.* CLIX. *Corte* zu *Sall. Iug.* 75, 1.

diutina regni administratione. So ist die richtigere Lesart nach den meisten und besten Handschriften und alten Ausgaben; gewöhnlich ist die Lesart *diutin*am *regni administration*em beibehalten. S. die *Anmerk.* zu VI, 4, 8.

7 tes dictus est, reliquit: cuius ea postea magnitudo fuit, ut non sui tantum temporis, verum etiam superioris aetatis omnes reges maiestate superaverit, bellaque cum Roma-
8 nis per quadraginta sex annos varia victoria gesserit: quum eum summi imperatores, Sylla, Lucullus, ceterique, in summa Cnaeus Pompeius ita vicerint, ut maior clariorque in restaurando bello resurgeret, damnisque suis terribilior
9 redderetur. Denique ad postremum non vi hostili, sed voluntaria morte, in avito regno, senex, herede filio, decessit.

1 CAP. II. Huius futuram magnitudinem etiam coelestia
2 ostenta praedixerant. Nam et eo quo genitus est anno, et eo, quo regnare primum coepit, stella cometes per utrumque tempus septuaginta diebus ita luxit, ut coelum
3 omne flagrare videretur. Nam et magnitudine sui quar-

§. 8. *ita vicerint, ut.* Durch die Partikeln *ita — ut* wird oft das Verhältniss zweier Sätze zu einander angegeben, indem der Ausspruch des ersten durch den zweiten beschränkt wird, in welchem Falle diese Partikeln durch *quidem — sed* erklärt werden können. Aehnlich XI, 4, 10: *Quam rem graviter tulit Alexander, ut secunda legatione denuo bellum deprecantibus* ita *demum remiserit,* ut *oratores et duces sibi dedantur. Cic. Cat.* IV, 7, 15: *qui nobis* ita *summam ordinis consiliique concedunt,* ut *nobiscum de amore reipublicae certent,* wo meine Bemerkung nachzusehen ist.

§. 9. *denique ad postremum.* Ebenso XII, 16, 12: *Victus* denique ad postremum *est.* Siehe über diese Zusammenstellungen die *Anmerk.* zu XIII, 1, 7: Contra *Macedonas* versa vice.

CAP. II. §. 2. *stella cometes.* Dafür sagt *Tacit. An.* XIV, 22: *sidus cometes.* So werden häufig zwei Substantiva neben einander gestellt, indem der generelle Begriff durch einen speciellen erklärt wird. *Caes. B. G.* III, 13: digiti pollicis *crassitudine. Corn. Nep. Milt.* 1, 4: *ventus aquilo. c.* 2, 4: *ventus boreas. Colum.* XII, 35: *Vinum absinthites.* Und so findet man *terra Graecia, bos arator* und dergleichen mehr. Vergl. *Corte* zu *Sall. Iug.* 12, 5. *Herzog* zu *Caes. B. G.* VI, 28, *p.* 349.

per utrumque tempus. Nicht *noctu et interdiu,* wie dies *Bernegger* unrichtig erklärt, sondern *utrumque tempus* bezieht sich auf die Zeit der Geburt des Mithridates und die des Antrittes seiner Regierung.

§. 3. *magnitudine sui — fulgore sui.* Eigentlich sollte hier das Pronomen possessivum stehen; denn wenn in unserm deutschen Pronomen

tam partem coeli occupaverat, et fulgore sui solis nitorem vicerat; et quum oriretur occumberetque, quatuor spatium horarum consumebat. Puer tutorum insidias passus est, 4 qui eum fero equo impositum equitare iacularique cogebant: qui conatus quum eos fefellissent, supra aetatem re- 5 gente equum Mithridate, veneno eum appetivere. Quod 6 metuens antidota saepius bibit, et ita se adversus insidias exquisitioribus remediis stagnavit, ut ne volens quidem senex veneno mori potuerit. Timens deinde, ne inimici, 7 quod veneno non potuerant, ferro peragerent, venandi studium finxit, quo per septem annos neque urbis, neque ruris tecto usus est; sed per silvas vagatus, diversis mon- 8 tium regionibus pernoctabat, ignaris omnibus, quibus esset locis; assuetus feras cursu aut fugere, aut persequi, cum quibusdam etiam viribus congredi. Quibus rebus et 9

possessivum ein subjectiver Genitiv liegt, so wird im Lateinischen auch das Pronomen possessivum gesetzt; liegt darin aber ein objectiver Genitiv, so steht das Pronomen personale. Indess wird bisweilen letzteres gesetzt, wo man das Possessivum erwarten sollte; und diese Verwechselung findet namentlich bei Dichtern und spätern Prosaikern Statt. XX, 2, 5: *peculiaria in ipsum officia* sui *repromittens. Ovid. Met.* I, 36: *Tellus pressa est gravitate* sui. *Senec. de prov. c.* 2: *ipso* sui *onere deficiunt.* Selbst bei Cicero finden sich hin und wieder Beispiele. S. *Corte* zu *Cic. ad Fam.* II, 6, 13. Nicht selten ist jedoch eine Verwechselung dieser Pronomina durch die Abschreiber entstanden. S. *Goerenz* zu *Cic. Fin.* II. *p.* 283. *Acadd.* II. *p.* 216.

§. 6. *stagnavit.* Man erklärt *stagnare* hier durch *munire*, allein nirgends findet sich diese Bedeutung des Verbi bestätigt, weshalb *Gronov* auch *stannavit* ändern wollte. Diese Aenderung billigte *Graevius;* bemerkte aber mit Recht bei derselben: *Est quidem* translatio, *sed tamen non inepta et aliena plane a re, quam exprimere voluit.*

§. 8. *adsuetus fugere.* Nach einem häufigen Gräcismus steht hier der Infinitiv statt des Gerundii. *Liv.* XXXI, 18, 3: Insueto *vera* audire *ferocior oratio visa est.* Dafür heisst es bei *Caes. B. G.* V, 6: insuetus *navigandi;* und *B. C.* I, 78: *corpora* insueta ad *onera* portanda. Vergl. *Hor. Sat.* II, 2, 11: *si Romana fatigat militia* assuetum graecari. *Virgil. Aen.* IX, 511: Adsueti *longo muros* defendere *bello.* S. *Corte* zu *Sall. Iug.* 46, 5. *Bentley* zu *Horat. Carm.* I, 1, 1.

insidias vitavit, et corpus ad omnem virtutis patientiam duravit.

1 Cap. III. Ad regni deinde administrationem quum accessisset, statim non de regendo, sed de augendo regno
2 cogitavit. Itaque Scythas, invictos antea, qui Zopyriona, Alexandri Magni ducem, cum triginta millibus armatorum deleverant, qui Cyrum, Persarum regem, cum ducentis millibus trucidaverant, qui Philippum, Macedonum regem, fugaverant, ingenti felicitate perdomuit.
3 Auctus igitur viribus Pontum quoque, ac deinceps Cappa-
4 dociam occupavit. Quum de Asia tractaret, tacitus cum quibusdam amicis regno profectus universam nemine sentiente pervagatus est, omniumque urbium situm ac re-
5 giones cognovit. Inde in Bithyniam transcendit, et quasi dominus Asiae, opportuna quaeque victoriae suae meta-
6 tus est. Post haec in regnum, quum iam perisse crederetur, reversus est, invento parvulo filio, quem per ab-

§. 9. *ad omnem virtutis patientiam.* Auch hier, wie an andern Stellen, hat die Unkenntniss des Gebrauches des Genitivs mehrere Herausgeber nach *Scheffer* veranlasst, *virtutis* als Glossem zu streichen. *Mira locutio*, sagt dieser Gelehrte, *etiamsi virtutem pro fortitudine accipias. An enim* pati virtutem *recte dicimus?* Der Genitiv eines Substantivs wird sowohl im Griechischen, als Lateinischen oft statt eines Adjectivs gesetzt, so dass also durch den Genitiv der Begriff des regierenden Substantivs näher bestimmt wird. *Omnis virtutis patientia* ist demnach soviel, als *omnis virilis patientia*, männliche, muthvolle Ausdauer, wie es dafür heisst bei *Liv.* V, 6, 5: *contendant et animis et corporibus suis* virilem patientiam *inesse.* Ebenso hatten wir XI, 11, 6: *cupiens* originem divinitatis *acquirere;* wo die Anmerkung, nebst der zu VIII, 3, 7 gegebenen, zu vergleichen ist.

Cap. III. §. 4. *regno profectus.* Gewöhnlich wird die Präposition *ex* bei *proficisci* hinzugefügt. *Liv.* XXIX, 26, 1: *Multae classes Romanae e Sicilia atque ipso illo portu* profectae erant.

nemine sentiente. So lesen die besten Handschriften; gewöhnlich *nemine sciente.* Ebenso VII, 1, 5: non sentientibus *oppidanis.* Doch haben wir auch XXII, 5, 1: *nullo sciente.*

§. 5. *Inde in Bithyniam transcendit.* In den gewöhnlichen Ausgaben fehlt die Präposition, welche in einigen Handschriften durch die zusammengezogene Schreibart *iñ* für *inde* ausgefallen ist. Ebenso hatten wir XXIII, 1, 2: in *Italiam transcendit.* S. *Drakenb.* zu *Liv.* XXXVIII, 3, 4.

sentiam eius Laudice soror uxorque enixa fuerat. Sed in- 7
ter gratulationem adventus sui, et filii geniti, veneno pe-
riclitatus est: siquidem Laudice soror, quum perisse eum
crederet, in concubitus amicorum proiecta, quasi admis-
sum facinus maiore scelere tegere posset, venenum adve-
nienti paravit. Quod quum ex ancilla Mithridates cogno- 8
visset, facinus in auctores vindicavit.

Cap. IV. Hieme deinde appetente, non in convivio, 1
sed in campo; non in vacationibus, sed in exercitationi-
bus; nec inter sodales, sed inter coaequales, aut equo,
aut cursu, aut viribus contendebat. Exercitum quoque 2
suum ad parem laboris patientiam quotidiana exercitatione
durabat: atque ita invictus ipse inexpugnabilem exercitum
fecerat. Inita deinde cum Nicomede societate, Paphla- 3

Cap. IV. §. 1. *Hieme deinde appetente.* I. e. *imminente, apparente;* wie in einigen Handschriften als Glossem gelesen wird. *Appetere* steht hier intransitive, mit Auslassung eines allgemeinen Terminus ad quem. *Liv.* VIII, 38, 3: *Nox iam* appetebat. X, 20, 9: *iam lux* appetebat. XXXVII, 32, 14: *quia iam* hiems appetebat; an welchen Stellen *Drakenborch* mehrere Beispiele gesammelt hat. Vergl. *Herzog* zu *Caes. B. G.* VI, 35.

vacationibus. Nämlich *militaribus.* Dies ist die richtige Lesart, wie der Gegensatz *in exercitationibus* deutlich zeigt; wofür andere Ausgaben *advocationibus* oder *vocationibus* lesen, nach einer häufigen Verwechselung in den Handschriften, worüber *Drakenb.* zu *Liv.* V, 8, 2 nachzusehen ist; welcher zugleich auch mehrere Beispiele von dieser Bedeutung der *vacatio* daselbst gesammelt hat. Vergl. *Iust.* I, 9, 12. XXXVIII, 3, 9.

inter coaequales. Ich habe auch hier, wie IX, 6, 6 *coaequales* beibehalten, wofür *Graevius* und andere Herausgeber nach der Ed. Iunt. *aequales* geschrieben haben; obgleich man es XXIII, 4, 9 nach allen alten Ausgaben hat stehen lassen. Zwar gehören die Formen, wie *coaequalis, concivis etc.* nicht dem goldenen Zeitalter der Sprache an, welches dafür *aequalis, civis* gebraucht; aber bei Iustin steht nach der Stelle XXIII, 4, 9 diese Form gesichert, weshalb ich auch hier und IX, 6, 6 dieselbe beibehalten habe. — Uebrigens findet sich bei Sallust eine ähnliche Lebensschilderung des Iugurtha, nicht, wie *Bernegger* nach einem Gedächtnissfehler angiebt, des grossen Pompejus in den *Fragm. histor.*, sondern *Iug.* 6, 1: *non se luxu neque inertiae corrumpendum dedit; sed, uti mos gentis illius est, equitare, iaculari, cursu cum aequalibus certare.*

goniam invadit, victamque cum socio dividit. Quam quum teneri a regibus senatui nuntiatum esset, legatos ad utrumque misit, qui *gentem restitui in pristinum statum* iuberent. Mithridates, quum se iam parem magnitudini Romanorum crederet, superbo responso, *hereditarium patri suo regnum obvenisse*, respondit; *mirarique se, quod quae ei relata controversia non fuerit, sibi referatur.* Nec territus minis Galatiam quoque occupat. Nicomedes, quoniam se tueri iure non potuerat,

§. 5. *superbo responso — respondit.* Für *superbe respondit.* So wird nämlich oft noch ein Substantivum von gleichem Stamme zu einem Verbum hinzugefügt, entweder ohne Adjectiv zur Verstärkung, oder häufiger mit einem Adjectiv, indem zugleich dadurch die Stelle eines Adverbii vertreten wird. *Plaut. Capt.* II, 3, 33: *facile* memoria memini *tamen. Mil.* II, 6, 2: *quam si non* servitute serviat. *Pers.* V, 1, 25: *qui* hoc gaudio gaudet. *Liv.* X, 46, 2: triumphavit *in magistratu*, insigni, *ut illorum temporum habitus erat*, triumpho. *Cic. ad Fam.* V, 21, 12: *qui* vita ingenua *in beata civitate et libera* viximus; wo *Corte* zu vergleichen ist. Häufig setzen die Lateiner in diesem Falle nach griechischer Sitte den Accusativ statt des Ablativs. S. *Zumpt Gr. Cap.* 71. 1. *A.* 1. Nicht hierher gehören aber solche Stellen, wie *Cic. Fin.* I, 20, 67: laetamur *amicorum* laetitia *aeque ut nostra; de Orat.* I, 55, 235: *dum* novo *et* alieno ornatu *velis* ornare *iuris civilis scientiam*, welche *Goerenz* zu *Cic. Fin.* II, 3, 8 und nach ihm einige Grammatiker mit den obigen Stellen vermischen. Denn in diesen vertritt der Ablativ nicht die Stelle eines Adverbii, sondern dieselbe ist in dem ersten Beispiel das Object der Freunde; in dem zweiten aber der instrumentalis. Nur solche Zusammenstellungen, wie die obigen, und *morte mori*, *cursu currere* und ähnliche, wenn sich deren etwa finden, können hierher gerechnet werden.

§. 7. *quoniam — non potuerat.* Man sollte *poterat* erwarten, wie *Faber* auch wirklich gegen alle Handschriften hat ändern wollen. Allein man würde durch solche Aenderung eine eigenthümliche Sprachweise sowohl bei Griechen, als Römern übersehen, welche jedoch nicht selten an den einzelnen Stellen Anstoss erregt hat. In beiden Sprachen wird nämlich bisweilen dem Präsens des Verbi der Begriff des Anfangens gegeben; das Perfectum drückt demnach die Vollendung des Anfangens, die Mitte der Handlung aus, steht also statt des Präsens, so wie das Plusquamperfectum statt des Imperfectums. Vergl. *Matth. Gr.* §. 505. III. *Cic. Orat.* 29, 101: *Redeo ad illam Platonis, de qua* dixeram, *rei formam et speciem*, d. i. ich hatte angefangen zu reden. *Caes.*

iusto regi redditurum respondit. Atque ita filium suum, 8
mutato nomine, Pylaemenem Paphlagonum regum nomine
appellat, et quasi stirpi regiae reddidisset regnum, falso
nomine tenet. Sic ludibrio habiti legati Romam rever- 9
tuntur.

B. C. II, 27: *Hi seu vere, quam* habuerant, *opinionem ad eum perferunt*; wo *Held* noch folgende Stellen vergleicht. *B. G.* II, 1: *Certior fiebat, omnes Belgas, quam tertiam esse Galliae partem* dixeramus, *contra populum Romanum coniurare.* c. 24: *equites nostri levisque armaturae pedites, qui cum iis una fuerant, quos primo hostium impetu pulsos* dixeram — *adversis hostibus occurrebant*; vergl. *c.* 28. init. IV, 27: *Una cum his legatis Commius Atrebas venit, quem supra* demonstraveram *a Caesare in Britanniam praemissum.* Hierauf gründet sich auch der nicht seltene Gebrauch des Futuri exacti in Bedingungssätzen statt des einfachen Futuri. *Cic. de legg.* II, 18: *Plato, si modo interpretari* potuero, *his fere verbis utitur. ad Fam.* XI, 4, 4: *Quod quum facies, ex magna parte communi commodo* inservieris d. i. so wirst du angefangen haben, zu dienen. Indess brauchen wir zu dieser Erklärung nicht einmal unsere Zuflucht zu nehmen, indem die Handlung in solchen Sätzen mit dem Plusquamperfectum, obschon dieselbe fortdauert, doch als solche angesehen werden kann, die einer andern auf sie folgenden Handlung voranging.

redditurum respondit. Man bemerke die Auslassung des Subjectaccusativs *se*, welches besonders häufig bei dem Infinitiv Futuri der Fall ist, wo dann auch oft zugleich *esse* ausgelassen zu werden pflegt. XXXVIII, 9, 3: *regnumque Syriae* — restiturum *promittit. Liv.* I, 58, 4: *cum mortua iugulatum servum nudum* positurum *ait.* VI, 38, 8: *Addidit minas, si pergerent, sacramenta omnes iuniores* adacturum. S. besonders die schätzbare Schrift von *Krüger: die Attraction der lat. Sprache. p.* 337.

LIBER XXXVIII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Mithridates regni sui auspicia parricidiis polluit; et callidis artibus Ariarathem Cappadocem trucidat.
2. Novae Mithridatis et Nicomedis tragoediae, quas senatus Romanus utcunque sedat.
3. Mithridates Tigranem in societatem belli adversus Romanos trahit; et proconsulibus Romanis fusis, ingenti civitatium Asianarum favore excipitur.
4. Oratio Mithridatis, in qua rationes suas exponit, cur bellum fit Romanis inferendum.
5. Romanos, dum occupati essent, adoriundos esse censet, iustum bellum illud ostendens.
6. Malas eorundem artes et originem detegit.
7. Stirpis suae nobilitatem, suorumque libertatem ac fortitudinem opponit; nec non belli facilitatem, liberalitate ac munificentia milites alliciens.
8. Ptolemaeus Physcon in Aegypto multiplici scelere omnia turbat, et a suis pellitur.
9. Demetrii Syriae regis, fortunae ludibrii, casus varii.
10. Antiochus, Demetrii frater, Parthos bello aggreditur, et in proelio a suis desertus occiditur.

CAPUT I.

1 Mithridates, parricidia nece uxoris auspicatus, sororis alterius Laudices filios, cuius virum Ariarathem, re-

Lib. XXXVIII.

Cap. I. §. 1. *parricidia nece uxoris auspicatus.* Ich habe die Präposition *a*, welche von den neuern Herausgebern vor *nece* eingeschoben ist, in den bessern Handschriften aber fehlt, wieder gestrichen. *Valer. Max.* V, 4, 4: *et ingenium et adolescentiam* praeclaro opere auspicatus. *Appulei. Met.* VIII, *p.* 158: *Noli* parricidio *nuptias* auspicari. XI, 248: quo *sermonem, nunc renata lingua, felicius* auspicarer, wo *Oudendorp* nachzusehen ist. Dagegen musste die

gem Cappadociae, per Gordium insidiis occiderat, tollendos statuit; nihil actum morte patris existimans, si adolescentes paternum regnum, cuius ille cupiditate flagrabat, occupassent. Igitur dum in his cogitationibus versatur, 2
interim Nicomedes, rex Bithyniae, vacuam morte regis Cappadociam invadit. Quod quum nuntiatum Mithridati 3
fuisset, per simulationem pietatis auxilia sorori ad expellendum Cappadocia Nicomedem mittit. Sed iam Laudice per pactionem se Nicomedi in matrimonium tradiderat. Quod aegre ferens Mithridates praesidia Nicomedis 4 5
Cappadocia expellit, regnumque sororis filio restituit: egregium prorsus factum, ni subsecuta fraus esset. Siquidem interiectis mensibus simulat, se Gordium, quo ministro usus in Ariarathe interficiendo fuerat, restituere in patriam velle, sperans, si obsisteret adolescens, causas belli futuras; aut, si permitteret, per eundem filium tolli posse, per quem interfecerat patrem. Quod ubi Ariara- 6 7
thes iunior moliri cognovit, graviter ferens interfectorem

Präposition stehen *Iust.* V, 8, 12: *Caedes deinde civium* ab *Alcibiade* auspicantur.

§. 7. *Quod ubi — cognovit.* Man ergänze bei dem Infinitiv *moliri* das Pronomen *eum*, dessen Auslassung an unserer Stelle etwas hart seyn dürfte; weshalb auch *Gronov* für *quod* ein *quem* setzen wollte. Die Personalpronomina werden häufiger ausgelassen; auch wohl die Demonstrativa, doch insgemein nur dann, wenn das Nomen kurz vorhergegangen, oder der ganze Zusammenhang der Rede die Auslassung derselben weniger fühlbar macht, wie XXXVIII, 4, 16: *quorum tametsi singula bella sustinere Romani possent, universis tamen obruantur, ut ne vacaturos quidem bello suo putet.* *Corn. Nep. Paus.* 2, 2: hos *clam Xerxi remisit, simulans ex vinculis publicis* effugisse. *Cic. de Div.* II, 18, 42: *Nonne perspicuum est, ex prima admiratione hominum, quod tonitrua iactusque fulminum extimuissent,* credidisse. Vielleicht ist auch *quod* zu streichen, da es in einigen Handschriften fehlt, und von einem Abschreiber hinzugefügt zu seyn scheint, der *moliri* im passiven Sinne nahm, wie auch einige Ausleger gethan haben. Dann stände *moliri* absolut, ohne Object, wie öfter mehrere Verba transitiva gesetzt werden, wenn der Gegenstand der Thätigkeit allgemein gefasst, und nicht auf einen einzelnen beschränkt werden soll. So bei *Cic. ad Fam.* XII, 12, 2: *quum suspicarere nos* moliri, was *Corte* richtig durch *non quiescere* erklärt. *Sall. Iug.* 11, 8: *Itaque ex eo tempore ira et metu anxius* moliri, *parare, atque ea modo animo habere, quibus Hiempsal per*

patris per avunculum potissimum ab exsilio revocari, in-
8 gentem exercitum contrahit. Igitur quum in aciem edu-
xisset Mithridates peditum octoginta millia, equitum de-
cem, currus falcatos sexcentos; nec Ariarathi, auxilian-
tibus finitimis regibus, minores copiae essent, incertum
9 belli timens consilia ad insidias transfert; sollicitatoque iu-
vene ad colloquium, quum ferrum occultatum inter fa-
scias gereret, scrutatori ab Ariarathe regio more misso,

dolum caperetur. Ebenso *Corn. Nep. Thrasib.* 2, 2: *Haec enim illos ad persequendum segnes, hos autem, tempore ad* comparandum *dato, fecit robustiores*, wo *Bremi* nachzusehen ist. Vergl. *Corte* zu *Sall. Cat.* 6, 5. *Gronov* zu *Liv.* XXXVIII, 12, 7.

§. 8. *equitum decem.* Gewöhnlich wird noch *millia* nach *decem* hinzugefügt, das aber in den Handschriften des *Bongarsius* fehlt, und wohl nur ein fremdes Einschiebsel ist. Ebenso fehlt *millia* in den bessern Handschriften in der Stelle XXXVIII, 10, 2: *Quippe octoginta millia armatorum sequuta sunt trecenta* [*millia*] *lixarum.* Bei solchen Aufzählungen pflegt *millia* in einem, gewöhnlich dem zweiten Gliede oft ausgelassen zu werden. Ein Beispiel von der Auslassung im ersten Gliede hatten wir XXII, 6, 6: *duo de Siculis, tria millia de Poenis cum ipso duce cecidere.* Dagegen *Liv.* XXXI, 34, 7: *Ipse cum* viginti *millibus peditum,* quatuor *equitum, ducibus transfugis, ad hostem profectus*, wo *Gronov* eine Menge anderer Stellen aus Livius gesammelt hat. Auch bei andern Zahlen wird nicht selten bei Griechen und Römern die beiden Sätzen gemeinschaftliche Hauptzahl in dem einen Satz ausgelassen. *Plin. H. N.* XVIII, 12, 2: *In Transpadana Italia scio* vicenas *quinas libras farris modios pendere, circa Clusium et* senas, wobei *vicenas* zu ergänzen ist. Vergl. *Casaubon.* zu *Suet. Aug. c.* 43.

consilia ad insidias transfert. Dafür heisst es bei *Phaedr.* I, 31, 5: consilium *raptor* vertit *ad fallaciam.* Aehnlich bei *Liv.* II, 11: *Porsenna primo conatu repulsus* consiliis *ab oppugnanda urbe ad obsidendam* versis.

§. 9. *inter fascias.* Die *fasciae* waren eigentlich *Binden*, mit denen man den kranken, wunden Theil des Körpers zu umwinden pflegte; späterhin bedienten sich auch weichliche Menschen derselben. Daher sagt *Quintil.* XI, 3, 144: *Palliolum sicut* fascias, *quibus crura vestiuntur et socalia et aurium ligamenta sola excusare potest valetudo.* Vielleicht könnte man auch hier mit *Casaubon.* zu *Sueton. Aug. c.* 81 unter *fasciae* eine Art Beinkleider verstehen, welche die Römer sonst *braccae* nannten, und welche besonders mehrere barbarische Völker, die Perser, die Gallier und besonders die Anwohner des schwarzen Meeres zu tragen pflegten.

curiosius imum ventrem pertractanti, ait, *caveret, ne aliud telum inveniret, quam quaereret.* Atque ita risu 10
protectis insidiis, sevocatum ab amicis velut ad secretum
sermonem, inspectante utroque exercitu, interficit: re-
gnum Cappadociae octo annorum filio, imposito *Ariara-*
this nomine, additoque ei rectore Gordio, tradidit.

Cap. II. Sed Cappadŏces, crudelitate ac libidine 1
praefectorum vexati, a Mithridate deficiunt; fratremque
regis, et ipsum Ariarathem nomine, ab Asia, ubi educa-
batur, revŏcant: cum quo Mithridates proelium renŏvat, 2
victumque Cappadociae regno expellit. Nec multo post
adolescens, ex aegritudine collecta infirmitate, decedit.
Post huius mortem Nicomedes timens, ne Mithridates ac- 3
cessione Cappadociae etiam Bithyniam finitimam invade-
ret, subornat puerum eximiae pulchritudinis, quasi Aria-
rathes tres, non duos filios genuisset, qui a senatu Romano
paternum regnum peteret. Uxorem quoque Laudicen Ro- 4
mam mittit, ad testimonium trium ex Ariarathe suscepto-
rum filiorum. Quod ubi Mithridates cognovit, et ipse 5
pari impudentia Gordium Romam mittit, qui senatui asse-
veret, *puerum, cui Cappadociae regnum tradiderat,*

10 puerilis levitatis donatur. Sed hanc Parthorum tam mitem in Demetrium clementiam non misericordia gentis faciebat, nec respectus cognationis; sed quod Syriae regnum affectabant, usuri Demetrio adversus Antiochum fratrem, prout res, vel tempus, vel fortuna belli exegisset.

1 Cap. X. His auditis, Antiochus occupandum bellum ratus, exercitum, quem multis finitimorum bellis indura-
2 verat, adversus Parthos ducit. Sed luxuriae non minor apparatus, quam militiae fuit: quippe octoginta millia armatorum secuta sunt trecenta [millia] lixarum, ex quibus coquorum, pistorum [,scenicorum]que, maior numerus
3 fuit. Argenti certe aurique tantum, ut etiam gregarii milites caligas auro figerent, proculcarentque materiam,

§. 10. *tam mitem — clementiam.* Man muss sich dies nicht denken im Gegensatz einer *immitis clementia*, sondern durch *mitis* wird der Begriff von *clementia* verstärkt. So werden öfter Adjectiva, welche dem Begriff des dabeistehenden Substantivs entsprechen, gesetzt, um den Grad des Ausspruchs näher zu bestimmen, den Begriff des Substantivs zu verstärken. *Phaedr. Fab.* II, 4, 5: *contubernium fraude et* scelesta *sic evertit* malitia. Mit Unrecht hat *Scheffer* daher an unserer Stelle *miram* ändern wollen.

Cap. X. §. 2. *trecenta [millia] lixarum.* In mehreren der bessern Handschriften fehlt *millia*; weshalb ich es als wahrscheinliches Einschiebsel von einer fremden Hand in Haken eingeschlossen habe. S. die *Anmerk.* zu *c.* 1, 8.

cuius amore populi ferro dimicant. Culinarum quoque 4
argentea instrumenta fuere, prorsus quasi ad epulas, non
ad bella pergerent. Advenienti Antiocho multi Orienta- 5
les reges occurrêre, tradentes se regnaque sua, cum ex-
secratione superbiae Parthicae. Nec mora congressioni 6
fuit. Antiochus, tribus proeliis victor, quum Babylo-
niam occupasset, magnus haberi coepit. Itaque omnibus
ad eum populis deficientibus, nihil Parthis reliqui praeter
patrios fines fuit. Tunc Phrahates Demetrium in Syriam 7
ad occupandum regnum cum Parthico praesidio mittit, ut
eo pacto Antiochus ad sua tuenda a Parthia revocaretur.
Interim, quoniam viribus non poterat, insidiis Antiochum
ubique tentabat. Propter multitudinem hominum exerci- 8
tum suum Antiochus per civitates in hiberna diviserat:
quae res exitii causa fuit. Nam quum gravari se copia-
rum praebitione et iniuriis militum civitates viderent, ad
Parthos deficiunt; et die statuta omnes apud se divisum
exercitum per insidias, ne invicem ferre auxilia possent,
aggrediuntur. Quae quum nuntiata Antiocho essent, au- 9
xilium proximis laturus, cum ea manu, quae secum hie-
mabat, progreditur. In itinere obvium regem Parthorum
habuit, adversus quem fortius, quam exercitus eius dimi-
cavit. Ad postremum tamen, quum virtute hostes vince- 10
rent, metu suorum desertus, occiditur: cui Phrahates ex-
sequias regio more fecit, filiamque Demetrii, quam se-
cum Antiochus adduxerat, captus amore virginis, uxo-
rem duxit. Poenitere deinde dimissi Demetrii coepit: ad 11

§. 8. *copiarum praebitione.* Unter *copiae* ist hier alles das zu verstehen, was jene Leute an *Lebensmitteln* und an allem *übrigen Bedarf* dem Antiochus liefern mussten. S. die *Anmerk.* zu V, 8, 2.

§. 11. *poenitere deinde dimissi Demetrii coepit. Poenitere* wird hier, wenn man nicht etwa den Accusativ der Person ergänzen will, personaliter construirt, wie XXXI, 6, 6: *quum in Asiam — pervenisset,* poenitere neglecti consilii coepit. XI, 3, 3: *Sed Athenienses, sicuti primi defecerant, ita primi* poenitere coeperunt. Auf gleiche Weise lesen mehrere Handschriften XIII, 1, 5: quae — *a fastigio tantae maiestatis in captivitatem* redacta — *in eam diem vitae non* poenituerat. Ebenso *Cic. Tusc.* V, 28: *Sapientis est proprium, nihil, quod* poenitere possit, *facere;* vergl. *de Invent.* II, 13. *Liv.* XXXVI.

quem retrahendum quum turmas equitum festinato misisset, Demetrium, hoc ipsum metuentem, iam in regno missi invenerunt; frustraque omnia conati, ad regem suum reversi sunt.

22, 3: *si poenitere possint.* *Appulei. Met.* V, 91. *p.* 329. *ed. Oud.*: *Memineris meae seriae monitionis, quum* coeperis *sero* poenitere. Daher das so oft vorkommende Participium *poenitens*, wie bei *Sall. Fragm. p.* 953. *ed. Cort.*: *Lepidus* poenitens *consilii.* Ausserdem bemerke man hier das Participium *dimissi*, da man entweder den Infinitiv, oder *quod* erwarten sollte. *Vellei. Pat.* II, 12: *Hac victoria videtur meruisse Marius, ne* eius nati *rempublicam* poeniteret. Aus Iustin ist mir ausser unserer Stelle und der aus XXXI, 6, 6 angeführten, kein anderes Beispiel erinnerlich. Indess ist dieser Gebrauch des Particips statt des Infinitivs aus der Vorliebe zu erklären, mit welcher Iustin auch an andern Stellen nach griechischer Weise das Participium statt des Infinitivs setzt; worüber die *Anmerk.* zu VIII, 5, 4 nachzusehen ist. Hiermit sind aber nicht solche Stellen zu verwechseln, in denen, obgleich ein Participium dem Substantiv beigefügt ist, ersteres jedoch als Adjectiv genommen ist, und der Nachdruck auf dem Substantiv ruht. Zur Unterscheidung vergl. *Corn. Nep. Att.* 15, 2: *Nunquam* suscepti negotii *eum pertaesum est;* wo die Ueberdrüssigkeit sich auf das Geschäft, welches er übernommen, nicht aber auf die Uebernahme desselben bezieht: Niemals wurde er eines Geschäftes, das er übernommen hatte, überdrüssig. Dagegen mit dem Infinitiv: Niemals wurde er der Uebernahme eines Geschäftes überdrüssig.

LIBER XXXIX.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Demetrius, interfecto fratre Antiocho, dum Aegyptum tentat, Syriam amittit, et tandem cruento fato tollitur.
2. Alexander, ex ignobili rex factus, dum fortunam suam non reverenter habet, foede perit, interfectus a Grypo, qui et matrem et fratrem exstinguit.
3. Cleopatra regina mater in Aegypto gravissimas turbas concitat: unde horrendae lanienae ex mulierum ira, quarum interitus describitur.
4. Peculiares tragoediae, quas Cleopatra inter suos excitat. Tandem illa a filio Alexandro occupata interficitur.
5. Alexander in exsilium agitur, revocato Ptolemaeo Notho. Romanis ad Orientalia regna excurrentibus, Syria et Aegyptus vexantur.

CAPUT I.

Antiocho in Parthia cum exercitu deleto, frater eius 1
Demetrius, obsidione Parthorum liberatus ac restitutus in regnum, quum omnis Syria in luctu propter amissum exercitum esset; quasi Parthica ipsius ac fratris bella, quibus 2
alter captus, alter occisus erat, prospere cessissent, ita Aegypto bellum inferre statuit, regnum Aegypti Cleopatra socru pretium auxilii adversus fratrem suum pollicente. Sed dum aliena affectat, ut adsolet fieri, propria per de- 3
fectionem Syriae amisit: siquidem Antiochenses primi, duce Tryphone, exsecrantes superbiam regis, quae conversatione Parthicae crudelitatis intolerabilis facta erat, mox Apameni, ceteraeque civitates exemplum secutae,

Lib. XXXIX.

Cap. I. §. 1. *obsidione.* S. die *Anmerk.* zu II, 12, 6.

4 per absentiam eius a Demetrio defecere. Ptolemaeus quoque rex Aegypti, bello ab eodem petitus, quum cognovisset, Cleopatram sororem suam, opibus Aegypti navibus impositis, ad filiam et Demetrium generum in Syriam profugisse, immittit iuvenem quendam Aegyptium, Protarchi negotiatoris filium, qui regnum Syriae armis pete-
5 ret, et composita fabula, quasi per adoptionem Antiochi regis receptus in familiam regiam esset, nec Syriis quemlibet regem aspernantibus, ne Demetrii paterentur superbiam: nomen iuveni *Alexandri* imponitur, auxiliaque ab
6 Aegypto ingentia mittuntur. Interea corpus Antiochi, interfecti a rege Parthorum, in loculo argenteo ad sepulturam in Syriam remissum supervenit: quod cum ingenti studio civitatium et regis Alexandri, ad firmandam fabulae fidem, excipitur. Quae res illi magnum favorem popularium conciliavit, omnibus non fictas in eo, sed veras
7 lacrimas existimantibus. Demetrius autem victus ab Alexandro, quum undique circumstantibus malis premeretur,
8 ad postremum etiam ab uxore filiisque deseritur. Relictus

§. 3. *et composita fabula. Componere* ist hier soviel, als *fingere*, mit dem es bisweilen auch verbunden wird. IV, 1, 17: *Neque hoc ab antiquis in dulcedinem fabulae* compositum, *sed metu et admiratione transeuntium. Liv.* XL, 12, 7: *Nocturno hac* ficto *et* composito *argumento*, wo *Drakenborch* ausser unserer Stelle noch vergleicht. *Liv.* III, 10, 10: *Tribuni coram in foro personare, fabulam* compositam *Volsci belli. Senec. Consol. ad Helv.* 16: *Per ipsum tamen* compositum fictumque *vultum lacrimae profunduntur.* — In den neuern Ausgaben ist von den Herausgebern nach der Ed. Iunt. das *et* vor *composita* als sinnstörend gestrichen; nach meiner Ansicht mit Unrecht. Denn abgesehen davon, dass diese Partikel in allen Handschriften steht, so entspricht dieselbe; was die Herausgeber übersehen haben, hier dem folgenden *nec*, indem, wie öfter, durch *et — nec* ein affirmativer und negativer Satz verbunden wird. VIII, 6, 8: *Nam* nec *in eo ius cognationis servavit, cui ademit regnum;* et *eum, cui dedit, impudicum fecit ante quam regem. Cic. Cat.* III, 8, 20: *Itaque illorum responsis tunc* et *ludi decem per dies facti facti sunt,* neque *res ulla, quae ad placandos deos pertineret, praetermissa est;* wo meine Bemerkung zu vergleichen ist.

nomen iuveni Alexandri imponitur. Gronov änderte unnöthig *Alexandro*. XLII, 2, 2: *cui res gestae* Magni *cognomen dedere.* S. die *Anmerk.* XIII, 7, 1.

igitur cum paucis servulis, quum Tyrum religione templi se defensurus petisset, navi egrediens, praefecti iussu interficitur. Alter ex filiis Seleucus, quoniam sine matris 9
auctoritate diadema sumpsisset, ab eadem interficitur; alter, cui propter nasi magnitudinem cognomen *Grypus* fuit, rex a matre hactenus constituitur, ut nomen regis penes filium, ius autem omnis imperii penes matrem esset.

Cap. II. Sed Alexander, occupato Syriae regno, tu- 1
mens successu rerum, spernere iam etiam ipsum Ptolemaeum, a quo fuerat subornatus in regnum, superba insolentia coepit. Itaque Ptolemaeus, reconciliata sororis 2
gratia, destruere Alexandri regnum, quod odio Deme-

§. 9. *quoniam — sumpsisset.* Ueber den Conjunctiv siehe die *Anmerk.* zu XVII, 3, 10.

cognomen Grypus fuit. Gewöhnlich wird *Grypo* gelesen. S. die *Anmerk.* zu XIII, 7, 1.

ius autem omnis imperii. Die Herausgeber haben hier mit grossem Beifall *Bernegger's* Vermuthung *vis* statt *ius*, welche sich auch in einer Handschrift und der Ed. Iunt. findet, aufgenommen; zumal da öfter *vis* im Gegensatz von *nomen* gebraucht werde. *Tacit. An.* VI, 43: *Neque penes Arsacidem imperium, sed inane* nomen *apud imbellem,* vim *in Abdagesis domo.* Hist. IV, 11: vim *principis amplecti,* nomen *remittere.* Mehrere Stellen hat *Bernegger* gesammelt. Allein so anlockend und richtig auch diese Vermuthung scheinen mag, so glaube ich doch, dass *ius* als die ursprüngliche Lesart wieder herzustellen sei. Für dieselbe sprechen nicht allein sämmtliche Handschriften, sondern auch Vincentius Bellovacensis, welcher bei seiner häufigen Nachbildung des Iustin in seinem Speculum historiale auch bei der Nachahmung unserer Stelle *ius* hat. Zudem wird *ius alicuius rei*, wie ich dies zu XX, 4, 14 auseinander gesetzt habe, sehr häufig gebraucht um die *ganze Gerechtsame*, die uns hinsichts einer Sache zusteht, zu bezeichnen; *ius imperii* schliesst also die *vis imperii* in sich: der Sohn führte den Königstitel, die ganze Gerechtsame der Herrschaft, oder die ganze ausübende Herrschaft hatte die Mutter. Dasselbe drückt Sallust durch ein ἓν διὰ δυοῖν aus *Iug.* 14: *praecepit, ut regnum Numidiae tantummodo procuratione existimarem meum, ceterum* ius et imperium *penes vos esse.* So hatten wir auch oben XXXVIII, 4, 11: *quosdam etiam pro* iure imperii *bellis continuis perseverasse. Cic. Phil.* X, 5: *Omne exercitus et* imperii ius *amittit is, qui eo imperio et exercitu rempublicam oppugnat. Tacit. An.* XV, 31: *apud quos* ius imperii *valet, inania transmittuntur*, wo man ebenfalls *vis* geändert hat.

3 trii, viribus suis acquisierat, summis opibus instituit. Mittit igitur ingentia Grypo auxilia, et filiam Tryphaenam Grypo nupturam, ut populos in auxilium nepotis, non so-
4 cietate tantum belli, verum et affinitate sua sollicitet. Nec res frustra fuit: nam quum omnes Grypum instructum Aegypti viribus viderent, paullatim ab Alexandro deficere
5 coepere. Fit deinde inter reges proelium, quo victus Alexander Antiochiam profugit. Ibi inops pecuniae, quum stipendia militibus deessent, in templo Iovis soli-

Cap. II. §. 3. *sollicitet.* Diese Lesart verlangen die meisten und besten Handschriften; gewöhnlich *sollicitaret.*

§. 5. *Fit deinde.* So habe ich nach den meisten und vorzüglichsten Handschriften und alten Ausgaben geschrieben. Es ist auffallend, dass die gewöhnliche Lesart, die an sich schon weniger passend ist, noch immer gegen die handschriftliche Auctorität in den Ausgaben fortgepflanzt wird.

in templo Iovis. Ich habe aus Handschriften nach *Graevius* Vorgange die Präposition *in* vor *templo* eingeschoben; denn ich halte, wenn man *templo* als Dativ nehmen wollte, die Redensart *tollere alicui quid* für unlateinisch. Darin wird man aber jenem Gelehrten nicht beistimmen können, wenn er behauptet, dass *in* hier für *ex*, wie auch anderwärts, stehe, und solche Stellen vergleicht, wie *Flor.* III, 4, 2: *bibere* in *ossibus capitum. Senec. Agam.* 878: *Merumque* in *auro veteris Assaraci trahunt*; zu denen noch hinzugefügt werden können *Phaedr. Fab.* I, 25, 3: *Canes currentes bibere* in *Nilo flumine. Amm. Marcell.* XXVI, 4: *humanum sanguinem* in *ossibus capitum cavis bibentes. Senec. Thyest.* 453: *Venenum* in *auro bibitur.* Die Präposition *in* behält überall ihre Bedeutung, indem durch dieselbe ausgedrückt wird, dass sich etwas entweder *in* oder *an* einem Gegenstande befinde, und bezeichnet in den angeführten Stellen nicht das Verhältniss des Begriffes des Verbi zu dem Gegenstande, mit welchem sie im Ablativ verbunden ist, sondern das Verhältniss eines entweder zu ergänzenden, oder wirklich ausgedrückten Objects des Verbi mit dem Gegenstande, welcher bei *in* im Ablativ steht. Also *bibere* in *flumine*, nämlich das Wasser, welches sich in dem Flusse befindet; wie *venenum* in *auro bibere*, das Gift, welches in einem goldenen Pokal gereicht wird oder in demselben sich befindet, trinken. So auch in *templo signum tollere*, die Bildsäule, welche sich im Tempel befand, wegnehmen. Auf gleiche Weise gebrauchen die Griechen die Präposition *ἐν*, wie *Xenoph. Cyrop.* VI, 1, 4: *ἔπινον ἐν κερατίνοις ποτηρίοις. Lucian. de Merced. cond. ἐν ἀργύρῳ ἢ χρυσῷ πίνειν.* S. *Viger. p.* 610. *Zeune* zu *Xenoph. l. l. Burmann* zu *Ovid. Art. Am.* I, 748. *Schwabe* zu *Phaedr.* I, 25, 3.

dum ex auro Victoriae signum tolli iubet, facetis iocis sacrilegium circumscribens: nam *Victoriam commodatam sibi ab Iove esse* dicebat. Interiectis deinde diebus, quum 6
ipsius Iovis aureum simulacrum infiniti ponderis tacite evelli iussisset, deprehensusque in sacrilegio concursu multitudinis esset in fugam versus; magna vi tempestatis oppressus, ac desertus a suis, a latronibus capitur; perductusque ad Grypum interficitur. Grypus porro, reciperato 7
patrio regno, externisque periculis liberatus, insidiis matris appetitur. Quae quum cupiditate dominationis prodito marito Demetrio, et altero filio interfecto, huius quoque victoria inferiorem dignitatem suam factam doleret, venienti ab exercitatione poculum veneni obtulit. Sed 8
Grypus, praedictis iam ante insidiis, veluti pietate cum matre certaret, bibere ipsam iubet; abnuenti instat: ad postremum prolato indice eam arguit, *solam defensionem sceleris superesse* affirmans, *si bibat, quod filio*

§. 7. *cupiditate dominationis.* Dafür heisst es bei *Caes. B. G.* I, 2: *regni cupiditate* inductus. Gemeiniglich wird, um den Grund einer Handlung, welcher in dem Handelnden selbst liegt, auszudrücken, zu dem Ablativ ein entsprechendes Participium, als *inductus, adductus, incitatus etc.* gesetzt. S. *Zumpt Gr. Cap.* 74. 1. *A.* 2. §. 454. Doch findet man in diesem Fall auch den blossen Ablativ. *Caes. B. G.* II, 1: mobilitate *et* levitate *animi novis imperiis studebant;* wo indess der Zusatz *animi* jene Participien zu vertreten scheint. Vergl. *Herzog* zu *Caes. B. G.* VII, 24. p. 418.

§. 8. *praedictis iam ante insidiis.* Man hat *proditis* statt *praedictis* ändern wollen, weil *ante* folge, welches zu praedictis überflüssig sei. Allein dieser Pleonasmus ist gar nicht selten. Von den vielen Beispielen, welche *Gronov* und *Drakenb.* zu *Liv.* XXI, 20, 8: praeoccupatos *iam* ante *ab Hannibale Gallorum animos esse*, gesammelt haben, mögen hier nur einige verglichen werden. *Liv.* XL, 4, 13: *Ad multo* ante praecogitatum *revoluta facinus.* XXXVI, 17, 12: *Satis undique provisum* anteque praecautum *est. Colum.* VII, 13: *Manu non sunt vellendi, ne, ut et* antea praedixeram, *faciant ulcera.* Ebenso *Iust.* III, 7, 9: *Quod* ante prospiciens *Pericles.* Vergl. *Gronov* zu *Liv.* XXXVI, 17, 12.

ad postremum prolato. So lies't eine Handschrift; gewöhnlich fehlt die Präposition *ad.* S. die *Anmerk.* zu XVI, 4, 3.

defensionem sceleris. Defensio ist hier soviel, als *propulsatio, depulsio.* Ebenso bei *Liv.* XXXVIII, 49, 6: *longiorem orationem non cu-*

obtulit. Sic victa regina, scelere in se verso, veneno,
9 quod alii paraverat, exstinguitur. Parta igitur regni securitate, Grypus octo annis quietem et ipse habuit, et
10 regno praestitit. Natus deinde illi est aemulus regni, frater ipsius Cyzicenus, eadem matre genitus, sed ex Antiocho patruo susceptus: quem quum veneno tollere voluisset, ut maturius armis cum eo de regno contenderet, excitavit.

1 Cap. III. Inter has regni Syriae parricidales discordias moritur rex Aegypti Ptolemaeus, regno Aegypti uxori et alteri ex filiis, quem illa legisset, relicto; videlicet quasi quietior Aegypti status, quam Syriae regnum esset, quum mater, altero ex filiis electo, alterum hostem esset
2 habitura. Igitur quum pronior in minorem filium esset, a populo compellitur maiorem eligere: cui prius, quam regnum daret, uxorem ademit; compulsumque repudiare carissimam sibi sororem Cleopatram, minorem sororem Selenen ducere iubet, non materno inter filias iudicio,
3 quum alteri maritum eriperet, alteri daret. Sed Cleopatra, non tam a viro repudiata, quam a matre divortio viri dimissa, Cyziceno in Syria nubit; eique ne nudum uxoris nomen afferret, exercitum Grypi sollicitatum, velut
4 dotalem, ad maritum deducit. Par igitur iam viribus

piditatis gloriandi de me, sed necessaria criminum defensio *fecit;* wo *Gronov* zu vergleichen ist. Hinsichts der eigentlichen Bedeutung von *defendere* ist auch nachzusehen *Zumpt Gr. Cap.* 74. 9. *A.* 1. §. 469. und *Held* zu *Caes. B. G.* I, 31.

quod filio obtulit. Hinsichts des Indicativs siehe die *Anmerk.* zu IX, 2, 11.

Cap. III. §. 1. *quem illa legisset.* Der Conjunctiv deshalb, weil in diesem Satz auf die Absicht und die Willensmeinung des Ptolemäus bei seinem Tode hingedeutet wird.

§. 2. *compulsumque repudiare.* Ebenso IX, 7, 6: *precibusque cognatorum aegre* redire compulsus. XII, 13, 5: *Ibi ab Anaxarcho philosopho* compulsus est *rursum magorum praedicta* contemnere; vergl. XVI, 5, 2. XXX, 3, 7. S. *Drakenb.* zu *Liv.* XXXVII, 49, 1 und *Zumpt Gr. Cap.* 80. 10. *A.* 1. §. 616.

§. 4. *Par igitur iam viribus.* Ich habe nach den Handschriften und alten Ausgaben *iam* vor *viribus* eingeschoben. XXXVII, 4, 5: *quum se* iam *parem magnitudini Romanorum crederet.*

fratris Cyzicenus proelium committit, ac victus in fugam vertitur, Antiochiamque venit. Tunc Antiochiam Gry- 5
pus, in qua erat Cyziceni uxor Cleopatra, obsidere coepit: qua capta, Tryphaena, uxor Grypi, nihil antiquius quam sororem Cleopatram requiri duxit; non ut captivae opem ferret, sed ne effugere captivitatis mala posset, quae sui aemulatione in hoc potissimum regnum invaserit, hostique sororis nubendo hostem se eius effecerit. Tum pe- 6
regrinos exercitus in certamina fratrum adductos, tum repudiatam a fratre, contra matris voluntatem, extra Aegyptum nuptam accusat. Contra Grypus orare, *ne tam* 7
foedum facinus facere cogatur: a nullo umquam maio-

§. 5. *nihil antiquius — duxit.* Insofern das, was lange gedauert und sich erhalten, durch seine Dauer sich auch bewährt hat, oder weil man überhaupt in der Vorzeit einen bessern Zustand der Dinge zu finden wähnt, so wird *antiquus* auch von dem gebraucht, was man als *bewährt*, *vorzüglich* und als das *beste* bezeichnen will. — Sonst las man an unserer Stelle *iussit* statt *duxit*, welches letztere aber nur in der Ed. Iunt. gefunden wird. *Faber* vertheidigte, gegen seine sonstige Gewohnheit, die alte Lesart, indem er behauptete, dass man nicht sage *duxit illam* requiri, sondern *requirendam esse.* Eine Behauptung, welche dadurch widerlegt wird, dass die Wahl des jedesmaligen Infinitivs davon abhängt, was der Schriftsteller sagen wolle. Und so möchte ich sehr bezweifeln, ob je ein Lateiner an unserer Stelle *requirendam esse* gesetzt haben würde. Wohl muss man sagen: *duxit illam requirendam esse*; ganz anders verhält es sich aber, wenn man sagt: *nihil antiquius duxit, quam illam requiri*, was *Graevius* sehr richtig auflös't durch *quam ut requiratur*; in welcher Verbindung schwerlich *quam illam requirendam esse* stehen könnte. Wenn sich *iussit* allenfalls auch vertheidigen liesse, so scheint es doch in dieser Verbindung niemals gebraucht zu seyn, in welcher entweder nur *esse*, oder ein Verbum des *Meinens* und des *Glaubens* angewendet zu werden pflegt. Eine ganz gleiche Stelle, welche in jeder Hinsicht die aufgenommene Lesart feststellt, ist bei *Sueton. Claud.* 11: *Imperio stabilito* nihil antiquius duxit, quam *id biduum, quo de mutando reipublicae statu haesitatum erat, memoriae* eximere. So auch bei *Cic. ad Fam.* XI, 5, 2: nec habui quidquam antiquius, quam ut *Pansam statim* convenirem. *Liv.* VI, 40, 3: *Claudiae genti iam inde ab initio* nihil antiquius *in republica patrum maiestate* fuisse. IX, 31, 3: Nihil antiquius *obsidione Cluviana* ratus. Vergl. *Drakenb.* zu *Liv.* I, 32, 2 und *Corte* zu *Cic. ad Fam.* X, 35. *p.* 556.

§. 7. *facinus facere.* Ebenso *Cic. Fin.* II, 29, 95: *Vide ne* faci-

rum suorum inter tot domestica, tot externa bella, post victoriam in feminas saevitum, quas sexus ipse et peri-
8 *culis bellorum, et saevitiae victorum eximat: in hac vero, praeter commune bellantium fas, accedere necessitudinem sanguinis: quippe ipsius, quae tam cruente saeviat, sororem equidem germanam esse, suam vero consobrinam, liberorum deinde communium matertĕram.*
9 His tot necessitudinibus sanguinis adiicit superstitionem templi, quo abdita profugerit, *tantoque religiosius colendos sibi Deos, quo magis his propitiis ac faventibus vicisset: tum neque occisa illa, se virium quidquam*
10 *Cyziceno dempturum, nec servaturum reddita.* Sed quanto Grypus abnuit, tanto soror muliebri pertinacia accenditur, rata, non misericordiae haec verba, sed amoris esse. Itaque vocatis ipsa militibus, mittit qui sororem
11 confoderent. Qui ut in templum intraverunt, quum evellere eam non possent, manus amplexantis Deae simulacrum praeciderunt. Tunc Cleopatra exsecratione parricidarum, mandata violatis numinibus ultione sui, decedit.

nus facias. *Auct. ad Heren.* IV, 55, 68: *quasi* facinus *praeclarissimum* fecisset. *Sall. Cat.* 19, 5: *nunquam Hispanos tale* facinus fecisse.

et saevitiae victorum eximat. Eine Handschrift lies't *saevitia*. Indess verbindet Iustin sonst *eximĕre* immer nur mit dem Dativ; vergl. XII, 15, 12. XXX, 3, 5. XXXV, 2, 1. Dagegen construirt Livius (*Gronov* und *Drakenb.* zu *Liv.* XXXIII, 23, 2.), und die spätern Schriftsteller dasselbe ganz im Sinne von *liberare* mit dem blossen Ablativ. Bei Cicero fehlt nicht leicht die Präposition *ex* oder *de*. *Liv.* XXIV, 41, 6: *Ibi quoque circumsessus adventu fratris* obsidione eximitur. Dafür bei *Cic. ad Fam.* V, 6, 5: *qui* ex obsidione *foeneratores* exemerit.

§. 8. *sororem equidem germanam.* *Equidem* ist hier ein verstärktes *quidem*, worüber die *Anmerk.* zu XXXVIII, 5, 3 nachzusehen ist. Indessen lesen hier vier Handschriften et *quidem*, wie schon *Modius* früher vermuthet hatte, was man vorziehen möchte, wenn Iustin nicht sonst in dieser Verbindung *idemque* gebrauchte. XXVIII, 1, 1: *amisso marito* eodemque *germano fratre*. S. die *Anmerk.* zu XVIII, 4, 8.

§. 9. *superstitionem templi.* S. die *Anmerk* zu XI, 4, 5: *Privata etiam regem* superstitione *deprecatur geniti apud ipsos Herculis.*

§. 11. *exsecratione parricidarum.* *Gronov* änderte cum *exsecratione.*

Nec multo post, repetita proelii congressione, victor Cy- 12
zicenus uxorem Grypi Tryphaenam, quae paullo ante sororem interfecerat, capit; eiusque supplicio uxoris manibus parentavit.

Cap. IV. At in Aegypto Cleopatra quum gravaretur 1
socio regni, filio Ptolemaeo, populum in eum incitat; abductaque ei Selene uxore, eo indignius, quod ex Selene iam duos filios habebat, exsulare cogit, arcessito minore filio Alexandro, et rege in locum fratris constituto: nec filium regno expulisse contenta bello Cypri exsulan- 2
tem persequitur. Unde pulso, interficit ducem exercitus sui, quod vivum eum e manibus dimisisset; quamquam Ptolemaeus verecundia materni belli, non viribus minor ab insula recessisset. Igitur Alexander, territus hac matris 3
crudelitate, et ipse eam reliquit, periculoso regno securam ac tutam vitam anteponens. Cleopatra vero timens, 4
ne maior filius Ptolemaeus ab Cyziceno ad reciperandam Aegyptum auxiliis iuvaretur, ingentia Grypo auxilia, et Selenen uxorem, nupturam hosti prioris mariti, mittit; Alexandrumque filium per legatos in regnum revocat: cui 5

S. aber die *Anmerk.* zu X, 3, 3: *In eo quum adversus provocatorem hostium Codomannus quidam omnium* favore *processisset.*

Cap. IV. §. 1. *gravaretur socio. Gronov* wollte *soci*um ändern; worüber die *Anmerk.* zu XX, 2, 11: *Illi longinqua militia gravati,* nachzusehen ist.

§. 2. *Cypri exsulantem. Caes. B. C.* III, 106: *quam audisset Pompeium* Cypri *visum. c.* 102: *atque inde* Cyprum *pervenit. Valer. Max.* V, 3. ext. 3: *senectutem* Cypri *profugus exegit.* S. die *Anmerk.* zu III, 3, 12.

e manibus dimisisset. Zehn Handschriften und mehrere ältere Ausgaben lesen *emisisset*, welches in dieser Verbindung gewöhnlicher ist. *Liv.* XXII, 41, 3: *Varrone indignante ac vociferante* emissum *hostem* e manibus. S. *Drakenb.* zu *Liv.* XXII, 3, 10. *Dimittere* scheint mehr den Begriff der Trennung hervorzuheben, als den der Entfernung. Daher konnte auch fast nur gesagt werden von *Cic. Orat.* 30, 105: *hunc tu oratorem cum eius studiosissimo Pammene, quum esses Athenis, totum diligentissime cognovisti, neque eum* dimittis e manibus *et tamen nostra etiam lectitas.* Doch steht auch bei *Caes. B. C.* III, 49: *prius se cortice ex arboribus victuros, quam Pompeium* e manibus dimissuros.

quum occultis insidiis exitium machinaretur, occupata ab eodem interficitur, spiritumque non fato, sed parricidio
6 dedit; digna prorsus hac mortis infamia, quae etiam matrem toro expulit, et duas filias viduas alterno fratrum matrimonio fecit, et filio alteri in exsilium acto bellum intulit, alteri erepto regno exitium per insidias machinata est.

1 Cap. V. Sed nec Alexandro caedes tam nefanda inulta fuit. Nam ubi primum compertum est, scelere filii matrem interfectam, concursu populi in exsilium agitur; revocatoque Ptolemaeo regnum redditur, qui neque cum matre bellum gerere voluisset, nec a fratre armis repe-
2 tere, quod prior possedisset. Dum haec aguntur, frater eius ex pellice susceptus, cui pater Cyrenarum regnum testamento reliquerat, herede populo Romano instituto,
3 decedit. Iam enim fortuna Romana porrigere se ad Orientalia regna, non contenta Italiae terminis, coeperat. Itaque et ea pars Libyae provincia facta est: postea Creta Ciliciaque piratico bello perdomitae, in formam provin-
4 ciae rediguntur. Quo facto et Syriae et Aegypti regna, Romana vicinitate artata, quae incrementa de finitimis bellis quaerere solebant, adempto vagandi arbitrio, vires suas in perniciem mutuam converterunt; adeo, ut assiduis
5 proeliis consumpti in contemptum finitimorum venerint,

Cap. V. §. 1. *qui — voluisset.* Der Conjunctiv, insofern der Grund der Wahl des Ptolemäus zum Könige, aus der Seele des Volkes referirt wird. Ebenso *c.* 3, 1: *qui ille* legisset.

§. 4. *Quo facto.* *Quo facto* bemerkt *Bremi* zu *Corn. Nep. Han.* 3, 4 hat eine doppelte Bedeutung. Entweder ist es *temporale* oder *causale.* Wenn es *temporale* ist, so ist es *post quod factum, hierauf;* wenn es *causale* ist, so bedeutet es *propter quod factum, deswegen, dadurch.* Hier ist es temporale, *hierauf.* Vergl. V, 1, 5: Quo facto *omnia Graeciae regna velut ad extinguendum commune incendium concurrunt.* Dagegen XI, 1, 10: quo facto *tantum sibi favorem omnium conciliavit, ut etc.*

§. 5. *proeliis consumpti.* Der grammatischen Verbindung nach sollte es *consumpta* heissen, wie auch zwei Handschriften lesen, und *Scheffer* ändern wollte; denn *regna* geht vorher. Allein das Prädikat wird hier dem Sinne nach auf die Einwohner bezogen. Man nennt diese oft vor-

praedaeque Arabum genti, imbelli antea, fuerint: quo- 6
rum rex Erotimus, fiducia septingentorum filiorum, quos
ex pellicibus susceperat, divisis exercitibus, nunc Aegy-
ptum, nunc Syriam infestabat; magnumque nomen Ara-
bum, viribus finitimorum exsanguibus, fecerat.

kommende Figur in der Grammatik *Synesis*. Ebenso *Liv.* VIII, 11, 12: *Latium Capuaque agro* multati. XXXII, 15, 8: *Inde Atracem est profectus, decem ferme millia ab Larissa abest; ex Perrhaebia* oriundi *sunt. c.* 18, 9: *Elatia clausit portas, nec, nisi vi* cogerentur, recepturi *moenibus* videbantur *aut ducem, aut exercitum Romanum.* Vergl. *Gronov* zu *Liv.* XXXVIII, 29, 9. So auch bei andern Substantiven. *Liv.* X, 1: *Capita coniurationis virgis* caesi *ac securi* percussi. *Curt.* IV, 4, 17: *Duo millia crucibus* affixi. *Liv.* XXIX, 12: *auxilia* irati, wo *Gronov* zu vergleichen ist. Vergl. die *Anmerk.* zu *Iust.* II, 8, 4.

LIBER XL.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Syri Tigranem Armenium regem sibi deligunt.
2. Victo Tigrane Antiochus Cyziceni filius creatur rex Syriae, quae postea in provinciae formam redigitur.

CAPUT. I.

1 Mutuis fratrum odiis, et mox filiorum inimicitiis parentum succedentibus, quum inexpiabili bello et reges, et regnum Syriae consumptum esset, ad externa populus
2 auxilia concurrit, peregrinosque sibi reges circumspicere

Lib. XL.

Cap. I. §. 1. *filiorum inimicitiis parentum succedentibus.* So habe ich nach fast allen ältern Ausgaben und der Prager Handschrift schreiben zu müssen geglaubt. Die ungewöhnliche Verbindung *filiorum — succedentibus* hat sicherlich zur Veränderung in die gewöhnliche Lesart *filiis* veranlasst. Allein wir haben schon öfter diese dem Iustin eigene Verbindung zu bemerken gehabt, worüber die *Anmerk.* zu II, 3, 16 nachzusehen ist. Ausserdem verlangt, wenn man genau die Stelle betrachtet, die Concinnität offenbar die aufgenommene Lesart.

consumptum esset. Das Prädikat schliesst sich häufig an das zunächststehende Nomen an. XXXIX, 1, 3: *Apameni ceteraeque civitates exemplum* secutae. *Liv.* VIII, 1, 5: *Sauciis ac parte impedimentorum* relicta. III, 66, 2: *Et tribunis et plebe* incitata *in patres.* V, 15, 12: *decrevere legatos sortesque* exspectandas, wo *Drakenborch's* Anmerkung nachzusehen ist.

ad externa populus auxilia concurrit. Zwei Handschriften lesen *decurrit*, und man könnte geneigt seyn, dasselbe als die richtige Lesart aufzunehmen, da *decurrere ad aliquem* häufig gebraucht wird von dem, welcher Jemandes Hülfe nachsucht; wie XIV, 2, 6. XX, 2, 11. XXVII, 3, 9. XXVIII, 1, 11. XLII, 1, 11. Allein auch *concurrere* gebraucht Iustin in demselben Sinne XIX, 1, 9: *Siciliae populis propter assiduas Carthaginiensium iniurias ad Leonidam, fratrem regis Spartanorum,* con-

coepit. Itaque quum pars Mithridatem Ponticum, pars Ptolemaeum ab Aegypto arcessendum censeret; occurreretque, quod Mithridates implicitus bello Romano esset, Ptolemaeus quoque semper hostis fuisset Syriae: omnes in 3
Tigranem, regem Armeniae, consensere, instructum, praeter domesticas vires, et Parthica societate, et Mithridatis affinitate. Igitur accitus in regnum Syriae, per octode- 4
cim annos tranquillissimo regno potitus est; neque bello alium lacessere, neque lacessitus inferre alii bellum necesse habuit.

Cap. II. Sed sicut ab hostibus tuta Syria fuit, ita ter- 1
rae motu vastata est, quo centum septuaginta millia hominum, et multae urbes perierunt. *Quod prodigium mutationem rerum portendere* haruspices responderunt. Igi- 2
tur Tigrane a Lucullo victo, rex Syriae Antiochus, Cyziceni filius, ab eodem Lucullo appellatur. Sed quod 3
Lucullus dederat, postea ademit Pompeius: qui poscenti regnum respondit, *ne volenti quidem Syriae, nedum recusanti, daturum se regem, qui octodecim annos, quibus Tigranes Syriam tenuit, in angulo Ciliciae latuerit; victo autem eodem Tigrane a Romanis, alieni operis praemia postulet. Igitur ut habenti regnum non* 4
ademerit, ita quo cesserit Tigrani, non daturum, quod tueri nesciat; ne rursus Syriam Iudaeorum et Arabum latrociniis infestam reddat. Atque ita Syriam in pro- 5
vinciae formam redegit: paullatimque Oriens Romanorum, discordia consanguineorum regum, factus est.

currentibus; wo *Fr. Gronov*, nicht *Graevius*, — wie *Corte* irrig zu *Lucan.* II, 483 behauptet und auch zur Vertheidigung des Lesart *concurrentibus* auf fremdartige Beispiele sich beruft, — mit Unrecht *decurrentibus* ändern wollte. *Lucan.* III, 663: *pars maxima turbae naufragae — puppis ad auxilium sociae* concurrit.

LIBER XLI.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Parthorum origo, nomen, successus, imperium.
2. Regni Parthici administratio. Parthorum sermo, vestes, arma, exercitus, proeliandi mos.
3. Eorundem mores domestici, sepultura, religio, ingenium, virtutes et vitia.
4. Parthicorum regum res gestae.
5. Arsacis, sapientissimi Parthorum regis, vita et mors placida.
6. Bactriani regni status sub Eucratide, qui a filio opprimitur. Parthorum bellici successus.

CAPUT I.

1 PARTHI, penes quos, velut divisione orbis cum Romanis facta, nunc Orientis imperium est, Scytharum exsules 2 fuere. Hoc etiam ipsorum vocabulo manifestatur: nam 3 Scythico sermone *Parthi* exsules dicuntur. Hi et Assyriorum et Medorum temporibus inter Orientis populos 4 obscurissimi fuere. Postea quoque quum imperium Orientis a Medis ad Persas translatum est, veluti vulgus sine 5 nomine, praeda victorum fuere. Postremo Macedonibus,

Lib. XLI.

CAP. I. §. 4. *praeda victorum fuere.* So immer im strengsten und eigentlichen Sinne. XXXIV, 2, 5: *Coniuges quoque liberique eorum, de spectatoribus captivi facti,* praeda *hostium fuere. Vellei. Vat.* II, 86: *Itaque discrimini vestro me subtraham et ero* praeda *victoris. Liv.* XLIV, 6, 3: *auratis statuis omnibus raptim, ne* praeda *hosti essent, in classem congestis.* XXXII, 21: *quid aliud quam* praeda *victoris erimus. Valer. Max.* V, 6, 7: *Quum urbs vestra nihil aliud quam* praeda *victoris esse victoris esse videretur.* Dagegen musste der Dativ stehen in den nachfolgenden Stellen. *Iust.* XXX, 4, 12: *cum his Macedonibus, qui non ita pridem* praedae *Dardanis fuerint.* XXXIX, 5, 5: *ut adsiduis proeliis consumpti in contemptum finitimorum venerint*

triumphato Oriente, servierunt: ut cuivis mirum videatur, 6
ad tantam eos felicitatem per virtutem provectos, ut im-
perent gentibus, sub quarum imperio veluti servile vulgus
fuere. A Romanis quoque, trinis bellis, per maximos 7
duces, florentissimis temporibus lacessiti, soli ex omnibus
gentibus non pares solum, verum etiam victores fuere:
quamquam plus gloriae est, inter Assyria et Medica Per- 8

praedaeque *Arabum genti, imbelli antea, fuerint.* XXXI, 1, 1: *qui in spem regni relictus* praedae *etiam domesticis erat*, wo die Lesart *praeda* schwerlich Anwendung finden könnte; so wie es auch durchaus nicht anders heissen durfte bei *Lactant. Inst.* V, 2, 5: *ne simplicitas eorum* praedae ac pabulo *sit hominibus astutis. Sall. Cat.* 21, 4: *multos* (admonebat) *victoriae Sullanae, quibus ea* praedae *fuerat. c.* 48, 2: *Namque alia belli facinora* praedae *magis, quam detrimento fore.*

§. 6. *per virtutem provectos.* In den gewöhnlichen Ausgaben ist *per virtutem* oder *virtute*, wie *Abr. Gronov* lies't, nach *Graevius* Vorgange gestrichen worden, weil es in der Ed. Iunt. fehle, und auch fehlen könne. Allein fast sämmtliche Handschriften haben diesen Zusatz; die meisten stimmen jedoch für die Lesart *per virtutem.* Vergl. XIII, 4, 11: *quem ex gregario milite Alexander* virtutis causa provexerat. *Cic. Phil.* XIII, 11, 24: *Ecquo te tua* virtus provexisset.

§. 7. *trinis bellis.* Dagegen hiess es III, 5, 6: *qui* tribus *proeliis fusus eo usque desperationis Spartanos adduxit.* Nicht selten stehen die Distributiva statt der Cardinalia. *Liv.* V, 2, 9: *Antea* trina *loca cum contentione summa patricios explere solitos. c.* 33, 9: *Ii in utrumque mare vergentes incoluere urbibus* duodenis *terras.* So wollte auch *Gronov* lesen *Liv.* XXII, 12, 10: *adsuefaciebant territum pristinis* trinis *cladibus militem.* S. *Drakenb.* zu *Liv.* IV, 16, 6. — Eine Handschrift lies't *ternis.* Ueber den Unterschied beider Formen siehe *Drakenb.* zu *Liv.* XXIII, 49, 6. *Zumpt Gr. Cap.* 30. §. 119. Derselbe wird nicht anerkannt von *Burmann* zu *Ovid. Heroid.* IX, 38.

§. 8. *quamquam plus gloriae est.* Ich habe die Lesart der Handschriften des *Bongarsius* aufgenommen, welche die bisherigen Herausgeber der Beachtung nicht werth gehalten, und vielmehr dafür *sit* in ihren Ausgaben fortgepflanzt haben, obgleich der Sprachgebrauch Iustin's Letzteres offenbar verwirft. Iustin setzt nämlich in wirklichen Concessivsätzen *quamquam* mit dem Conjunctiv, wie II, 1, 5: *Scytharum gens antiquissima semper habita,* quamquam *inter Scythas et Aegyptios diu contentio de generis vetustate* fuerit. *c.* 2, 9: *Lanae iis usus ac vestium ignotus,* quamquam *continuis frigoribus* urantur. Bei dem einlenkenden *quamquam* aber, unserm *wiewohl* entsprechend, (*Zumpt Gr. Cap.* 67, 3. §. 341) setzt er regelmässig den Indicativ, wie

sicaque, memorata olim regna, et opulentissimum illud mille urbium Bactrianum imperium emergere potuisse,
9 quam longinqua bella vicisse. Praeterea quam gravibus Scythicis, et vicinalibus bellis assidue vexati variis pericu-
10 lorum certaminibus urgerentur, hi domesticis seditionibus Scythia pulsi, solitudines inter Hyrcaniam, et Dahas, et

I, 10, 12: *Incredibile prorsus tanta patientia cessisse eos, quod ut eriperent magis. mori non recusaverint.* Quamquam *praeter formam virtutemque hoc imperio dignam, etiam cognatio Dario iuncta cum pristinis regibus* fuit. Die übrigen Stellen sind XVI, 1, 4. XXIII, 2, 7. XXV, 2, 8. XXXV, 1, 10. XXXIX, 4, 2.

emergere potuisse. S. die *Anmerk.* zu VI, 9, 6: *Quibus rebus effectum est, ut inter otia Graecorum sordidum et obscurum antea Macedonum nomen* emergeret.

longinqua bella vicisse. *Scheffer* hielt, wie *Heinsius* zu *Ovid. Ep.* XVI, 76 die Verbindung *vincere bella* für unlateinisch, und wollte *bello* statt *bella* lesen. Andere Gelehrte, wie *Barth. Advers.* VI, 2 und zu *Claud. B. Get.* IV, 570, und *Oudendorp* zu *Appulei. Flor.* IV, 18. *p.* 89, schrieben dieselbe nur der spätern Latinität zu. Allein mit Unrecht. Die Lateiner setzen bisweilen nach einem Gräcismus bei *vincere* die Sache in den Accusativ statt in den Ablativ, in Hinsicht welcher der Sieg errungen ist. Also *vincere bellum, causam etc.* und *vincere bello, causa.* Möge darüber hier *Ruhnken's* Bemerkung zu *Vellei. Pat.* I, 8. *p.* 28 wiederholt werden: „*Graeci scriptores millies dicunt νικᾶν ἀγῶνα. Sed mittamus Graecos. Quid? idoneusne Latinitatis auctor est Ennius apud Cic. Senect.* 5: Sicut fortis equus, spatio qui saepe supremo *vicit Olympia*, nunc senio confectus quiescit. *Hygin. Fab.* CXI: descendit in certamen et *omnia vicit* (*certamina*); *ubi vide Munckerum. Eodem modo dicitur* iudicium, sponsionem, causam vincere. *Qui Graecismus tametsi apud optimos quosque scriptores reperitur, vulgo tamen cum ab aliis, tum ab Oudendorpio ad Thom. M. p.* 628. *prope e Latii finibus proscribitur.* Iudicium vincere *est apud Ciceron. Verr.* I, 53. Sponsionem vincere *bis apud eundem pro Caecin.* 31 *et* 32. *Quorum locorum scripturam ne quis in corruptelae suspicionem vocet, sciat, sic in spectatae fidei libris nuper reperisse Ciceronis sospitatorem J. A. Ernestum.* Vincere causam *dixit Ovid. Ep.* XVI, 76: *licet Heinsius hunc locum nobis eripere conetur.* Victa est causa, *Cic. p. Deiot.* 8. *Phil.* XI, 13 *et Lucan.* I, 128. *Adde unicum Latinitatis magistrum J. F. Gronovium ad Gell.* V, 10, *qui nonnulla ex his exemplis praecepit.*“ Vergl die *Anmerk.* zu *Cic. Eclog. p.* 218. *Matth. Gr. Gr.* §. 417. *A.* 2. *Herm.* zu *Viger. p.* 754.

Areos, et Spartanos, et Margianos, furtim occupavere. Fines deinde, non intercedentibus primo finitimis, postea11 etiam prohibentibus, in tantum protulere, ut non immensa tantum ac profunda camporum, verum etiam praerupta collium, montiumque ardua occupaverint. Ex quo fit,12 ut Parthiae pleraque finium aut aestus, aut frigoris magni-

§. 10. *Spartanos.* Der Name ist offenbar verdorben. *Bongarsius* wollte *Arianos* ändern. *Abr. Gronov* aber nach dem Cod. Florent. *Sparnos* oder *Aparnos*, lesen.

§. 11. *in tantum.* Ebenso XLIII, 3, 13: *Qui pericula propulsando* in tantum *enituerunt. Liv.* XXII, 27: in tantum *suam felicitatem virtutemque enituisse;* und so öfters bei *Velleius Paterculus.* Gewöhnlich braucht man *tantum*, wie XXXVIII, 7, 8: tantum*que se avida exspectat Asia.* Wenn gleich *Ruhnken* zu *Vellei. Pat.* I, 9. *p.* 33 den Gebrauch von in *tantum* gegen *Ios. Mercerus ad Septim. de B. Tr.* II, 32, und *Vossius de vit. serm.* IX, 11 dem bessern Zeitalter der Sprache durch eine reichliche Sammlung von Beispielen mit Recht zu vindiciren gesucht hat, so darf man doch nicht verkennen, dass in *tantum* mehr der Dichtersprache angehöre, welcher so oft auch die spätern Prosaiker folgen, und dass in den Prosaikern der bessern Zeit es nur an solchen Stellen angewendet werde, welche sich durch ihren Ton und ihre Haltung über den ruhigen Gang der Erzählung erheben. Aus Cicero's Schriften ist mir kein Beispiel bekannt. Zur Vergleichung findet man noch Stellen gesammelt von *Burmann* zu *Vellei. Pat.* I, 13. *p.* 628.

immensa tantum ac profunda camporum etc. Häufig werden die Neutra von Adjectiven als Substantiva gebraucht. *Liv.* VII, 29, 2: *Quoties in* extrema *periculorum ventum.* So hatten wir oben XXXVIII, 1, 8: incertum *belli. Tacit. An.* XI, 9: Ardua *castellorum. Appulei. Met.* I, *p.* 11: ardua *montium. Ovid. Met.* VIII, 692: ardua *montis;* wofür *Varro R. R.* II, 10, 3: arduitatem *montium*, sagt. Auch bei Cicero, wiewohl seltener, finden sich ähnliche Stellen; *de Senect.* 20, 72: *illud breve vitae* reliquum. Beispiele in Menge haben *Drakenb.* zu *Liv.* VII, 21, 8; XXXVII, 58, 8; III, 26, 12; XXVI, 40, 9; IV, 27, 1; und *Pricaeus* zu *Appulei. Met. T.* III. *p.* 142 gesammelt. Vergl. *Zumpt Gr. Cap.* 73. 5. §. 435.

§. 12. *pleraque finium.* Wenn man den Zusatz *finium* mit *Scheffer*, dem auch *Seibt* nachgesprochen hat, durchstreichen wollte, so würde man hier, wie es mir auch auf den ersten Anblick vorkam, entweder eine Lücke vermuthen, oder diesen Satz nur mühsam und gezwungen mit dem vorhergehenden in Zusammenhang bringen können; durch die Hinzufügung dieses Wortes aber wird der Zusammenhang klar. Insofern die Parther nicht allein von den Ebenen, sondern auch von den Berghöhen *Besitz genommen* hatten, herrschte auch in ihren verschie-

tudo possideat: quippe quum montes nix, et campos aestus infestet.

1 Cap. II. Administratio gentis post defectionem Mace-
2 donici imperii sub regibus fuit. Proximus maiestati regum populorum ordo est: ex hoc duces in bello, ex hoc
3 rectores in pace habent. Sermo his inter Scythicum Me-
4 dicumque medius, et ex utrisque mixtus. Vestis olim sui moris; posteaquam accessere opes, ut Medis perlucida
5 ac fluida. Armorum patrius ac Scythicus mos. Exercitum non, ut aliae gentes, liberorum, sed maiorem partem servitiorum habent: quorum vulgus, nulli manumittendi potestate permissa, ac per hoc omnibus servis na-

denen *Besitzungen* entweder grosse Hitze oder Kälte. Der Schluss, den unser Schriftsteller hier aus dem Vorhergehenden macht, konnte nur dann eine richtige Anwendung haben, wenn er den Ausspruch auf das Gebiet, was die Parther inne hatten, nicht aber auf das Land allein, ohne Rücksicht, ob besessen, oder nicht besessen, bezog. — Das Neutrum *pleraque* ist ebenso, wie die vorhergehenden Adjectiva, als Substantiv gebraucht. *Sall. B. Iug.* 21, 2, und *c.* 109, 4: *ubi* plerumque *noctis processit. Pomp. Mel.* I, 4, 2: *Pleraque eius* (Africae) *inculta. Liv.* XLV, 9, 2: *idemque finis inclyti per Eurapae* plerumque *atque Asiam omnem regni.* So steht selbst *Iust.* XII, 15, 1: *nam* plerosque *Aeacidarum intra trigesimum annum defuuctos. Tacit. An.* III, 34: *Quid? ipsorum magistratuum nonne* plerosque *variis libidinibus obnoxios.*

Cap. II. §. 2. *populorum ordo.* Da sich nicht genügend erklären lässt, was unter dem *ordo populorum* zu verstehen sei, so hat man nach der Stelle XLII, 5, 2, *optimatum* ändern wollen. Indess weichen die Handschriften nicht im Geringsten ab.

§. 5. *maiorem partem servitiorum.* Gewöhnlich lies't man *servorum.* Das Abstractum *servitium* steht hier, wie öfter, für das Concretum *servi.* XIII, 6, 3: *Eodem congestis etiam* servitiis *et semetipsos praecipitant.* XXI, 4, 6: *Hoc consilio praeventus iterum* servitia *concitat. Liv.* XLI, 23, 2: Servitiis *ex Achaia fugientibus receptaculum Macedonia erat.* Ein reichhaltiges Verzeichniss solcher Abstracta liefern die Interpreten zu *Liv.* III, 15, 9. *Corte* zu *Sall. Cat.* 24, 3. und *Graevius* zu unserer Stelle.

per hoc. I. e. *propterea*, in welchem Sinne *per* mit dem Neutrum eines Pronomens nur bei spätern Schriftstellern vorkommt. *Plin. Ep.* VIII, 10: *Ac* per hoc *quaedam, custodienda praegnantibus, omittit. Suet. Tib.* 52: Per quae *multifariam inscriptum et per noctes creberrime acclamatum est. Appulei. Apolog. p.* 471. *ed. Oud.*: *Si me* per hoc

scentibus, in dies crescit. Hos pari ac liberos suos cura habent, et equitare et sagittare magna industria docent. Locupletissimus ut quisque est, ita plures in bello equites 6 regi suo praebet. Denique Antonio, bellum Parthis inferenti, quum quinquaginta millia equitum occurrerent, soli quadringenti liberi fuere. Cominus in acie proeliari, aut 7 obsessas expugnare urbes, nesciunt. Pugnant aut procurrentibus equis, aut terga dantibus: saepe etiam fugam

veneficii arcesseres; und so öfter bei *Appuleius.* Auch sagt *Senec. Ep.* 66: *Sed* per illud, *quod boni sunt, pares sunt.* Eine Menge Beispiele aus Asconius, Servius und Andern hat *Pricaeus* gesammelt zu *Appulei. Met. Lib.* III. *T.* III. *p.* 195.

sagittare. Dieses Verbum kommt nur im spätern Latein vor. Ausser bei Solinus, Vegetius und andern spätern Schriftstellern, findet es sich noch bei *Curt.* VII, 5, 42: *Nam etsi forsitan sagittandi tam celebri usu minus admirabilis videri haec ars possit*, wo *Pitiscus* mehrere Beispiele gesammelt hat. Vergl. *Drakenb.* zu *Liv.* XXXVI, 18, 3.

§. 7. *aut procurrentibus equis, aut etc.* Diese Lesart mehrerer der besten Handschriften ist mit Recht von den gelehrten Herausgebern aufgenommen worden. Ehemals wurde unrichtig autem *procurrentibus* gelesen, nach einer häufigen Verwechselung in den Handschriften. S. *Drakenb.* zu *Liv.* III, 52, 6. *Goerenz* zu *Cic. Acadd.* II, 7, 22. *Fin.* II, 12, 28. Die disjunctive Partikel *aut* wird allemal doppelt gesetzt in ausschliessenden Gegensätzen, so dass beide Stücke gleichen Werthes gestellt werden und nicht mehr als eins stattfinden kann, und jedes Dritte ausgeschlossen bleibt, wie aut *Caesar* aut *nihil.* Die einfache Partikel wird dagegen gesetzt, wenn in dem ersten Gliede der stärkere, oder kurz der Hauptbegriff gestellt wird, so dass ein Herabsteigen von dem Grössern zum Kleinern und Geringeren, von dem Angenehmen zum Unangenehmen stattfindet, indem *aut* dann durch *oder auch, wenigstens* wiedergegeben werden kann; wie *Sall. Iug.* 56, 5: *cuncti* aut *magna pars Siccensium fidem mutavissent.* Dagegen würde man sagen müssen aut *cuncti* aut *nemo.* Darnach oben c. 1, 12: *ut Parthiae pleraque finium* aut *aestus* aut *frigoris magnitudo possideat.* XXII, 6, 4: *auxilio fugae adempto* aut *vincendum* aut *moriendum esse.* XXXIV, 3, 3: aut *pacem* aut *bellum cum Romanis habiturum.* Dagegen XII, 15, 11: *Hac voce veluti bellicum inter amicos cecinisset*, aut *malum discordiae misisset.* Das doppelte *aut* haben wir II, 3, 1; *c.* 8, 9; *c.* 10, 14; *c.* 11, 8. 10; *c.* 13, 3. 5; III, 7, 12; V, 2, 14; VI, 7, 6; VIII, 4, 7; XII, 5, 8; XXII, 5, 2. 13; XXIII, 3, 8; XXIV, 3, 8; XXVIII, 3, 18; XXXI, 3, 9; *c.* 4, 4; XXXII, 4, 10; XLI, 3, 8; XLII, 2, 10; XLIV, 3, 8. Das einfache *aut* steht II, 6, 11; V, 6, 3. 4; VIII, 4, 11; XI,

simulant, ut incautiores adversum vulnera insequentes ha-
8 beant. Signum his in proelio non tuba, sed tympano da-
tur. Nec pugnare diu possunt: ceterum intolerandi fo-
rent, si quantus his impetus est, vis tanta et perseverantia
9 esset. Plerumque in ipso ardore certaminis proelia dese-
runt, ac paullo post pugnam ex fuga repetunt, ut, quum
maxime vicisse te putes, tunc tibi discrimen subeundum
10 sit. Munimentum ipsis equisque loricae plumatae sunt,
quae utrumque toto corpore tegunt. Auri argentique nul-
lus, nisi in armis, usus.

1 CAP. III. Uxores dulcedine variae libidinis singuli plu-
res habent: nec ulla delicta adulterio gravius vindicant.
2 Quamobrem feminis non convivia tantum virorum, verum
3 etiam conspectum interdicunt. Carne non nisi venatibus

12, 12; XII, 15, 10; XIV, 4, 6; XIV, 6, 11; XXVIII, 4, 8; XXXVI, 4, 2; XXXVIII, 1, 6; *c.* 5, 8. Nicht selten wird in diesen disjunctiven Sätzen nicht so sehr darauf gesehen, dass Eins durch das Andere aufgehoben werde, als vielmehr darauf, dass jedes Dritte ausgeschlossen werde, in welchem Falle *aut — aut* sich durch *partim — partim* erklären lässt; wie in dem bekannten Verse des Horaz: aut *prodesse volunt*, aut *delectare poëtae;* wodurch nicht gesagt werden soll, dass die Dichter, welche nützen wollen, nicht ergötzen wollen, sondern dass dieselben ausser dem doppelten Zweck, dem der Nützlichkeit und Ergötzung nichts weiter beabsichtigen. *Tacit. Germ.* 5: *terra in universum* aut *silvis horrida* aut *paludibus foeda*, d. i. wo keine Wälder sind, da sind Sümpfe. So auch öfter bei *Iustin.* Vergl. V, 6, 4; *c.* 7, 7; VI, 5, 4; VIII, 2, 8. 12; XII, 10, 5; XVIII, 1, 2; XX, 5, 13; XXI, 2, 10; *c.* 4, 8; *c.* 5, 8; XXIII, 1, 9; XXIV, 5, 7; XXV, 5, 3; XXXI, 5, 3; XXXVII, 2, 8; XXXVIII, 7, 7; XLI, 3, 5. Dreimal haben wir *aut* X, 1, 6. XXXVII, 4, 1. und fünfmal XXXVIII, 6, 7. Wie das einfache *aut*, so wird auch *aut si* in einem herabsteigenden Ausspruche gebraucht; welches bei unserm Schriftsteller an zwei Stellen, nämlich II, 12, 7 und XIV, 4, 8, vorkommt. — Zur Uebung des Scharfsinnes möge den jungen Studierenden die vielbesprochene Stelle *Horat. Sat.* I, 1, 8 und zum Nachlesen das treffliche Werk von *Hand*, *Tursellinus Tom.* I. *p.* 525 *seq.* empfohlen seyn.

§. 8. *vis tanta etc.* Ich zweifle sehr, ob dies die ursprüngliche Lesart sei; denn *vis* steht nicht passend in dem zweiten Satze, so wie man auch *tanta* lieber zu Anfange desselben gestellt wünschen möchte. Daher glaube ich, dass die richtige Lesart nach einigen Handschriften so hergestellt werden müsse: *si quanta est his* in impetu vis, *tanta et perseverantia esset.*

quaesita vescuntur. Equis omni tempore vectantur: illis 4
bella, illis convivia, illis publica ac privata officia obeunt; super illos ire, consistere, mercari, colloqui. Hoc denique discrimen inter servos liberosque est, quod servi pedibus, liberi non nisi equis incedunt. Sepultura vulgo 5
aut avium, aut canum laniatus est: nuda demum ossa terra obruunt. In superstitionibus atque cura Deorum, praeci- 6
pua amnibus veneratio est. Ingenia genti tumida, seditiosa, fraudulenta, procacia: quippe violentiam viris, 7
mansuetudinem mulieribus assignant. Semper aut in ex- 8
ternos, aut in domesticos motus inquieti; natura taciti: ad faciendum, quam ad dicendum promptiores: proinde secunda adversaque silentio tegunt. Principibus metu, non pudore parent. In libidinem proiecti, in cibum parci. 9
Fides dicti promissique nulla, nisi quatenus expedit. 10

Cap. IV. Post mortem Alexandri Magni quum inter 1
successores eius Orientis regna dividerentur, nullo Macedonum dignante Parthorum imperium, Stasanori, externo socio, traditur. Hi postea diductis Macedonibus in bel- 2
lum civile, cum ceteris superioris Asiae populis Eumenem secuti sunt: quo victo ad Antigonum transiere. Post hunc 3
a Nicatore Seleuco, ac mox ab Antiocho et successoribus

Cap. III. §. 4. *equis incedunt.* S. die *Anmerk.* XI, 7, 11.

§. 8. *ad faciendum, quam ad dicendum.* So stehen bisweilen Verba transitiva absolut, ohne Objectsaccusativ, wenn der Begriff des Verbi allgemein, ohne Rücksicht eines bestimmten Objects gefasst werden soll. *Sall. Iug.* 85, 12: *Nam gerere, quam fieri, tempore posterius, re atque usu prius est. Cat.* 8, 5: *Optimus quisque* facere, *quam* dicere. Vergl. die *Anmerk.* zu XXXVIII, 1, 7. *Corte* zu *Sall. Iug.* 92, 9. *p.* 837.

Cap. IV. §. 2. *diductis Macedonibus.* Sonst las man *deductis* nach einer häufigen Verwechselung in den Handschriften. *Diducere* wird aber gebraucht, wenn von einer Trennung und Absonderung in Parteien die Rede ist. Ebenso variirt die Lesart XV, 4, 23: *in duas factiones* diducuntur. Vergl. *Petron.* 67: *Totiusque navigii turbam* diducit *in partes. Plin. Ep.* II, 19: diductum *in partes audientium studium. Tacit. An.* IV, 2: *Instabat quippe Seianus incusabatque*, diductam *civitatem, ut civili bello. Curt.* IX, 1, 20: *Orta seditio in diversa consilia* diduxerat *vulgum.* Vergl. *Drakenb.* zu *Liv.* V, 38, 1. XXI, 55, 5. *Corte* zu *Lucan.* II, 294.

eius possessi: a cuius nepote Seleuco primum defecere, primo Punico bello, L. Manlio Vulsone, M. Atilio Re-
4 gulo, consulibus. Huius defectionis impunitatem illis duorum fratrum regum, Seleuci et Antiochi, discordia dedit: qui, dum sibi invicem eripere regnum volunt, per-
5 sequi defectores omiserunt. Eodem tempore etiam Theodotus, mille urbium Bactrianarum praefectus, defecit, regemque se appellari iussit: quod exemplum secuti totius
6 Orientis populi a Macedonibus defecere. Erat eo tempore Arsaces, vir, sicut incertae originis, ita virtutis ex-
7 pertae. Hic solitus latrociniis et rapto vivere, accepta opinione Seleucum a Gallis in Asia victum, solutus regis metu, cum praedonum manu Parthos ingressus praefectum eorum Andragoram oppressit; sublatoque eo, imperium
8 gentis invasit. Non magno deinde post tempore Hyrcanorum quoque regnum occupavit; atque ita duarum civitatium imperio praeditus grandem exercitum parat, metu
9 Seleuci et Theodoti Bactrianorum regis. Sed cito, morte Theodoti metu liberatus, cum filio eius et ipso Theodoto foedus ac pacem fecit; nec multo post cum Seleuco rege, ad defectores persequendos veniente, congressus, victor
10 fuit: quem diem Parthi exinde sollemnem, velut initium libertatis, observant.

1 Cap. V. Revocata deinde Seleuco novis motibus in Asiam, dato laxamento, regnum Parthicum format, mi-
2 litem legit, castella munit, civitates firmat; urbem quoque nomine Daram in monte Zapaortenon condit; cuius loci ea conditio est, ut neque munitius quidquam esse,
3 neque amoenius possit. Ita enim et praeruptis rupibus undique cingitur, ut tutela loci nullis defensoribus egeat; et soli circumiacentis tanta ubertas est, ut propriis opibus

Cap. V. §. 3. *tutela loci.* Da der Ort auf diese Weise so von der Natur befestigt war, so bedurfte dieser Schutz desselben keiner Vertheidiger. — Wenn man die Stelle so auffasst, so wird man keineswegs die Worte *tutela loci* nach *Scheffer* als Glosse durchstreichen wollen. *Tutela* steht hier active und umfasst alles das, was eine Sache schützt. Beispiele findet man in jedem Lexikon.

expleatur. Iam fontium ac silvarum ea copia est, ut et 4
aquarum abundantia irrigetur, et venationum voluptatibus
exornetur. Sic Arsaces, quaesito simul constitutoque re- 5
gno, non minus memorabilis Parthis, quam Persis Cyrus,
Macedonibus Alexander, Romanis Romulus, matura se-
nectute decedit: cuius memoriae hunc honorem Parthi tri- 6
buerunt, ut omnes exinde reges suos *Arsacis* nomine nun-
cupent. Huius filius et successor regni, Arsaces et ipse 7
nomine, adversus Antiochum Seleuci filium, centum mil-
libus peditum et viginti millibus equitum instructum, mira
virtute pugnavit: ad postremum in societatem eius assum-
ptus est. Tertius Parthis rex Priapatius fuit, sed et ipse 8
Arsaces dictus. Nam, sicut supra dictum est, omnes re-
ges suos hoc nomine, sicuti Romani *Caesares Augustos-
que*, cognominavere. Hic, actis in regno quindecim an- 9
nis, decessit, relictis duobus filiis, Mithridate et Phrahate:
quorum maior Phrahates, more gentis, heres regni, Mar-
dos, validam gentem, bello domuit; nec multo post de-
cessit, pluribus filiis relictis: quibus praeteritis, fratri po- 10
tissimum Mithridati, insignis virtutis viro, reliquit impe-
rium; plus regio, quam patrio deberi nomini ratus, po-
tiusque patriae, quam liberis consulendum.

Cap. VI. Eodem ferme tempore, sicuti in Parthis 1
Mithridates, ita in Bactris Eucratides, magni uterque viri,

§. 4. *iam fontium.* In mehreren Handschriften fehlt *iam*, in andern wird dafür *nam* gelesen. Beide Partikeln dienen zur Fortsetzung der Rede, doch mit dem Unterschiede, dass *iam* gebraucht wird bei Aufzählungen, wenn zu dem Gesagten noch ein neues Stück hinzugefügt wird, wo es sich durch *porro*, *praeterea* erklären lässt. Vergl. IV, 1, 16. VI, 8, 9. XXXVIII, 4, 11 und die *Anmerk.* zu XXXVIII, 7, 10.

§. 9. *pluribus filiis.* Diese Lesart hat *Gronov* nach Handschriften aufgenommen; sonst wurde multis *filiis* gelesen. *Plures* wird nicht selten im Sinne von *multi* gebraucht. XI, 15, 5: *Emensus deinde* plura *millia passuum.* *Phaedr. Fab.* IV, 19, 1:

Vulpis cubile fodiens, dum terram eruit,
Agitque plures *altius cuniculos.*

Cap. VI. §. 1. *magni uterque viri.* *Oudendorp* zu *Caes. B. G.* I, 53 4. versichert, dass er in Handschriften gefunden habe *utrique*; welches wahrscheinlich in dieser Verbindung das Richtigere ist. Uebrigens vergl. die *Anmerk.* zu I, 9, 17. [vgl. *Kritz*, *Sallust. Cat.* XXX, 4, XLIX, 2. *H.*]

2 regna ineunt. Sed Parthorum fortuna felicior ad summum
3 hoc duce imperii fastigium eos perduxit. Bactriani autem per varia bella iactati non regnum tantum, verum etiam libertatem amiserunt: siquidem Sogdianorum, et Arachotorum, et Drangianorum Indorumque bellis fatigati ad postremum ab invalidioribus Parthis, velut exsangues,
4 oppressi sunt. Multa tamen Eucratides bella magna virtute gessit: quibus attritus, quum obsidionem Demetrii, regis Indorum, pateretur, cum trecentis militibus sexaginta millia hostium assiduis eruptionibus vicit. Quinto itaque mense liberatus, Indiam in potestatem redegit.
5 Unde quum se reciperet, a filio, quem socium regni fecerat, in itinere interficitur: qui non dissimulato parricidio, velut hostem, non patrem interfecisset, et per sanguinem eius currum egit, et corpus abiici insepultum iussit.
6 Dum haec apud Bactros geruntur, interim inter Parthos et Medos bellum oritur. Quum varius utriusque populi casus fuisset, ad postremum victoria penes Parthos
7 fuit. His viribus auctus Mithridates Mediae Bacasin praeponit: ipse in Hyrcaniam proficiscitur. Unde reversus bellum cum Elymaeorum rege gessit: quo victo hanc quoque gentem regno adiecit, imperiumque Parthorum a monte Caucaso, multis populis in ditionem redactis, us-
9 que flumen Euphratem protulit; atque ita adversa valetudine correptus, non minor Arsace proavo, gloriosa senectute decessit.

LIBER XLII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Mithridates, Parthorum regis, filius et successor Phrahates a militibus interficitur.
2. Post Artabanum Mithridates, cognomine Magnus, regnat, qui bellum infert Armeniae: cuius origo exponitur, et primi reges recensentur.
3. Iasonis et Armenii, Armeniae conditoris, elogia. Tigris fluvii origo.
4. Mithridati eiecto Orodes successit, qui parricidiis et cladibus domi et foris exagitatur.
5. Phrahatis, filii Orodis, parricidia et varia fortuna. Augustus ab eo captivos Romanos et signa militaria repetit.

CAPUT I.

Post necem Mithridatis, Parthorum regis, Phrahates 1
filius eius rex constituitur: qui quum inferre bellum, in ultionem tentati ab Antiocho Parthici regni, Syriae statuisset, Scytharum motibus ad sua defendenda revocatur. Namque Scythae in auxilium Parthorum adversus Antio- 2
chum, Syriae regem, mercede sollicitati, quum confecto iam bello supervenissent, et calumnia tardius lati auxilii mercede fraudarentur, dolentes tantum iis itineris frustra emensum, quum vel stipendium pro vexatione, vel alium

Lib. XLII.

Cap. I. §. 1. *Post necem Mithridatis.* *Nex* wird bei spätern Schriftstellern bisweilen auch von dem natürlichen Tode gebraucht. *Suet. Caes. c.* 5: *post* necem *consulis ad Sertorium confugerant.* *Senec. ad Marc.* 20 *extr.: Fata nobis sensum nostrae* necis *auferunt.*

§. 2. *dolentes tantum iis itineris frustra emensum.* Einige Herausgeber haben nach mehreren Handschriften das Pronomen *iis* gestrichen; andere dafür *sibi* setzen wollen; und so müsste es eigentlich nach der gewöhnlichen grammatischen Regel heissen. Es finden sich indess viele

hostem dari sibi poscerent, superbo responso offensi fines
3 Parthorum vastare coeperunt. Igitur Phrahates, quum adversus eos profisceretur, ad tutelam regni reliquit Himerum quendam, pueritiae sibi flore conciliatum: qui tyrannica crudelitate, oblitus et vitae praeteritae, et vicarii officii, Babylonios, multasque alias civitates importune
4 vexavit. Ipse autem Phrahates exercitum Graecorum, quem bello Antiochi captum superbe crudeliterque tractaverat, in bellum secum ducit; immemor prorsus, quod hostiles eorum animos nec captivitas minuerat, et insuper
5 iniuriarum indignitas exacerbaverat. Itaque quum inclinatam Parthorum aciem vidissent, arma ad hostes transtulere; et diu cupītam captivitatis ultionem, exercitus Parthici et ipsius Phrahatis regis cruenta caede exsecuti sunt.

Stellen, wo in abhängigen Sätzen statt des Reciproci das Pronomen Demonstrativum *is* gesetzt ist, indem der Schriftsteller, ungeachtet der Satz abhängig ausgedrückt ist, von dem Gemüth des denkenden oder sprechenden Subjects abstrahirt und durch das Demonstrativum *is* in den Erzählungston übergeht. III, 3, 11: *obligat civitatem, nihil eos de* eius *legibus mutaturos, priusquam reverteretur;* XII, 15, 3: *quibusdam mandata ad parentes* eorum *dederit;* vergl. *c.* 13, 1; XXX, 4, 18: *Offensi tamen Aetoli, quod non ex arbitrio* eorum *Macedonia quoque adempta regi et data sibi in praemium belli esset. Cic. de Orat.* I, 54, 232: *Socrates respondit, sese meruisse, ut amplissimis honoribus et praemiis decoraretur, et ut* ei *victus quotidianus in Prytaneo publice praeberetur. p. Quint.* 31, 95: *Itaque te hoc obsecrat, C. Aquilli, ut, quam existimationem, quam honestatem in iudicium tuum prope acta iam aetate decursaque attulit, eam liceat* ei *secum ex hoc loco efferre. Corn. Nep. Milt.* 4, 4: *quum viderent de* eorum *virtute non desperari.* Vergl. die *Anmerk.* XII, 15, 3. *Matthiae* zu *Cic. p. Rosc. Am.* 34, 95. — Ausserdem ist die passive Bedeutung von *emensus* zu bemerken. Ebenso *Liv.* XXI, 30, 5: *postquam multo maiorem partem itineris* emensam *cernant.* In der activen Bedeutung hatten wir dasselbe XI, 15, 5: Emensus *deinde plura millia passuum.* Mehrere Stellen liefern *Drakenb.* zu *Sil. Ital.* I, 636. *Oudend.* zu *Appulei. Met.* I. *p.* 12. Vergl. die *Anmerk.* zu VII, 3, 2.

pro vexatione. In Bezug auf die Beschwerlichkeiten der Reise, *Strapazen. Liv.* XLIII, 21, 8: *Cum ingenti* vexatione *praecipue iumentorum, altero die ad templum Iovis castra posuit.* Und so heisst es vollständig bei *Appulei. Met.* I, 19. *p.* 80. *ed. Oud.*: *post* itineris *tam saevi vexationem.* S. *Drakenb.* zu *Liv.* XLII, 55, 3.

Cap. II. In huius locum Artabanus, patruus eius, rex substituitur. Scythae autem contenti victoriae, depopulata Parthia, in patriam revertuntur. Sed Artabanus, bello Thogariis illato, in brachio vulneratus statim decedit. Huic Mithridates filius succedit, cui res gestae *Magni* cognomen dedere: quippe claritatem parentum, aemulatione virtutis accensus, animi magnitudine supergreditur. Multa igitur bella cum finitimis magna virtute gessit, multosque populos Parthico regno addidit. Sed et cum Scythis prospere aliquoties dimicavit, ultorque iniuriae parentum fuit. Ad postremum Ortoadisti, Armeniorum regi, bellum intulit. Sed quoniam in Armeniam transitum facimus, origo eius paullo altius repetenda est. Neque enim silentio praeteriri tantum regnum fas est, quum fines eius post Parthiam omnium regnorum magnitudinem superent. Siquidem Armenia a Cappadocia usque mare Caspium undecies centum millia patet, sed in latitudinem

Cap. II. §. 1. *contenti victoriae.* So habe ich nach den trefflichen Mss. Fuldens. Thuan Leid. pr. schreiben zu müssen geglaubt. Zwar sind, wie *Ruhnken* zu *Vellei. Pat.* II, 88, 2: *vixit angusti clavi pene contentus*, richtig bemerkt, fast alle Beispiele unsicher, in welchen *contentus* nach Art der Adjectiva relativa mit dem Genitiv verbunden ist. Allein wie leicht war es, diese ungewöhnliche Verbindung bei dem so bekannten Worte *contentus* durch die gewöhnlichere zu verdrängen; sowie auch auf der andern Seite jene unmöglich von einem Abschreiber herrühren kann. Auch bei *Liv.* XXIV, 29, 7: *nec iam libertate contentos esse*, lesen viele Handschriften und die ältern Ausgaben *libertatis.* Vergl. *Heinsius* zu *Ovid. Met.* V, 169 und zu *Vellei. Pat.* II, 88, 2.

depopulata. Passive, wie bei *Caes. B. G.* I, 11; *sese, depopulatis agris, non facile ab oppidis vim hostium prohibere.* S. die *Anmerk.* VII, 3, 2.

§. 3. *supergreditur. Supergredi* hier in der Bedeutung *übertreffen.* Ebenso XLIV, 5, 6: *siquidem utriusque res gestas* supergressus. *Tacit. An.* XIII, 45: *mater eius aetatis suae feminas pulchritudine* supergressa.

§. 8. *post Parthiam. Post* von der Rangordnung kommt nicht gar zu häufig vor. *Plin. H. N.* XXXIII, 2, 8: *equester ordo et nunc* post *populum scribitur, quia novissime coeptus est adiici.* Daher bei *Sall. Cat.* 23, 7: *Sed ubi periculum advenit, invidia atque superbia* postfuere. Nicht hierher gehört wohl die Stelle bei *Cic. Acadd.* II, 1, 3: *ille rex* post *Alexandrum maximus.*

10 millia passuum septingenta porrigitur. Condita est autem ab Armenio, Iasonis Thessali comite: quem quum perditum propter insignem periculosamqne regno suo virtutem Pelias rex cuperet, denuntiata militia, in Colchos eum abire iubet, pellemque arietis memorabilem gentibus reportare; sperans interitum viri aut ex periculis tam longae 11 navigationis, aut ex bello tam profundae barbariae. Igitur Iason, divulgata opinione tam gloriosae expeditionis, quum ad eum certatim principes iuventutis totius ferme orbis concurrerent, exercitum fortissimorum virorum, qui 12 *Argonautae* cognominati sunt, comparavit: quem quum magnis rebus gestis incolumem reduxisset, rursus a Peliae filiis Thessalia magna vi pulsus, cum ingenti multitudine, quae ad famam virtutis eius ex omnibus gentibus quotidie confluebat, comite Medea uxore, quam repudiatam miseratione exsilii rursum receperat, et Medio privigno, ab Aegeo, rege Atheniensium, genito, Colchos repetivit, socerumque Aeëtam regno pulsum restituit.

§. 12. *magna vi pulsus.* Ich bin *Abr. Gronov* gefolgt, welcher die Lesart von fünf Handschriften, denen der Krakauer, und, wie es scheint, auch der Prager Cod. beitritt, aufgenommen hat. Gewöhnlich wird gelesen: *Thessalia pulsus, magna vi cum multitudine;* welches in jeder Hinsicht unstatthaft ist.

ab Aegeo — genito. Aus unserer, so wie auch aus andern Stellen widerlegt sich die Behauptung *Zumpt's, Gr. Cap.* 71. 1. §. 451, dass bei den Participien *natus, genitus, ortus, satus etc.* nicht die Präposition, sondern nur der blosse Ablativ gesetzt werde. Schon an sich ist kein Grund abzusehen, warum gerade die Participia ohne Präposition construirt werden sollen, da doch die übrigen Formen dieser Verba mit derselben construirt werden. *Pseudo-Cic. p. red.* 2, 5: a *parentibus, id quod necesse erat, parvus sum procreatus*, a *vobis natus sum consularis. Corn. Nep. Att.* 18, 3: *notans, qui* a *quo ortus. Cic. Tusc.* I, 23, 53: *Nam e principio oriuntur omnia, ipsum autem nulla ex re alia nasci potest. Nec enim esset principium, quod gigneretur aliunde; quod si nunquam oritur, ne occidit quidem unquam; nam principium exstinctum nec ipsum* ab *alio renascetur, nec* a *se aliud creabit, siquidem necesse est* a *principio oriri omnia. Ovid. Met.* I, 431: *et* ab *his oriuntur cuncta duobus. Tacit. Hist.* I, 16, 3: *Generari et nasci* a *principibus fortuitum est. Ovid. Fast.* IV, 33: *Tros est generatus* ab *illo.* Und so ist es auch mit obigen Participien, welche nicht selten die Präposition bei sich haben.

Cap. III. Magna deinde bella cum finitimis gessit; captasque civitates partim regno soceri, ad abolendam superioris militiae iniuriam, qua et filiam eius Medeam abduxerat, et filium Aegialeum interfecerat, adiunxit; partim populis, quos secum adduxerat, assignavit: primusque humanorum post Herculem et Liberum, qui reges 1 2

Horat. Carm. II, 3, 21: *Prisco* natus ab *Inacho*. *Cic. Phil.* IV, 2, 1: a *quo* (marte) *populum Romanum* generatum *accepimus*. *Ovid. Fast.* III, 425: Ortus ab *Aenea tangit cognata sacerdos numina*. Der Unterschied, welchen neulich *Hand* aufgestellt hat, indem er bemerkt *Turselin.* I, *p.* 25: „*Latini, quum* patre Marte natus *dicebant, non ad ipsam gignendi actionem vel voluntatem respiciebant, sed cogitabant eum, qui patrem Martem haberet. Ubi ipsam genituram voluissent, etiam participio addidissent praepositionem*" — scheint mehr gesucht, als wahr zu seyn; wenigstens einer gewissen Einschränkung zu bedürfen. Allerdings wird die Präposition nöthig seyn, wenn der Act der Zeugung berücksichtigt werden soll; dass aber die Lateiner dieselbe auch bei jenen Participien hinzufügten, ohne gerade denselben hervorheben zu wollen, geht theils aus den obigen, so wie aus den nachfolgenden Stellen hervor. *Horat. Sat.* I, 5, 55: Ab *his maioribus* orti; dagegen ohne allen Unterschied I, 6, 10: *viros* nullis maioribus *ortos*. *Liv.* XXXV, 47, 5: *se* oriundum a *Magno Alexandro ferens*, wo *Drakenborch* zu vergleichen ist. *Ovid. Met.* IV, 606: *Solus Abantiades*, ab origine cretus *eadem;* durch welche Stelle sich vielleicht bei *Corn. Nep. Att.* 1, 1 das viel besprochene und fast allgemein verworfene, *Atticus* ab origine ultima *stirpis romanae* generatus, vertheidigen lässt.

Cap. III. §. 1. *filium Aegialeum.* Ehemals wurde *Aegialium* gelesen; die richtige, auch durch Handschriften bestätigte Form hat schon früher *Muncker* zu *Hygin. Fab.* XXIII. *p.* 61 hergestellt nach *Diodor.* IV. *p.* 248 und *Cic. N. D.* III, 19, 48: *quid Medeae respondebis, quae duobus avis Sole et Oceano, Aeëta patre, matre Ilyia, procreata est? quid huius Absyrto fratri, qui est apud Pacuvium* Aegialeus; *sed illud nomen veterum literis est usitatius;* welche Stelle *Scheffer* nicht kannte, und deshalb den Namen *Aegialeum*, mit *Faber* für ein Glossem hielt, obgleich die Concinnität der Stelle hier ein Nomen proprium durchaus verlangt.

§. 2. *humanorum.* *Humanus* steht bisweilen für *homo*. So bei *Cic. ad Att.* XIII, 21: *possum falli, ut* humanus. *Ovid. Fast.* II, 503:

Pulcher et humano *maior trabeaque decorus.*
Romulus in media visus adesse via.

Vergl. *Gronov* zu *Liv.* VIII, 9, 10. *Drakenb.* zu *Sil. It.* VII, 5. *Graevius* zu *Cic. ad Att. l. l.*

Orientis fuisse traduntur, eam coeli plagam domuisse di-
3 citur. Populis quibusdam Recam et Amphistratum, au-
4 rigas Castŏris et Pollucis, duces assignavit. Cum Alba-
nis foedus percussit: qui Herculem ex Italia ab Albano
monte, quum, Geryŏne exstincto, armenta eius per Ita-
liam duceret, secuti dicuntur: quique memores Italicae
originis exercitum Cn. Pompeii bello Mithridatico *fratres*
5 salutavere. Itaque Iasoni totus ferme Oriens, ut condi-
tori, divinos honores templaque constituit: quae Parme-
nio, dux Alexandri Magni, post multos annos dirui ius-
sit, ne cuiusquam nomen in Oriente venerabilius, quam
6 Alexandri esset. Post mortem Iasonis Medius, aemulus
virtutis eius, in honorem matris Medeam urbem condidit;
regnumque ex nomine suo Medorum constituit, sub cuius
maiestate Orientis postea imperium fuit. Albanis vicinae
7 Albanis vicinae Amazŏnes sunt: quarum reginam Thale-
strem concubitum Alexandri petisse, multi auctores pro-
8 didere. Armenius quoque et ipse Thessalus, unus de
numero ducum Iasonis, recollecta multitudine, quae amis-
9 so Iasone rege passim vagabatur, Armeniam condidit: a
cuius montibus Tigris fluvius modicis primo incrementis
nascitur, interiecto deinde aliquanto spatio, sub terras
mergitur; atque ita post quinque et viginti millia passuum
grande iam flumen in regione Sophene emergit, ac sic in
paludes Euphrātis recipitur.

1 Cap. IV. Igitur Mithridates, rex Parthorum, post
bellum Armeniae, propter crudelitatem a senatu Parthico
2 regno pellitur. Frater eius Orodes, quum regnum va-
cans occupasset, Babyloniam, quo Mithridates confuge-
rat, diu obsidet; et fame coactos in deditionem oppida-
3 nos compellit. Mithridates autem, fiducia cognationis,
4 ultro se in potestatem Orodis tradit. Sed Orodes plus
hostem, quam fratrem cogitans, in conspectu suo truci-
dari eum iussit, et post haec bellum cum Romanis gessit,
Crassumque imperatorem cum filio et omni exercitu Ro-

§. 4. *Geryone exstincto, armenta eius.* Hinsichts der Construction siehe die *Anmerk.* zu II, 4, 24.

mano delevit. Huius filius Pacorus, missus ad perse- 5
quendas Romani belli reliquias, magnis rebus in Syria gestis, in Parthiam patri suspectus revocatur; quo absente exercitus Parthorum, relictus in Syria, a Cassio, quaestore Crassi, cum omnibus ducibus trucidatur. His ita 6
gestis, non magno post tempore Romanis inter Caesarem Pompeiumque civile bellum oritur: in quo Parthi Pompeianarum partium fuere, et propter amicitiam cum Pompeio bello Mithridatico iunctam, et propter Crassi necem, cuius filium in partibus Caesaris esse audierant; quem ultorem patris, victore Caesare, futurum non deliberabant. Itaque victis partibus Pompeianis, et Cassio et Bruto auxi- 7
lia adversus Augustum et Antonium misere; et post belli finem rursum Pacoro duce, inita cum Labieno societate, Syriam et Asiam vastavere; castraque Ventidii, qui post Cassium, absente Pacoro, exercitum Parthicum fuderat, magna mole aggrediuntur. Sed ille, simulato timore, 8
diu se continuit, et insultare Parthos aliquantisper passus est. Ad postremum in securos laetosque partem legionum emisit: quarum impetu fusi Parthi in divera abiere. Pacorus quum fugientes suos abduxisse secum legiones 9
Romanas putaret, castra Ventidii, veluti sine defensoribus, aggreditur. Tum Ventidius, reliqua parte legio- 10

Cap. IV, §. 6. *non deliberabant.* So habe ich nach den Handschriften des *Bongarsius* und mehreren anderen schreiben zu müssen geglaubt, wie auch schon *Wasse* zu *Sall. Fragm.* I. *c.* 12 ändern wollte. Gewöhnlich wird *dubitabant* gelesen, welches nichts weiter als eine Erklärung von *deliberabant* ist. *Deliberare* wird nämlich, wiewohl etwas selten so gebraucht, dass es durch *dubitare* erklärt werden kann. Aus der eigentlichen Bedeutung dieses Verbi ergiebt sich jedoch, dass jene Bedeutung nur stattfinden könne in der Verbindung mit einer Negative, wie an unserer Stelle: Sie überlegten, berathschlagten gar nicht, dass er seinen Vater rächen würde; es war ihnen dies vielmehr gewiss. So auch bei *Minuc. Fel. c.* 35: *Eos autem merito torqueri, qui deum nesciunt, ut impios, ut iniustos, nemo* deliberat. *Liv.* VII, 35, 8: *Neque enim, maneatis, an aleatis hinc,* deliberari *potest, quum praeter arma et animos armorum memores nihil vobis fortuna reliqui fecerit, fameque et siti moriendum sit, si plus, quam viros ac Romanos decet, ferrum timeamus.*

num emissa, universam Parthorum manum cum rege ipso Pacoro interfecit: nec ullo bello Parthi umquam maius 11 vulnus acceperunt. Haec quum in Parthia nuntiata essent, Orodes, pater Pacori, qui paullo ante vastatam Syriam, occupatam Asiam a Parthis audierat, victoremque Pacorum Romanorum gloriabatur, repente filii morte, et exer- 12 citus clade audita, ex dolore in furorem vertitur. Multis diebus non alloqui quemquam, non cibum sumere, non 13 vocem mittere, ita ut etiam mutus factus videretur. Post multos deinde dies, ubi dolor vocem laxaverat, nihil aliud, quam Pacorum vocabat: Pacorus illi videri, Pacorus audiri videbatur; cum illo loqui, cum illo consistere: interdum 14 quasi amissum flebiliter dolebat. Post longum deinde luctum, alia sollicitudo miserandum senem invadit, quem ex numero triginta filiorum in locum Pacori regem destinet. 15 Multae pellices, ex quibus generata tanta iuventus erat, pro 16 suis quaeque sollicitae animum senis obsidebant. Sed fatum Parthiae fecit, in qua iam quasi sollemne est reges parri-

§. 10. *cum rege ipso.* So die *Anmerk.* zu VI, 1, 3: *Cyri quondam* regis.

§. 12. *vocem mittere.* Einige Handschriften lesen e*mittere;* beides ist gebräuchlich. Doch darf man nicht verkennen, dass durch *emittere* mehr auf das *aus dem Innern heraus* hingedeutet, und demnach mit Nachdruck und besonders da angewendet werde, wo die begleitenden Umstände Zwang und Anstrengung auflegen, wie bei *Cic. in Verr.* VI, 37: *Cur cogis sodalis filium hanc primam in foro vocem cum dolore et querimonia* emittere? Zur Vergleichung liefern *Abr. Gronov* zu unserer Stelle, und *Drakenb.* zu *Liv.* V, 51, 7 eine grosse Menge Beispiele. Hier entscheidet der Zusammenhang offenbar für das Simplex. Dagegen richtig XI, 15, 6: *nec incassum postremas voces* emissurus.

§. 16. *fatum Parthiae fecit. Fr. Gronov* änderte *fuit* statt *fecit,* wie auch in einer Handschrift gefunden und an andern Stellen gelesen wird. *Cic. Divin.* II, 8: *si enim* fatum fuit, *classes populi Romani bello Punico primo alteram naufragio, alteram a Poenis depressam interire .... Quod si* fatum fuit, *bello Punico secundo exercitum populi Romani ad lacum Trasimenum interire.* Mehrere Stellen liefert *Corte* zu *Sall. Cat.* 47, 2: *se tertium, cui* fatum foret, *urbis potiri.* Indess ist jene Aenderung nicht nöthig; denn insofern das vom Schicksal bestimmte Verhängniss unabänderlich ist, so wird ihm auch eine handelnde, eingreifende Kraft beigelegt. *Cic. Divin.* II, 8, 21: *si* fato *omnia* fiunt; *in Verr. Act.* I, 10, 29: *te non* fato, *ut ceteros ex vestra familia, sed*

cidas habere, ut sceleratissimus omnium, et ipse Phrahates nomine, rex statueretur.

Cap. V. Itaque statim, quasi nollet mori, patrem interfecit; fratres quoque omnes triginta trucidat. Sed nec in filiis cessant parricidia. Nam quum infestos sibi optimates propter assidua scelera videret, ne esset qui nominari rex posset, adultum filium interfici iubet. Huic Antonius, propter auxilium adversus se et Caesarem latum, bellum cum sedecim validissimis legionibus intulit: sed graviter multis proeliis vexatus a Parthia refugit. Qua victoria insolentior Phrahates redditus, quum multa crudeliter consuleret, in exsilium a populo suo pellitur. Itaque quum magno tempore finitimas civitates, ad postremum Scythas precibus fatigasset, Scytharum maxime auxilio in regnum restituitur. Hoc absente regem Parthi Tiridatem quendam constituerant: qui, audito adventu

1 2 3 4 5 6

opera sua consulem factum; *ad Fam.* XIV, 1, 3: *quae si* fato facta *putarem, ferrem facilius. Ovid. Met.* IX, 422: fata regunt *deos et Iovem;* vergl. III, 176. XV, 584. XIV, 844. *Ep.* VI, 28. *Valer. Flac.* IV, 432: *quod pellere saevam*

Quondam fata *luem* dederunt *Aquilone creatis*

Vergl. *Corte* zu *Lucan.* II, 133 und die von *Gronov* zu *Liv.* XXVI, 41, 9 gesammelten Stellen.

Cap. V. §. 1. *omnes triginta.* Nach der Mehrzahl der Handschriften hat man *omnes* vor *triginta* eingeschoben. *Bongarsius* hielt *triginta* für eine unpassende Glosse, weil Phrahates ja selbst einer von den dreissig Brüdern gewesen sei; wogegen *Bernegger* richtig bemerkt, dass die alten Schriftsteller bisweilen bei Erwähnung einer Corporation von Menschen, obgleich davon einer ausgenommen wird, nachher dennoch die ganze Zahl beibehalten, als wenn der vorher Ausgenommene mit eingeschlossen wäre. So in dem ersten Briefe an die Corinther *c.* 15, 5: καὶ ὅτι ἐτάφη, ὅτι ἐγήγερται τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφάς, καὶ ὅτι ὤφθη Κηφᾷ, εἶτα τοῖς δώδεκα. Vergl. die Interpreten zu *Valer. Max.* IX, 2, 6.

§. 5. *Scytharum maxime auxilio.* So lesen zwei Handscriften und die Ed. Rom. Gewöhnlich steht in den Ausgaben *maximo*, welches ich an unserer Stelle nicht geradezu verwerfen möchte. Eine gleiche Verwechselung in den Handschriften hatten wir XXIV, 8, 14: *super haec* maxime *pervigilii malum*, wo die Anmerkung nachzusehen ist. Auch findet sich dieselbe bei *Div.* III, 45: *Quum multitudo Icilii* maxime *interventu resisti posse Appio crederet.* Vergl. *Drakenb.* zu V, 40, 5: *Alia* maxime *plebis turba.*

Scytharum, cum magna amicorum manu ad Caesarem, in Hispaniam bellum tunc temporis gerentem, profugit, obsidem Caesari minimum filium Phrahatis ferens, quem
7 negligentius custoditum rapuerat. Quo cognito, Phrahates legatos statim ad Caesarem mittit, *servum suum Tiridatem, et filium remitti sibi* postulat. Caesar, et legatione Phrahatis audita, et Tiridatis postulatis cognitis,
8 (nam et ipse restitui in regnum desiderabat, *iuris Romanorum futuram Parthiam* affirmans, *si eius regnum muneris eorum fuisset*) *neque Tiridatem dediturum se Parthis* dixit, *neque adversus Parthos Tiridati auxilia*
9 *daturum*. Ne tamen per omnia nihil a Caesare obtentum videretur, Phrahati filium sine pretio remisit; et Tiridati, quoad manere apud Romanos vellet, opulentum
10 sumptum praeberi iussit. Post haec finito Hispaniensi bello, quum in Syriam ad componendum Orientis statum venisset, metum Phrahati incussit, ne bellum Parthiae
11 vellet inferre. Itaque tota Parthia captivi ex Crassiano sive Antonii exercitu recollecti, signaque cum his militaria Augusto remissa. Sed et filii nepotesque Phrahatis obsides Augusto dati: plusque Caesar magnitudine nominis sui fecit, quam armis alius imperator facere potuisset.

§. 6. *in Hispaniam.* Ich habe die gewöhnliche Lesart beibehalten, wiewohl mehrere Handschriften *in Hispania* geben, welches von einigen Herausgebern aufgenommen worden ist. S. die *Anmerk.* zu III, 1, 1: *bello* in Graeciam *infeliciter gesto.*

§. 10. *metum Phrahati incussit.* Einige ältere Ausgaben lesen *iniunxit*, welches *Vorstius* zu voreilig aufgenommen hat. IX, 7, 11: incussa *populo superstitione.* *Liv.* XXXIII, 26, 9: *repentinaque eorum audacia* terrorem *hosti, paulo ante ultro lacessenti*, incussit. XXXI, 34, 3: *id* metum *pigritiamque* incussit. Vergl zu XXXVIII, 7, 8.

LIBER XLIII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Romani imperii initia. Urbis origo. Primi Italiae cultores et reges.
2. Rhea, Numitoris filia, Romulum et Remum parit, qui mira ratione educati emergunt.
3. Roma a Romulo et Remo condita: senatus constitutus: raptae Sabinae: vicini subacti. Phocaeënses Tarquinii temporibus Massiliam condunt, Liguribus invidentibus.
4. Varia Massiliensium fortuna, et felices successus.
5. Eorundem bella et foedera: itemque benevolentia et munificentia in Romanos.

CAPUT I.

Parthicis, Orientalibusque, ac totius propemodum orbis rebus expeditis, ad initia Romanae urbis Trogus, velut 1

Lib. LXIII.

Cap. I. §. 1. *rebus expeditis.* Mehrere Handschriften und alten Ausgaben lesen *explicitis*, welches offenbar eine Glosse von *expeditis* ist. *Expedire* in der Bedeutung von *explicare*, *exponere* kommt auch anderwärts vor. *Sall. Iug.* 5, 3: *Sed priusquam huiuscemodi rei initium* expedio. *Pomp. Mela Prooem.* §. 2: *Ac primo quidem quae sit forma Totius, quae maximae Partes, quo singulae modo sint atque habeantur,* expediam. *Terent. Eun.* IV, 4, 17: *agedum, hoc mihi* expedi: *primum, unde habes istam vestem.* V, 6, 20: *sed istuc, quidquid est, primum* expedi. *Appulei. Apol.* 484: *quod, cur quaeque facta sint,* expediant. *Phaedr. Fab.* III, 14, 6: *Heus, inquit, sapiens* expedi, *quid fecerim.* IV, 5, 14: *Iuris peritos consulit, nemo* expedit. *Cic. N. D.* I, 4: *Sin autem quis requirit, quae causa nos impulerit, ut haec tam sero literis mandaremus, nihil est quod* expedire *tam facile possimus. Virg. Georg.* IV, 149:

Nunc age, naturas apibus quas Iupiter ipse
Addidit, expediam.

post longam peregrinationem domum revertitur, ingrati civis officium existimans, si, quum omnium gentium res
2 gestas illustraverit, de sola tantum patria taceat. Breviter igitur initia Romani imperii perstringit; ut nec modum propositi operis excedat, nec utique originem urbis, quae
3 est caput totius orbis, silentio praetermittat. Italiae cultores primi Aborigines fuere, quorum rex Saturnus tantae iustitiae fuisse traditur, ut neque servierit sub illo quisquam, neque quidquam privatae rei habuerit; sed omnia communia et indivisa omnibus fuerint, veluti unum cunctis
4 patrimonium esset. Ob cuius exempli memoriam cautum est, ut Saturnalibus, exaequato omnium iure, passim in
5 conviviis servi cum dominis recumbant. Itaque Italia regis nomine *Saturnia* appellata est; et mons, in quo habitabat, *Sartunius*: in quo nunc, veluti a Iove pulso se-
6 dibus suis Saturno, Capitolium est. Post hunc tertio loco regnasse Faunum ferunt, sub quo Evander ab Arcadiae urbe Pallanteo in Italiam cum mediocri turba popularium venit: cui Faunus et agros, et montem, quem ille
7 postea *Palatium* appellavit, benigne assignavit. In huius radicibus templum Lyceo, quem Graeci *Pana*, Romani *Lupercum* appellant, constituit: ipsum Dei simulacrum nudum caprina pelle amictum est, quo habitu nunc Ro-
8 mae Lupercalibus decurritur. Fauno fuit uxor nomine Fatua, quae assidue divino spiritu impleta, velut per furorem futura praemonebat. Unde adhuc, qui inspirari

ingrati civis officium. Man hat nicht nöthig *indicium* zu ändern, wie *Freinsheim* wollte, oder *officium* nach *Scheffer* gar zu streichen. *Officium* ist bisweilen im Allgemeinen die Verrichtung, Geschäft, die Handlung, in welcher sich die Eigenthümlichkeit einer Person und Sache ausspricht. *Cic. Fin.* IV, 14, 36: *Quum enim constet inter omnes, omne officium munusque sapientiae in hominis vultu esse occupatum.*

§. 8. *futura praemonebat. Gronov* wollte die durch handschriftliche Auctorität nur schwach unterstützte Lesart *praecinebat*, welches an unserer Stelle nur eine fremde Aenderung zu seyn scheint, wiewohl *canere* sonst in dieser Verbindung häufig vorkommt. S. die *Anmerk.* zu VII, 6, 2. — *Ovid. Met.* XV, 782:

Signa tamen luctus dant haud incerta futuri:
Arma ferunt nigras inter crepitantia nubes

solent, *fatuari* dicuntur. Ex filia Fauni et Hercule, qui 9
eodem tempore, exstincto Geryone, armenta, victoriae
praemia, per Italiam ducebat, stupro conceptus Latinus
procreatur. Quo tenente regnum Aeneas ab Ilio, Troia 10
a Graecis expugnata, in Italiam venit; statimque bello ex-
ceptus, quum in aciem exercitum eduxisset, ad colloquium
vocatus, tantam admirationem sui Latino praebuit, ut et
in societatem regni reciperetur, et, Lavinia in matrimo-
nium ei data, gener adsciscerétur. Post haec commune 11
utriusque bellum adversus Turnum, Rutulorum regem,
propter fraudatas Laviniae nuptias, fuit: in quo et Tur-
nus et Latinus interierunt. Igitur quum Aeneas iure vi- 12
ctoriae utroque populo potiretur, urbem ex nomine uxo-
ris Lavinium condidit. Bellum deinde adversus Mezen- 13
tium, regem Etruscorum, gessit: in quo quum ipse occi-
disset, in locum eius Ascanius filius successit; qui, Lavi-
nio relicto, Longam Albam condidit, quae trecentis an-
nis caput regni fuit.

Cap. II. Post multos deinde urbis huius reges ad po- 1
stremum Numitor et Amulius regno potiti sunt. Sed Amu- 2
lius, quum aetate priorem Numitorem oppressisset, filiam
eius Rheam in perpetuam virginitatem, ne quis vindex re-
gni sexus virilis ex gente Numitoris oriretur, demersit;
addita iniuriae specie honoris, ut non damnata, sed sa-
cerdos electa videretur. Igitur clausa in luco Marti sacro 3
duos pueros, incertum stupro, an ex Marte conceptos,
enixa est. Quo cognito Amulius, multiplicato metu pro- 4
ventu duorum, pueros exponi iubet; et puellam vinculis

Terribilesque tubas auditaque cornua coelo
Praemonuisse *nefas.*

Heroid. XVII, 240:

Et vatum timeo monitus, quos igne Pelasgo
Ilion arsuram praemonuisse *ferunt.*

§. 11. *propter fraudatas nuptias. Fraudare* ist hier soviel als ἀποστερεῖν; gewöhnlich sagt man *fraudare aliquem aliqua re*; seltener *fraudare aliquid. Caes. B. C.* III, 59: *despiciebant suos* stipendiumque *equitum* fraudabant. *Hygin. Fab.* LXXXIX: *Quod et ipsum Laomedon* fraudavit, wo *Muncker* nachzusehen ist.

onerat, ex quorum iniuria decessit. Sed Fortuna, origini Romanae prospiciens, pueros lupae alendos obtulit; quae, amissis catulis, distenta ubera exinanire cupiens, nutricem se infantibus praebuit. Quum saepius ad parvulos, veluti ad catulos, reverteretur, rem Faustulus pastor animadvertit, subtractosque ferae inter greges pecorum agresti vita nutrivit. Martios pueros fuisse, sive quod in luco Martis enixi sunt, sive quod a lupa, quae in tutela Martis est, nutriti, velut manifestis argumentis creditum. Nomina pueris, alteri *Remo*, alteri *Romulo* fuere. Adultis inter pastores, de virtute quotidiana certamina et vires et pernicitatem auxere. Igitur quum latrones a rapina pecorum industrie frequenterque submoverent, Remus ab iisdem latronibus captus, veluti ipse esset, quod in aliis prohibebat, regi offertur: crimini datur, quasi greges Numitoris infestare solitus esset. Tunc a rege Numitori in ultionem traditur. Sed Numitor adolescentia iuvenis permotus, et in suspicionem expositi nepotis adductus, quum eum nunc lineamentorum filiae similitudo, nunc aetas expositionis temporibus congruens anxium tenerent, repente Faustulus cum Romulo supervenit: a quo, cognita origine puerorum, facta conspiratione, et adolescentes in ultionem maternae necis, et Numitor in vindictam erepti regni armantur.

Cap. III. Occiso Amulio, regnum Numitori restituitur, et urbs Romana ab adolescentibus conditur. Tunc et senatus centum seniorum, qui *Patres* dicti sunt, constituitur: tunc et vicinis, connubia pastorum dedignanti-

Cap. II. §. 7. *Martios pueros fuisse.* Ohne allen Grund wollte *Scheffer* ändern *Martis eos.* Bekannt ist die Benennung des Romulus und Remus bei *Ovid. Fast.* III, 59: Martia *ter senos* proles *adoleverat annos.* Auf gleiche Weise heisst es von dem römischen Volke bei *Flor.* III, 3, 2: *petentes ut* Martius populus *aliquid sibi terrae daret;* wofür *Sil. Ital.* XII, 582. *Populus Martigena* sagt. *Liv.* X, 27, 9: *Hinc victor Martius lupus, integer et intactus,* gentis *nos* Martiae *et conditoris nostri admonuit.* Vergl. *Duker* zu *Liv.* XXXVIII, 17, 18.

enixi sunt. In passivem Sinne. S. die *Anmerk.* zu VII, 3, 2. und XXX, 2, 4.

bus, virgines Sabinae rapiuntur; finitimisque populis armis subiectis, primum Italiae, et mox orbis imperium quaesitum. Per ea adhuc tempora reges hastas pro diademate habebant, quas Graeci *sceptra* dixere. Nam et ab origine rerum pro Diis immortalibus veteres hastas coluere: ob cuius religionis memoriam adhuc Deorum simulacris hastae adduntur. Temporibus Tarquinii regis ex Asia Phocensium iuventus, ostio Tiberis invecta, amicitiam cum Romanis iunxit: inde in ultimos Galliae sinus navibus provecta Massiliam inter Ligures et feras gentes Gallorum condidit; magnasque res, sive dum armis se adversus Gallicam feritatem tuentur, sive dum ultro lacessunt, a quibus fuerant ante lacessiti, gesserunt. Namque Phocenses exiguitate ac macie terrae coacti studiosius mare, quam terras exercuere: piscando, mercando, plerumque etiam latrocinio maris, quod illis temporibus gloriae habebatur, vitam tolerabant. Itaque in ultimam Oceani oram procedere ausi in sinum Gallicum ostio Rhodani amnis devenere: cuius loci amoenitate capti, reversi domum, referentes quae viderant, plures sollicitavere. Duces classis Simos et Protis fuere. Itaque regem Segobrigiorum, Nannum nomine, in cuius finibus urbem condere gestiebant, amicitiam petentes conveniunt. Forte eo die rex occupatus in apparatu nuptiarum Gyptis filiae erat; quam, more gentis, electo inter epulas genero, nuptum tradere illic parabat. Itaque quum ad nuptias invitati omnes proci essent, rogantur etiam Graeci hospites

3 4 5 6 7 8 9 10

Cap. III. §. 3. *Per ea adhuc tempora.* *Adhuc* wird auch von einer vergangenen Zeit in der Erzählung gebraucht. I, 1, 5: *rudes* adhuc *ad resistendum populos terminos usque Libyae perdomuit.* §. 10: *Hoc occiso et ipse decessit relicto impubere* adhuc *filio Ninya.*

§. 4. *Phocensium.* S. die *Anmerk.* zu XXXVII, 1, 1.

§. 10. *proci essent.* Diese richtige Lesart hat *Graevius* nach einigen alten Ausgaben hergestellt. Sonst wurde *processissent* gelesen, welches weder der Latinität angemessen ist, noch einen vernünftigen Sinn giebt, indem *omnes* zu unbestimmt steht. Die Lesart *processissent* ist dadurch entstanden, dass die einzelnen Wörter von den Abschreibern nicht getrennt wurden, wie dies häufig auch in andern Fällen geschehen ist. So lesen fast alle Handschriften bei *Liv.* IV, 37, 6: *quod victoris*

11 ad convivium. Introducta deinde virgo, quum iuberetur a patre aquam porrigere ei, quem virum eligeret, tunc omissis omnibus ad Graecos conversa aquam Proti porrigit; qui factus ex hospite gener locum condendae urbis 12 a socero accepit. Condita igitur Massilia est prope ostia Rhodani amnis, in remoto sinu, veluti in angulo maris. 13 Sed Ligures incrementis urbis invidentes, Graecos assiduis bellis fatigabant; qui pericula propulsando in tantum enituerunt, ut, victis hostibus, in captivis agris multas colonias constituerent.

1 CAP. IV. Ab his igitur Galli et usum vitae cultioris, deposita et mansuefacta barbaria, et agrorum cultus, et 2 urbes moenibus cingere didicerunt. Tunc et legibus, non armis vivere; tunc et vitem putare, tunc olivam serere

populi adversus victos duxisset, statt des richtigen *dux esset*, welches sich nur in einer Handschrift findet. Andere Nachweisungen in dieser Hinsicht findet man bei *Drakenb.* zu *Liv.* I, 49, 9.

rogantur — ad convivium. I. e. *rogantur, ut veniant ad convivium.* Allerdings ein Germanismus, welchen ich jedoch nicht mit *Graevius* durch die Aenderung *vocantur* verdrängen möchte, da auch in andern Verbindungen diese, wenn man will, elliptische Art zu reden vorkommt; besonders wird *promittere ad coenam* so gebraucht von dem, *qui promittit se ad coenam venturum esse;* und im Gegentheil *renuntiare ad coenam* von dem, *qui dicit se ad coenam non venturum esse.* Vergl. *Plaut. Menaech.* V, 2, 43: *Una opera prohibere,* ad coenam *ne* promittat, *postules. Stich.* IV, 2, 16: Ad coenam *hercle alio* promisi *foras. Cic. de Orat.* II, 7, 27: *Quidnam? inquit Catulus. Ut hic sitis hodie. Tum quum ille dubitaret, quod* ad fratrem promiserat *etc. Plaut. Stich.* IV, 2, 18: *Iube domi coenam coqui atque* ad illum renuntiari. *Senec. Suas.* 2. *p.* 19: *Ego illi* ad *prandium* promisissem, ad *coenam* renuntiassem. Vergl. *Vorstius de Lat. falso susp. c.* 17. *p.* 180.

§. 13. *captivis agris.* Eine Handschrift und die Ed. Iunt. lesen *captis*, welches nicht mit *Graevius* vorzuziehen, sondern vielmehr als eine spätere Aenderung anzusehen ist. Gemeiniglich wird zwar *captivus* von Menschen, *captus* aber von Sachen gebraucht. Allein dieser Unterschied ist nicht immer von den Alten beobachtet worden. So hatten wir II, 8, 3: *classe captiva.* V, 7, 2: *captivas naves*; vergl. *Caes. B. C.* II, 5. *Sall. Fragm. hist.* IV. *p.* 983. *ed. Cort.*: *post Attalum custodem* agri captivi *sumptibus et contumeliis ex rege miserrimum servorum effecere.* Vergl. *Drakenb.* zu *Liv.* VI, 22, 4.

consueverunt: adeoque magnus et hominibus et rebus impositus est nitor, ut non Graecia in Galliam emigrasse, sed Gallia in Graeciam translata videretur. Mortuo rege 3
Nanno Segobrigiorum, a quo locus acceptus condendae urbis fuerat, quum regno filius eius Comanus successisset, affirmat Ligur quidam, *quandoque Massiliam exitio finitimis populis futuram, opprimendamque in ipso ortu, ne mox validior ipsum obrueret.* Subnectit et illam fa- 4
bulam: *Canem aliquando partu gravidam locum a pastore precario petisse, in quo pareret: quo obtento, iterato petisse, ut sibi educare eodem in loco catulos liceret: ad postremum, adultis catulis, fultam domestico praesidio, proprietatem loci sibi vindicasse. Non aliter Massilienses, qui nunc inquilini videantur, quandoque dominos regionum futuros.* His incitatus rex insi- 6
dias Massiliensibus instruit. Itaque sollemni Floraliorum die multos fortes ac strenuos viros hospitii iure in urbem misit; plures sirpeis latentes, frondibusque supertectos induci vehiculis iubet; et ipse cum exercitu in proximis 7
montibus delitescit; ut, quum nocte a praedictis apertae portae forent, tempestive ad insidias adesset, urbemque somno ac vino sepultam armatis invaderet. Sed has insi- 8
dias mulier quaedam, regis cognata, prodidit, quae adulterare cum Graeco adolescente solita, in amplexu iuvenis, miserata formam eius, insidias aperuit, *periculumque de-*

5 *Non aliter Massilienses*

Cap IV. §. 7. *a praedictis.* Von den vorher genannten. *Praedicere* in der Bedeutung von *ante, supra dicere, ante mentionem facere* hat *Ruhnken* zu *Vellei. Pat.* II, 21. *p.* 135 mit Recht gegen *Burmann* zu *Valer. Flac.* VII, 72 der bessern Latinität zu vindiciren gesucht, so dass wir auch an unserer Stelle *Gronov's* Aenderung, *nocte praedicta*, keinesweges bedürfen. *Vellei. Pat.* I, 4, 1: *Chalcidenses, orti, ut* praedixim*us, Atticis;* und so oft bei Velleius. *Plin. H. N.* XII, 16: *Sembracena* praedictis *caret vitiis.* S. *Ruhnken ad l. l.*

armatis invaderet. Schwerlich ist dies die richtige Lesart; ich glaube, dass entweder *armatus* nach der Krakauer Handschrift, oder, was noch besser scheint, *armis* gelesen werden müsse.

§. 8. *miserata formam.* So lesen die alten Ausgaben, denen auch *Burmann* gefolgt ist. Für die gewöhnliche Lesart, *miserata form*ae, sprechen fast sämmtliche Handschriften. Zwar verbinden spätere Schrift-

9 *elinare* iubet. Ille rem statim ad magistratus defert, atque ita patefactis insidiis, cuncti Ligures comprehendun-
10 tur, latentesque de sirpeis protrahuntur. Quibus omnibus interfectis, insidianti regi insidiae tenduntur. Caesa
11 sunt cum ipso rege hostium septem millia. Exinde Massilienses festis diebus portas claudere, vigilias agere, stationes in muris observare, peregrinos recognoscere, curas habere, ac veluti bellum habeant, sic urbem pacis
12 temporibus custodire. Adeo illic bene instituta, non temporum necessitate, sed recte faciendi consuetudine servantur.

1 Cap. V. Post haec magna illis cum Liguribus, magna cum Gallis fuere bella: quae res et urbis gloriam auxit, et virtutem Graecorum, multiplicata victoria, celebrem
2 inter finitimos reddidit. Carthaginiensium quoque exercitus, quum bellum captis piscatorum navibus ortum es-
3 set, saepe fuderunt, pacemque victis dederunt; cum Hispanis amicitiam iunxerunt; cum Romanis prope ab initio conditae urbis foedus summa fide custodierunt, auxiliisque in omnibus bellis industrie socios iuverunt. Quae res illis et virium fiduciam auxit, et pacem ab hostibus prae-
4 stitit. Quum igitur Massilia et fama rerum gestarum, et abundantia opum, et virium gloria virente floreret, repente finitimi populi ad nomen Massiliensium delendum, veluti ad commune exstinguendum incendium, concur-
5 runt. Dux consensu omnium Catumandus regulus eligitur: qui, quum magno exercitu lectissimorum virorum urbem hostium obsideret, per quietem specie torvae mulie-

steller *miserari* auch mit dem Genitiv, wie dies *Muncker* zu *Hygin. Fab.* XCVIII und *Drakenb.* zu *Sil. Ital.* XI, 381 mit Beispielen gezeigt haben; allein wohl keinesweges unser Schriftsteller, welcher sonst sprachgemäss es mit dem Accusativ verbindet, wobei die Abweichungen, die von späterer Hand herrühren in einzelnen Handschriften an einigen Stellen, wie V, 9, 7, wo auch *crudelis* gefunden wird, und XV, 3, 5, wo mehrere Codd. *miseratus* lesen, nicht entscheiden können. Vergl. VIII, 5, 13. XII, 5, 4. XXVII, 1, 5. XXVIII, 4, 12. S. *Servius* zu *Virg. Aen.* I, 597.

Cap. V. §. 6. *petitoque.* S. die *Anmerk.* zu XXXII, 1, 9: *quaesito prius.*

ris, quae se Deam dicebat, exterritus ultro pacem cum Massiliensibus fecit; petitoque ut intrare illi urbem, et 6
Deos eorum adorare liceret, quum in arcem Minervae venisset, conspecto in porticibus simulacro Deae, quam per quietem viderat, repente exclamat, *illam esse, quae se nocte exterruisset; illam, quae recedere ab obsidione iussisset;* gratulatusque Massiliensibus, quod animadver- 7
teret, eos ad curam Deorum immortalium pertinere, torque aureo donata Dea, in perpetuum amicitiam cum Massiliensibus iunxit. Parta pace, et securitate fundata, re- 8
vertentes a Delphis Massiliensium legati, quo missi munera Apollini tulerant, audierunt urbem Romanam a Gallis captam incensamque. Quam rem domi nuntiatam publi- 9
co funere Massilienses prosecuti sunt; aurumque et argentum publicum privatumque contulerunt, ad explendum pondus Gallis, a quibus redemptam pacem cognoverant. 10
Ob quod meritum et immunitas illis decreta, et locus spectaculorum in senatu datus, et foedus aequo iure percussum. In postremo libro Trogus maiores suos a Vocon- 11
tiis originem ducere; avum suum Trogum Pompeium, Sertoriano bello, civitatem a Cn. Pompeio percepisse dicit; patruum, Mithridatico bello, turmas equitum sub eo- 12
dem Pompeio duxisse; patrem quoque sub Caio Caesare militasse, epistolarumque et legationum, simul et annuli curam habuisse.

§. 10. *in senatu.* I. e. *loco, ex quo senatores spectabant, inter senatores.* Auf gleiche Weise sagt *Sueton. Claud. c.* 25: *quum animadvertissent Parthos et Armenios sedentes* in senatu. *Domit. c.* 8: *licentiam theatralem promiscue* in equite *spectandi inhibuit. Nero c.* 12: *deinde in orchestram* senatumque *descendit.* Dieselbe Art zu reden findet sich bei den Griechen. *Aristoph. Av.* 793: ὁρᾷς τὸν ἄνδρα τῆς γυναικὸς ἐν βουλευτικῷ. S. *Casaubon. ad Suet. Claud. l. l.* Schwerlich wird man also *in senatu* mit *Kolbe* erklären können „*durch einen Senatsbeschluss.*“

LIBER XLIV.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Hispaniae nomen, situs, fertilitas, amnes, claustra, forma, salubritas.
2. Hispanorum mores: primus dux Viriatus.
3. Equarum Lusitanicarum fabula. Gallaecorum origo, divitiae, et miranda.
4. Habidis, Gallaeciae et finitimarum regionum principis, origo et conservatio, atque prudens regni administratio; item Geryonis, qui triplicis naturae fabulis dictus, regnum.
5. Carthaginiensium imperium. Praeclari eorundem duces violenta morte perierunt. Hispanos domat Caesar Augustus.

CAPUT I.

1 Hispania sicuti Europae terminos claudit, ita et huius
2 operis finis futura est. Hanc veteres ab Ibero amne primum *Iberiam*, postea ab Hispano *Hispaniam* cognomi-
3 naverunt. Haec inter Africam et Galliam posita Oceani freto et Pyrenaeis montibus clauditur. Sicut minor utra-
4 que terra, ita utraque fertilior. Nam neque, ut Africa,

Lib. XLIV.

Cap. I. §. 2. *ab Ibero — ab Hispano.* Bei Benennungen von etwas wird häufig die Präposition *a* gebraucht. VII, 1, 1: *Macedonia ante* a *nomine Emathionis regis — Emathia cognominata est.* XXXVI, 2, 2: *Nomen urbi* a *Damasco rege inditum. Liv.* I, 34, 3: *puero — a*b *inopia Egerio inditum nomen.* An andern Stellen wird dafür *ex* gebraucht, wie XXIII, 1, 12: *Bruttiosque se* ex *nomine mulieris vocaverunt.* XXX, 5, 9: ex *nomine ducis gentes Raetorum condiderunt.* XLIII, 1, 12: *urbem* ex *nomine uxoris Lavinium condidit. Anton. Liberal. c.* 8: ἐκ ταύτης καὶ Λοκροὶ πόλιν ἐν Ἰταλίᾳ Σύβαριν ἔκτισαν. Vergl. *Muncker* zu *Hygin. Fab.* IV, *p.* 21.

violento sole torretur, neque, ut Gallia, assiduis ventis fatigatur; sed media inter utramque, hinc temperato calore, inde felicibus et tempestivis imbribus in omnia frugum genera foecunda est: adeo ut non ipsis tantum incolis, verum etiam Italiae, urbique Romanae cunctarum rerum abundantiam sufficiat. Hinc enim non frumenti 5
tantum magna copia est, verum et vini, mellis, oleique; nec ferri solum materia praecipua est, sed et equorum pernices greges: nec summae tantum terrae laudanda bo- 6
na, verum et abstrusorum metallorum felices divitiae. Iam lini spartique vis ingens; minii certe nulla feracior terra. In hac cursus amnium non torrentes rapidique, ut no- 7
ceant; sed lenes, et vineis campisque irrigui, aestuariisque Oceani affatim piscosi, plerique etiam divites auro, quod in balucibus vehunt. Uno tantum Pyrenaei montis 8
dorso adhaeret Galliae; reliquis partibus undique in orbem mari cingitur. Forma terrae prope quadrata, nisi 9
quod artantibus freti litoribus in Pyrenaeum coit. Porro Pyrenaei montis spatium sexcenta millia passuum efficit. 10

§. 5. *summae tantum terrae.* Weniger passend wurde sonst *summa* gelesen. Mehrere Orts- und Zeitbestimmungen werden durch Adjectiva ausgedrückt, so dass eine Erklärung durch *pars* gemacht werden kann. *Summa terra* ist demnach soviel als *summa pars terrae*, die *Erdoberfläche*. *Gronov* hat schon verglichen *Senec. Benef.* IV, 6: *Latentium divitiarum in* summa terra *signa disposuit.* Ep. 90: *Quum incendio silvarum adusta tellus* in summo *venas iacentes liquefacta fudisset. Varro R. R.* I, 29: *radices, quae in* summa terra *sunt, praecidi. Plin.* XXI, 2: *Abrotono radix una et alte descendens, ceteris in* summa terra *haerens.* Ebenso steht *summum scutum* bei *Liv.* IX, 40, 2, wo *Drakenborch* nachzusehen ist. Eine treffliche Erläuterung dieses Sprachgebrauchs giebt *Bremi* zu *Corn. Con.* 1, 1: „Entweder werden nämlich mehrere Ganzen, Grössen u. s. w. mit einander oder Eine Grösse mit ihren Theilen verglichen, so dass z. B. *summa arbor* der *höchste Baum*, in Vergleichung mit andern Bäumen, oder der *höchste Theil* des einzigen Baumes, in Vergleichung mit seinen übrigen Theilen seyn kann.“ Vergl. *Zumpt Gr. Cap.* 84, 4. §. 685.

§. 7. *in balucibus.* D. i. *in Goldsand.* Diese ohne Zweifel richtige Lesart verdankt man der Vermuthung des *Salmasius ad Solin. p.* 277. Die gewöhnliche Lesart der Handschriften und alten Ausgaben, *in paludibus*, ist sinnlos.

Salubritas coeli per omnem Hispaniam aequalis, quia aëris spiritus nulla paludium gravi nebula inficitur. Huc accedunt et marinae aurae undique versus assidui flatus, quibus omnem provinciam penetrantibus, eventilato terrestri spiritu, praecipua hominibus sanitas redditur.

1 Cap. II. Corpora hominum ad inediam laboremque,
2 animi ad mortem parati. Dura omnibus et adstricta parcimonia. Bellum, quam otium malunt, si extraneus deest,
3 domi hostem quaerunt. Saepe tormentis pro silentio rerum creditarum immortui: adeo illis potior taciturnitatis
4 cura, quam vitae. Celebratur etiam bello Punico servi illius patientia, qui ultus dominum inter tormenta risu exsultavit, serenaque laetitia crudelitatem torquentium vicit.
5 Velocitas genti pernix, inquies animus: plurimis militares
6 equi, et arma, sanguine ipsorum cariora. Nullus in fe-

§. 10. *paludium.* Andere Ausgaben lesen nach einigen Handschriften *paludum,* wie bei *Caes. B. G.* IV, 38, wo jedoch auch die Variante *paludium* gefunden wird, und bei *Pomp. Mela* III, 3, 3, und an einigen andern Stellen, jedoch selten ohne Varianten. Diejenigen Wörter, welche auf *s* ausgehen, vor welchem noch eine lingualis steht, haben im Genitiv des Plurals *ium;* richtiger also *paludium.* Daher ist auch von *civitas* diese Form vorzuziehen, welche sich nicht allein im ganzen Livius, sondern auch durchgängig im Justin findet, wiewohl an einzelnen Stellen einige Ausgaben *civitatum* lesen. So ist auch mit Recht von *Heusinger* bei *Cic. Off.* III, 18 ext. die Lesart *fraudium* vorgezogen worden. Von obiger Regel machen aber diejenigen Wörter eine Ausnahme, welche im Genitiv eine kurze Penultima annehmen, wie *miles, obses, pes, pecus etc.,* und die auf *tus* mit langer Penultima, so wie auch *laus* gewöhnlich nur *laudum* bildet.

Cap. II. §. 3. *potior taciturnitatis cura.* So wird jetzt in den bessern Ausgaben nach vier Handschriften gelesen, denen die Krakauer beitritt; sonst fortior — *cura.* Ob sich diese Verbindung durch Beispiele vertheidigen lasse, möchte sehr bezweifelt werden. Dagegen bei *Liv.* XLII, 47, 9: *Vicit tamen ea pars senatus, cui* potior *utilis, quam honesti* cura *est.*

§. 5. *inquies animus.* Auch hier haben, wie an andern Stellen, die Abschreiber in einigen Handschriften *inquies* in das bekanntere *inquietus* verändert. *Vellei. Pat.* II, 78: *in quo tamen* animus inquies *manere non potuit.* S. *Corte* zu *Sall. Fragm. p.* 934. *Oudendorp* zu *Appulei. Met.* II. *p.* 128. *Ruhnken* zu *Vellei. Pat.* II, 68. *p.* 300. Doch haben wir auch oben XLI, 3, 8: *Semper aut in externos aut in domesticos motus* inquieti.

stos dies epularum apparatus. Aqua calida lavari, post secundum bellum Punicum a Romanis didicere. In tanta 7
seculorum serie nullus illis dux magnus praeter Viriatum fuit; qui annis decem Romanos varia victoria fatigavit: adeo feris propiora, quam hominibus, ingenia gerunt. Quem ipsum, non iudicio populi electum, sed ut cavendi scientem, declinandorumque periculorum peritum, secuti sunt. Cuius ea virtus continentiaque fuit, ut, quum 8
consulares exercitus frequenter vicerit, tantis rebus gestis, non armorum, non vestis cultum, non denique victum mutaverit; sed in eo habitu, quo primum bellare coepit, perseveravit, ut quivis gregarius miles ipso imperatore opulentior videretur.

Cap. III. In Lusitanis iuxta fluvium Tagum vento 1
equas foetus concipere multi auctores prodidere. Quae fabulae ex equarum foecunditate, et gregum multitudine natae sunt: qui tanti in Gallaecia et Lusitania, ac tam pernices visuntur, ut non immerito vento ipso concepti videantur. Gallaeci autem Graecam sibi originem asse- 2
runt: siquidem post finem Troiani belli Teucrum, morte Aiācis fratris invisum patri Telamoni, quum non reciperetur in regnum, Cyprum concessisse, atque ibi urbem nomine antiquae patriae Salaminam condidisse; inde, accepta opinione paternae mortis, patriam repetisse. Sed 3
quum ab Eurysace, Aiacis filio, accessu prohiberetur, Hispaniae litoribus appulsum loca, ubi nunc est Carthago Nova, occupasse; inde Gallaeciam transisse, et positis sedibus genti nomen dedisse. Gallaeciae autem portio 4
Amphilochi dicuntur. Regio cum aeris ac plumbi uberrima, tum et minio, quod etiam vicino flumini nomen de-

Cap. III. §. 2. *nomine antiquae patriae.* *Wopkens* wollte vor *nomine* die Präposition *ex* einschieben; welches vielleicht nicht nöthig, wenn gleich sonst gewöhnlicher ist. S. die *Anmerk.* zu *c.* 1. §. 2. Vergl. XLIII, 1, 5: *Itaque Italia regis* nomine *Saturnia appellata est.* Hinsichts der Lesart *Salamina*, welche sich in einigen Handschriften findet, ist die *Anmerk.* zu II, 6, 12 nachzusehen.

§. 4. *tum et minio.* Auffallend ist der Wechsel der Construction, weshalb *Faber* auch *minii* ändern, *Scheffer* aber *minio* mit dem folgenden *ditissima* verbinden wollte. Beides ist unnöthig; denn auch ander-

5 dit. Auro quoque ditissima, adeo ut etiam aratro fre-
6 quenter glebas aureas exscindant. In huius gentis finibus sacer mons est, quem ferro violari nefas habetur: sed si quando fulgure terra proscissa est, quod in his locis assidua res est, detectum aurum, velut Dei munus, collige-
7 re permittitur. Feminae res domesticas, agrorumque
8 culturas administrant; ipsi armis, et rapinis serviunt. Praecipua his quidem ferri materia, sed aqua ipso ferro violentior, quippe temperamento eius ferrum acrius redditur; nec ullum apud eos telum probatur, quod non aut Bilbili
9 fluvio, aut Chalybe tingatur. Unde etiam *Chalybes* fluvii huius finitimi appellati, ferroque ceteris praestare dicuntur.

1 Cap. IV. Saltus vero Tartesiorum, in quibus Titanas bellum adversus Deos gessisse proditur, incoluere Cunetes; quorum rex vetustissimus Gargoris mellis colligendi
2 usum primus invenit. Huic quum ex filiae stupro nepos

wärts findet ein solcher Wechsel der Construction statt. *Liv.* V, 11, 14: *quum fuga trepidum, plenum* vulnerum ac pavore *incidentem portis exercitum viderint;* wenn man hier nicht lieber *pavore* zu *incidentem* ziehen will. XXXII, 21, 22: nostrorum *ipsi* vulnerum, *si vultis, obliviscamur,* caedes direptionesque *bonorum Messenae in media Peloponneso factas. Sall. Iug.* 84, 2: *plerosque* militiae, *paucos* fama *cognitos dicere. Cat.* 33, 1: *plerique* patriae, *sed omnes* fama *atque* fortunis *expertes sumus,* wo *Corte* nachzusehen ist. Vergl. *Drakenb.* zu *Liv.* XXXVI, 3, 9. XXXVIII, 39, 10. *Bremi* zu *Corn. Nep. Dat. c.* 3, 1.

§. 6. *quod in his locis etc.* So habe ich nach den meisten Handschriften schreiben zu müssen geglaubt, wiewohl der strengere Grammatiker die gewöhnliche Lesart *quae* vorziehen würde. Dass indess das Pronomen sich nicht immer an das nachfolgende Substantiv anschliesse, ist schon zu XVIII, 3, 11: Id *primum aliis videri furor*, bemerkt worden. Vergl. *Quintil. Declam.* IV: *Non fuit* illud *pugna. Virg. Aen.* III, 173: *Nec sopor* illud *erat. Ovid. Her.* III, 8: *quamvis* hoc *quoque tua culpa est.* II, 56: *Debuit* hoc *meriti summa fuisse mei;* und daselbst *Burmann. Liv.* II, 38, 5: *si* hoc *profectio et non fuga est;* wo *Drakenborch* nachzusehen.

Cap. IV. §. 1. *proditur.* Ebenso XXII, 5, 12: *ut* dicatur eos *solos mortalium esse*, wo die Anmerkung zu vergleichen. *Liv.* VIII, 24, 1: *Eodem anno* Alexandriam *in Aegypto* proditur conditam. *Plin. H. N.* XI, 20: *Alveos nunquam ultra decem annos durasse* proditur. Vergl. *Drakenb.* zu *Liv.* I, 31, 8.

provenisset, pudore flagitii, variis generibus exstingui parvulum voluit: sed per omnes casus fortuna quadam servatus ad postremum ad regnum tot periculorum miseratione pervenit. Primum omnium quum eum exponi iussisset, 3 et post dies ad corpus expositi requirendum misisset, inventus est vario ferarum lacte nutritus. Deinde relatum 4

§. 2. *periculorum miseratione.* Man hat hier nach der Ed. Iunt. *admiratione* ändern wollen, zumal da es im Folgenden §. 10 heisst: Admiratione *deinde* tot casuum periculorumque *ab eodem successor regni destinatur.* Dass allerdings *miri* und *miseri*, *mirari* und *miserari* häufig in den Handschriften verwechselt worden sind, ist von *Oudendorp* zu *Appulei. Met.* II. *p.* 100 genügend dargethan worden; welcher deshalb auch an unserer Stelle das Simplex *miseratione* setzen wollte. Indess haben sämmtliche Handschriften die gewöhnliche Lesart, und die Unterstützungsstelle §. 10 folgt zu nahe, als dass sie nicht sogleich ein etwaniges Versehn eines Abschreibers hätte sogleich bemerken und berichtigen lassen sollen.

§. 3. *vario ferarum lacte.* Wir würden erwarten *variarum ferarum lacte.* Allein bisweilen verbanden die Alten ein Adjectum, welches eigentlich zu dem Genitiv gehört, mit dem regierenden Nomen. Die Stellen aus Iustin, welche hierher gehören, sind XXXI, 6, 8: *sperans cladem in Graecia acceptam* nova *posse victoriae* gloria *aboleri.* XXXIV, 2, 4: *et* gravem *luctus* memoriam *reliquerunt.* XVIII, 4, 10: *ne amplius ei mariti domus, cupidae oblivionis,* gravem *luctus* imaginem *renovet.* XLIV, 5, 5: *ulciscente domini* iniustam necem, nach welcher Stelle auch die sonst gewöhnliche Lesart XXXII, 3, 3: inoxia *Demetrii* morte *cruciabatur*, wiederherzustellen ist, obgleich *Faber's* Aenderung, *innoxii*, welche jetzt allgemein aufgenommen ist, durch einige Handschriften unterstützt wird. Dieselbe Versetzung des Adjectivs findet statt in der missverstandenen und heftig angegriffenen Stelle XI, 15, 11: *pro se* iustam *magis, quam* gravem *sepulturae* veniam *orare. Cic. Off.* II, 5, 18: *cohibere* motus *animi* perturbatos. *Horat. Sat.* I, 6, 9: *ante potestatem Tulli atque* ignobile regnum. *Virg. Aen.* I, 4: *saevae* memorem *Iunonis ob* iram, wo *Guellius* noch andere Beispiele aus Griechen und Römern gesammelt haben soll. *Phaedr. Fab.* IV, 23, 7: *et matronarum* casta *delibo* oscula. I, 12, 11: *Lacerari coepit* morsibus saevis *canum.* Namentlich geschah diese Versetzung des Adjectivs bei Bezeichnung der Gefässe mit Wein, wie *vetusta vini amphora;* welches nicht selten auch von uns in der Umgangssprache geschieht. Indess ist hierbei wohl zu bemerken, dass diese Versetzung nur dann stattfinden könne, wenn aus dem Prädikat des Objects im Genitiv auch auf das Object des regierenden Nomens dasselbe Prädikat gefolgert werden kann. So könnte

domum, tramite angusto, per quem armenta commeare consueverant, proiici iubet; crudelis prorsus, qui proculcari nepotem, quam simplici morte interfici maluit. Ibi quoque quum inviolatus esset, nec alimentis egeret, canibus primo ieiunis, et multorum dierum abstinentia cruciatis, mox etiam suibus obiecit. Itaque quum non solum non noceretur, verum etiam quarundam uberibus aleretur, ad ultimum in Oceanum abiici iussit. Tum plane manifesto quodam numine inter furentes aestus, ac reciprocantes undas, velut nave, non fluctu veheretur, leni salo in litore exponitur: nec multo post cerva adfuit, quae ubera parvulo offerret. Inde denique, conversatione nutricis, eximia puero pernicitas fuit; interque cervorum greges diu montes saltusque haud inferior velocitate peragravit. Ad postremum laqueo captus regi dono datus est. Tunc et lineamentorum similitudine, et notis corporis, quae inustae parvulo fuerant, nepos agnitus. Admiratione deinde tot casuum periculorumque ab eodem successor regni destinatur. Nomen illi impositum *Habidis:* qui ut regnum accepit, tantae magnitudinis fuit, ut non frustra Deorum maiestate tot periculis ereptus videretur; quippe barbarum populum legibus iunxit; et boves primus aratro domari, frumentaque sulco quaerere

es z. B. für: der Hund des schönen Herrn, nicht heissen, der schöne Hund des Herrn.

§. 6. *non noceretur.* Man bemerke die persönliche Construction im Passivum. *Vitruv.* I, 7: *Ita spissis compactionibus solidatae neque ab tempestatibus neque ab ignis vehementia* nocentur. II, 9: *Larix ab carie aut a tinea non* nocetur. *Solin. c.* 1. *p.* 6. *Salm.*: *ea propter capital est, si pars alterutra* noceatur. *Appulei. Met.* I, 7. *p.* 40: *quum subinde ac multi* nocerentur, wo *Oudendorp* nachzusehen ist. Vergl. *Burmann* zu *Phaedr. Fab*, IV, 18, 4: *Ruddimann. Inst. T.* II. *p.* 145. *ed. Lips.*

§. 9. *quae inustae parvulo fuerant.* Auf diese Sitte bei den Alten hat *Lindenbrog* zu *Terent. Eun.* IV, 6. *p.* 604 aufmerksam gemacht.

§. 11. *Nomen — Habidis.* Den Genitiv bei *nomen* haben wir auch XXXV, 1, 7: nomen *ei* Alexandri *inditur.* XLII, 2, 3: *cui res gestae* Magni cognomen *dedere.* Vergl. die *Anmerk.* zu XIII, 7, 1.

docuit; et ex agresti cibo mitiora vesci, odio eorum, quae ipse passus fuerat, homines coëgit. Huius casus fabulosi 12
viderentur, nisi et Romanorum conditores lupa nutriti, et Cyrus, rex Persarum, cane alitus proderetur. Ab hoc 13
et ministeria servilia populo interdicta, et plebs in septem urbes divisa. Mortuo Habide, regnum per multa secula 14
a successoribus eius retentum est. In alia parte Hispaniae, et quae ex insulis constat, regnum penes Geryŏnem fuit. In hac tanta pabuli laetitia est, ut, nisi abstinentia interpellata sagina fuerit, pecora rumpantur. Inde denique 15
armenta Geryonis, quae illis temporibus solae opes habebantur, tantae famae fuere, ut Herculem ex Asia praedae magnitudine illexerint. Porro Geryonem ipsum non 16
triplicis naturae, ut fabulis proditur, fuisse ferunt; sed tres fratres tantae concordiae exstitisse, ut uno animo omnes regi viderentur; nec bellum Herculi sua sponte intulisse, sed, quum armenta sua rapi vidissent, amissa bello repetisse.

Cap. V. Post regna deinde Hispaniae, primi Cartha- 1
ginienses imperium provinciae occupavere. Nam quum 2
Gaditani a Tyro, unde et Carthaginiensibus origo est, sacra Herculis, per quietem iussi, in Hispaniam transtulissent, urbemque ibi condidissent, invidentibus incrementis novae urbis finitimis Hispaniae populis, ac propterea Gaditanos bello lacessentibus, auxilium consanguineis Carthaginienses misere. Ibi felici expeditione et Gaditanos 3
ab iniuria vindicaverunt, et maiorem partem provinciae imperio suo adiecerunt. Postea quoque hortantibus pri- 4
mae expeditionis auspiciis, Hamilcarem imperatorem cum

ex agresti cibo mitiora vesci. Ebenso II, 5, 6: *glandem vescentibus*, wo die Anmerkung nachzusehen ist. — *Ex* ist hier soviel als *post*. Dieser Gebrauch kann aber nicht bei einer blossen *Zeitfolge* stattfinden, sondern nur dann, wenn von einer gewissen *Verbindung*, *einem Uebergehen aus einem Zustande in den andern* die Rede ist. Ebenso gebrauchen die Griechen ihr ἐκ. XII, 10, 1: ex *magna desperatione saluti redditus. Corn. Timol.* 3, 2: Ex *maximo bello tantum otium toti insulae conciliavit, ut etc.*, wo *Bremi* nachzusehen ist. Vergl. *Gronov. Observatt.* IV. *c.* 20. *Cic. Eclog. v. Hottinger p.* 7.

magna manu ad occupandam provinciam misere, qui, magnis rebus gestis, dum fortunam inconsultius sequitur, in
5 insidias deductus occiditur. In huius locum gener ipsius Hasdrubal mittitur; qui et ipse a servo Hispani cuiusdam,
6 ulciscente domini iniustam necem, interfectus est. Maior utroque Hannibal imperator, Hamilcaris filius, succedit. Siquidem utriusque res gestas supergressus universam Hispaniam domuit; inde Romanis illato bello, Italiam per
7 annos sexdecim variis cladibus fatigavit: quum interea Romani, missis in Hispaniam Scipionibus, primo Poenos provincia expulerunt; postea cum ipsis Hispanis gravia
8 bella gesserunt. Nec prius, perdomita provincia, iugum Hispani accipere potuerunt, quam Caesar Augustus, perdomito orbe, victricia ad eos arma transtulit, populumque barbarum ac ferum legibus ad cultiorem vitae usum traductum in formam provinciae redegit.

Cap. V. §. 5. *iniustam necem.* S. die *Anmerk.* zu *c.* 4, 3: *vario ferarum lacte.*

§. 6. *supergressus.* S. die *Anmerk.* zu XLII, 2, 3.

PROLOGI
HISTORIARUM
PHILIPPICARUM
POMPEII TROGI.

PROLOGI
HISTORIARUM
PHILIPPICARUM
POMPEII TROGI.

Prologus Libri I.

Primo volumine continentur haec. Imperium Assyriorum a Nino rege usque ad Sardanapalum: post quem translatum est per Arbacem ad Medos, usque ad ultimum regem Astyagem. Is a nepote suo Cyro pulsus regno: et Persae regno potiti. Ut Croeso, Lydiae regi, bellum intulit Cyrus; victumque cepit. Hic in excessu dicti Aeolicarum et Ionicarum urbium situs: originesque Lydorum, et in Italia Tuscorum. Post Cyrum filius Cambyses Aegyptum domuit. Repetitae Aegypti origines urbium. Exstincto Cambyse, Darius, occisis Magis, regnum Persicum accepit; captaque Babylone, bella Scythica molitus est.

Prologus Libri II.

Secundo volumine continentur haec. Scythiae et Ponti situs; originesque Scythiae usque ad bellum, quo est inde pulsus Darius: qui post hanc fugam Graeciae bellum intulit per Datin et Tisafernem, quod soli Athenienses sustinuere. Hinc origines Athenarum repetitae, et reges usque ad Pisistrati tyrannidem; qua exstincta, Marathone vicere Persas. Ut mortuo Dario filius eius Xerxes bellum

Graeciae intulit: ac repetitae origines Thessaliae: expulsoque Graecia Xerxe, bellum ab Atheniensibus translatum in Asiam usque ad Xerxis interitum.

Prologus Libri III.

Tertio volumine continentur haec. Ut mortuo Xerxe filius Artaxerxes, ultus interfectorem patris Artabanum, bellum cum defectore Aegypti habuit: primoque dux eius Achaemenes victus est; iterum per Agabazum Aegypto recepta. Ut Graecis cum rege pacificatis, bella inter ipsos orta sunt. Inde repetitae Peloponnensium origines: ut ab Herculis posteris Dorico populo sit occupata. Deinde bella Argolica et Messeniaca: coalitique Sicyone et Corinthi tyranni. Bellum Crissaeum, et quod Athenienses primo cum Boeotis, dein cum Peloponnesiis gesserunt.

Prologus Libri IV.

Quarto volumine continentur res Siculae, ab ultima origine usque ad deletam Syracusis Atheniensium classem.

Prologus Libri V.

Quinto volumine continentur haec. Bellum inter Athenienses et Lacedaemonios, quod Deceleicum vocatur, usque ad captas Athenas. Ut expulsi sunt Athenis triginta tyranni. Bellum, quod Lacedaemonii in Asia cum Artaxerxe gesserunt, propter Cyrum initum. Hinc repetitum in excessu Cyri cum fratre bellum; et Graecorum, qui sub eo militaverunt.

Prologus Libri VI.

Sexto volumine continentur haec. Bellum Lacedaemoniorum, gestum in Asia cum Persicis praefectis, ducibus belli Dercyllide et Agesilao, usque ad proelium navale factum Cnido: quo victis illis, Athenienses repetiere imperium. Dein bellum Corinthiacum, et bellum Boeotium, quo Leuctris et Mantineae victi Spartani, amisere imperium. In Thessalia deinde Iasonis, et post illum Alexandri Pheraei coalitum atque exstinctum imperium. Tum

sociale bellum gestum adversus Athenienses a Chiis, et Rhodiis, et Byzantiis. Transitus hinc ad res Macedonicas.

Prologus Libri VII.

Septimo volumine continentur origines Macedonicae, regesque a conditore gentis Carano usque ad Magnum Philippum: ipsius Philippi res gestae usque ad captam urbem Methonem. Additae in excessu Illyriorum et Paeonum origines.

Prologus Libri VIII.

Octavo volumine continentur res gestae Philippi Magni, post captam urbem Methonem, a principio belli Phocensis, quod sacrum vocant, usque ad finem eius: interiectumque huic bellum, quod Philippus cum Chalcidicis urbibus gessit, quarum clarissimam delevit Olynthon. Ut Illyrici reges [ab eo] victi sunt; et Thracia atque Thessalia subactae: et rex Epiro datus Alexander, eiecto Aryba: et frustra Perinthos oppugnata.

Prologus Libri IX.

Nono volumine continentur haec. Ut Philippus a Perintho submotus. Byzantii origines, a cuius obsidione submotus Philippus, Scythiae bellum intulit. Repetitae inde Scythicae res, ab his temporibus, in quibus illa prius finierant, usque ad Philippi bellum, quod cum Athea Scythiae rege gessit. Unde reversus, Graeciae bellum intulit; victorque Chaeroneae, quum bella Persica moliretur, praemissa classe cum ducibus, a Pausania occupatis angustiis, nuptiarum filiae die occisus est, priusquam bella Persica inchoaret. Repetitae res inde Persicae a Dario Notho, cui successit filius Artaxerxes cognomine Mnemon: qui post fratrem Cyrum victum, pulsaque Cnido per Conona classe Lacedaemoniorum, bellum cum Evagora rege Cyprio gessit: originesque Cypri repetitae.

Prologus Libri X.

Decimo volumine continentur Persicae res. Ut Artaxerxes Mnemon pacificatus cum Evagora, rege Cyprio, bellum Aegyptium in urbe Ace compararit: ipse in Cadusiis victor defectores in Asia purpuratos suos persecutus, primum Datamem, praefectum Paphlagonum, quorum origo repetita; dein praefectum Hellesponti Ariobarzanen; deinde in Syria praefectum Armeniae Orontem; omnibusque victis decesserit, filio successore Ocho. Is deinde occisis optimatibus Sidona cepit: Aegypto bellum ter intulit. Ut post mortem Ochi regnarit Arses: dein Darius, qui cum Alexandro, Macedonum rege, bello conflixit.

Prologus Libri XI.

Undecimo volumine continentur res gestae Alexandri Magni, usque ad interitum regis Persarum Darii. Dictaeque in excessu origines et reges Cariae.

Prologus Libri XII.

Duodecimo volumine continentur Alexandri Magni bella Bactriana et Indica, usque ad interitum eius. Dictaeque in excessu res a praefecto eius Antipatro in Graecia gestae, et ab Archidamo, rege Lacedaemoniorum, Molossoque Alexandro in Italia, quorum ibi est uterque cum exercitu deletus. Additae his origines Italicae Apulorum, Lucanorum, Samnitum, Sabinorum; et ut Zopyrion in Ponto cum exercitu periit.

Prologus Libri XIII.

Tertiodecimo volumine continentur haec. Ut mortuo Alexandro optimates castrorum eius, provinciarum imperia sint partiti: ut veterani, qui ab eodem lecti erant in colonias, moliti relictis illis in Graeciam redire, a Pithone sint deleti. Bellum Lamiacum, quod Antipater in Graecia gessit. Bellum, quo Perdiccas regem Ariarathem occidit, et ut occisus est. Bellum, quo Eumenes Neoptolemum et Craterum occidit. Additae in excessu origines regesque Cyrenarum.

Prologus Libri XIV.

Quartodecimo volumine continentur haec. Bellum inter Antigonum et Eumenem gestum: quem ut Cappadocia expulit Antigonus, sic Phrygia minore Aridaeum: et Clitos victus in Hellesponto navali bello. Repetitum rursus bellum ab Eumene per Argyraspidas; quo victus ab Antigono, interiit. Ut in Macedonia Cassander, victo Polyperchonte, receptaque a Nicanore Munychia, matrem Alexandri Olympiada, Pydnae obsessam et captam, ad favorem populi interfecit.

Prologus Libri XV.

Quintodecimo volumine continentur haec. Ut Demetrius, Antigoni filius, Gazae victus est a Ptolemaeo. Ut Cassander in Macedonia filium Alexandri regis interfecit, ac alterum Polyperchontes. Ut Ptolemaeum vicit classe Demetrius: idemque ab obsidione Rhodi submotus est. Repetita in excessu origo Rhodiorum: unde digressus Demetrius liberavit a Cassandro Graeciam. Dein pater eius Antigonus bellum cum Lysimacho et Seleuco habuit. Repetitae Seleuci res, et regis Indiae Sandrocotti. Ut victus bello Antigonus interiit; reliquiaeque imperii a filio eius sunt collectae Demetrio. Cleonymi deinde Spartani res gestae Corcyrae et Illyrico, et in Italia; cui ablata Corcyra, rex Cassander interiit.

Prologus Libri XVI.

Sextodecimo volumine continentur haec. Ut mortuo Cassandro, ortisque inter filios eius certaminibus, Demetrius adiutor alteri adhibitus, occiso eo, Macedoniae regnum tenuit: quo mox eiectus a Pyrrho Epiri rege, transgressus in Asiam bellis, captus a Seleuco decessit. Ut Ptolemaeus, nuncupato successore filio Philadelpho, decessit. Ut Lysimachus in Ponto captus ac dimissus est ab Dromichaete: rursus in Asia civitates, quae sub Demetrio fuerant, et in Ponto Heracleam occuparit. Repetitae inde Bithyniae et Heracleoticae origines: tyrannique Hera-

cleae Clearchus, et Satyrus, et Dionysius; quorum filiis interfectis, Lysimachus occupavit urbem.

Prologus Libri XVII.

Septimodecimo volumine continentur haec. Ut Lysimachus, occiso filio Agathocle per novercam Arsinoën, bellum cum rege Seleuco habuit, quo victus interiit: ultimumque certamen commilitonum Alexandri fuit. Ut Seleucus, amissis in Cappadocia cum Diodoro copiis, interfectus est a Ptolemaeo fratre Arsinoës uxoris Lysimachi, in cuius vicem Ptolemaeus cognomine Ceraunus, creatus ab exercitu rex, Macedoniam occupavit; bella cum Antiocho et Pyrrho composuit, datis Pyrrho auxiliis, quibus iret contra Romanos defensum Tarentum. Inde repetitae origines regum Epiroticorum usque ad Pyrrhum: ipsiusque Pyrrhi res gestae, priusquam in Italiam traiecit.

Prologus Libri XVIII.

Octavodecimo volumine continentur res a Pyrrho Epirota in Italia gestae contra Romanos: postque id bellum transitus eius in Siciliam adversus Carthaginienses. Inde origines Phoenicum, et Sidoniorum, et Uticae; Carthaginiensiumque res gestae in excessu dictae.

Prologus Libri XIX.

Undevicesimo volumine continentur res Carthaginiensium in Africam per Hasdrubalem, Hamilcarem et Hannonem gestae; et in Siciliam, cum Selinuntem, et Agrigentum, et Camarinam, et Gelam ceperunt: quo bello Dionysius Syracusanus Siciliae regnum occupavit. Bellum, quod cum eo Poeni per Himilconem gesserunt, quoad obsidione Syracusarum exercitum et classem amisit.

Prologus Libri XX.

Vicesimo volumine continentur res gestae Dionysii Siculi patris. Ut pulsis Poenis Italica bella sit molitus. Inde repetitae origines Venetorum, et Graecorum, et Gallorum, qui Italiam incolunt. Deductisque Dionysii rebus

ad interitum eius, dictae quas Hanno Magnus in Africa gessit.

Prologus Libri XXI.

Uno et vicesimo volumine continentur haec. Ut in Sicilia Dionysius filius, patre amisso, tractarit imperium. Per Dionem inde eiectus bellum cum Siculis gessit; donec, amissis liberis et fratribus, Corinthum abiit. Ut a Timoleonte Carthaginiensium bello sit liberata Sicilia: mortuoque Sosistrato iterum facta seditione arcessiti ad bellum Carthaginienses obsederunt Syracusas: quo bello Agathocles nactus imperium est.

Prologus Libri XXII.

Secundo et vicesimo volumine continentur haec. Res gestae Agathoclis; ut a Poenis nactus imperium, bellum cum ipsis gessit, primum in Sicilia, dehinc victus traiecit in Africam: ubi possessa provincia, Ophellam regem Cyrenarum interfecit. Ut rursus in Siciliam reversus, occupata totius insulae dominatione, quum revertisset in Africam, amissis copiis, solus inde profugit in Siciliam: belloque ibi repetitus, et cum Poenis pacem composuit, et dissidentes a se Siculos subiecit.

Prologus Libri XXIII.

Tertio et vicesimo volumine continentur haec. Ut Agathocles, domita Sicilia, bellum in Italia Bruttiis intulerit. Repetitae inde Bruttiorum origines: omnibus subactis, rex, seditione filii exheredati ac nepotis oppressus, interiit. Inter peregrinos deinde milites eius et Siculos bellum motum: quae causa Pyrrhum, regem Epiri, in Siciliam adduxit. Bella, quae Pyrrhus cum Poenis et Mamertinis ibi gessit; et a Sicilia reversus in Italiam, victusque proelio a Romanis, revertit in Epirum.

Prologus Libri XXIV.

Quarto et vicesimo volumine continentur haec. Bellum, quod inter Antigonum Gonatam et Antiochum Se-

leuci filium in Asia gestum est. Bellum, quod Ptolemaeus Ceraunus in Macedonia cum Mytillo Illyrio et Ptolemaeo Lysimachi filio habuit; utque Arsinoën sororem suam imperio Macedonicarum urbium exuit. Ipse cum Belgio Gallorum duce congressus, interiit. Repetitae inde Gallorum origines, qui Illyricum occuparant; atque ut ingressi Graeciam, Brenno duce, Delphis victi deletique sunt.

Prologus Libri XXV.

Quinto et vicesimo volumine continentur haec. Ut Antigonus Gallos delevit: deinde cum Apollodoro, Cassandreae tyranno, bellum habuit. Ut Galli transierunt in Asiam, bellumque cum rege Antiocho et Bithynio gesserunt: quas regiones Felini occuparunt. Ut Pyrrhus ex Italia reversus, regno Macedoniae Antigonum exuerit, Lacedaemoniam obsederit, Argis interierit; filiusque eius Alexander Illyricum cum Mytillo bellum habuerit.

Prologus Libri XXVI.

Sexto et vicesimo volumine continentur haec. Quibus in urbibus Graeciae dominationem Antigonus Gonatas constituerit. Ut defectores Gallos Megaris delevit, regemque Lacedaemoniorum Area Corinthi interfecit. Dehinc cum fratris sui Crateri filio Alexandro bellum habuerit. Ut princeps Achaiae Aratus Sicuonem, et Corinthum, et Megara occuparit. Ut in Syria rex Antiochus, cognomine Soter, altero filio occiso, altero rege nuncupato Antiocho, decesserit. Ut in Asia filius Ptolemaei regis, socio Timarcho, desciverit a patre. Ut frater Antigoni Demetrius, occupato Cyrenis regno, interierit. Ut mortuo rege Antiocho, filius eius Seleucus Callinicus regnum acceperit.

Prologus Libri XXVII.

Septimo et vicesimo volumine continentur haec. Seleuci bellum in Syria adversus Ptolemaeum Tryphonem: item in Asia adversus fratrem suum Antiochum Hieracem; quo bello Ancyrae victus est a Gallis: utque Galli Per-

gamo victi ab Attalo, Zielan Bithynum occiderint. Ut Ptolemaeus eum denuo captum interfecerit; et Antigonum Andro proelio navali pervicerit. Ut a Callinico fusus in Mesopotamia Antiochus insidiantem sibi effugit Ariamenem; dein postea custodes Tryphonis: quo a Gallis occiso, Seleucus quoque frater eius decessit, maioremque filiorum eius Apaturius occidit.

Prologus Libri XXVIII.

Octavo et vicesimo volumine continentur haec. Ut mortuo rege Epiri Alexandro, Laodamiam Epirotae occiderint. Dictique in excessu Bastarnici motus. Ut rex Macedoniae Demetrius sit a Dardanis fusus: quo mortuo tutelam filii eius Philippi suscepit Antigonus, qui Thessaliam, Moesiam, Cariam subegit; et adiutis Achaeis contra regem Spartanum Cleomenem, cepit Lacedaemona: amissoque regno Cleomenes Spartanus confugit Alexandriam, atque ibi interiit. Dictum in excessu bellum Illyricum, quod Romani gessere cum Teuta.

Prologus Libri XXIX.

Undetricesimo volumine continentur haec. Res gestae Philippi regis adversus Dardanos, et Aetolos. Repetitaeque inde Creticae origines; post cuius insulae societatem, Philippus cum Illyriis, et Dardanis, et rursus Aetolis bello congessus est, adiuvantibus Aetolos Romanis: quo finito, intulit Aetolis bellum.

Prologus Libri XXX.

Tricesimo volumine continentur haec. Ut mortuo Ptolemaeo Tryphone, filius eius Philopator Antiochum regem vicit Raphiae: ipse amore Agathocleae corruptus decessit, relicto filio pupillo: in quem cum Philippo rege Macedonum consensit Antiochus. Philippi deinde gesta in Asia, quum movisset Aetola bella: a quibus reversus, bellum habuit cum ducibus Romanis Sulpicio et Flaminino: a quibus victus, pax. Transitus deinde ad res Antiochi, qui post regnum acceptum persecutus defectores

in Media Molonem, in Asia Achaeum, quem obsedit Sardibus: pacata superiore Asia Bactris tenus, in Romana bella descendit.

Prologus Libri XXXI.

Uno et tricesimo volumine continetur bellum, quod cum Lacedaemonio Nabide Titus Flamininus et Philopoemen dux Achaeorum gessit. Item bellum, quod cum Antiocho in Achaia per Acilium consulem, et in Asia per Scipionem gestum est. Denique Hannibalis ad regem ab Carthagine fuga. Bellum cum Aetolis gestum per eundem Acilium, qui Antiochum Graecia expulerat.

Prologus Libri XXXII.

Secundo et tricesimo volumine continentur haec. Defectio ab Achaeis Lacedaemoniorum et Messeniorum, qua Philopoemen interiit. Romanorum in Asia duce Manlio adversum Gallos bellum. Regis Philippi, propter ablatas sibi civitates, alienatus in Romanos animus; et ob hoc alter filiorum Demetrius occisus: concitatique ab eo Basternae, transire conati in Italiam. Inde in excessu dictae res Illyricae. Ut Galli, qui occuparant Illyricum, rursus redierunt in Galliam: originesque Pannoniornm, et incrementa Daciorum per Rubobosten regem. In Asia bellum a rege Eumene gestum adversus Gallum Ortiagontem, Pharnacem Ponticum et Prusiam, adiuvante Prusiam Hannibale Poeno. Res gestae Hannibalis post victum Antiochum. Et mox mortuo Seleuco filio Magni Antiochi successit regno frater Antiochus.

Prologus Libri XXXIII.

Tertio et tricesimo volumine continentur haec. Ut cum Perse Philippi filio, rege Macedonum, Romani bellum gesserint: quo capto, deleta est Epiros. Aetolicae civitates ab unitate corporis deductae, inter Achaeos et Lacedaemonios certamine orto. Bellum rursum in Macedonia gestum a Romanis cum Pseudo-Philippo.

Prologus Libri XXXIV.

Quarto et tricesimo volumine continentur haec. Bellum Achaicum, quod Romani per Metellum et Mummium gessere: quo diruta est Corinthus. Bellum regis Eumenis cum Gallograecis, et in Pisidia cum Selgensibus. Res quas gessit Syriae rex Antiochus, et rex Aegypti Ptolemaeus. Repetitae inde origines regum Cappadocum. Ut mortuo Epiphane Ptolemaeo, relicti ab eo filii duo Philometor et Evergetes, primum cum Antiocho habuere bellum, quod per Romanos finitum est: deinde inter se, quo maior est expulsus; restitutoque, Romani inter fratres regna diviserunt. Ut mortuo rege Syriae Antiocho, Demetrius cognomine Soter, qui Romae fuerat obses, clam fugit; occupataque Syria, bellum cum Timarcho Medeorum rege habuit, Ariarathe rege Cappadocum. Ut habita inter Ariarathem et Orophernem regni certamina. Ut mortuo rege Asiae Eumene, suffectus Attalus bellum cum Selgensibus habuit, et cum rege Prusia.

Prologus Libri XXXV.

Quinto et tricesimo volumine continentur haec. Bellum Piraticum inter Cretas et Rhodios: seditio Cnidiorum adversum Ceramenses. Et adversus Demetrium Sotera subornatus est Alexander, tanquam genitus Epiphane Antiocho; quo bello victus Demetrius, invisum stultitia Alexandrum bello vicit, adiuvante Ptolemaeo Philometore, qui eo bello interiit. Ut deinde orta Demetrio bella sint cum Diodoto Tryphone: expulsusque a Tryphone regno Syriae Demetrius. Repetit inde superioris Asiae motus, factos per Areteum et Arsacem Parthum.

Prologus Libri XXXVI.

Sexto et tricesimo volumine continentur haec. Ut Trypho; pulso Syria Demetrio, captoque a Parthis, bellum gessit cum fratre eius Antiocho cognomine Sidete. Ut Antiochus, interfecto Hyrcano, Iudaeos subegit. Repetita inde in excessu origo Iudaeorum. Ut rex Asiae Attalus Caenos Thracas subegit; successoremque imperii Attalum

Philometora reliquit. Mortuo denique Philometore, (Aristonicus) regno Asiae occupato, bellum cum Romanis gessit, quo captus est.

Prologus Libri XXXVII.

